[illegible]
April 1900.

DE

FLAVII IOSEPHI

ELOCUTIONE

OBSERVATIONES CRITICAE.

SCRIPSIT

GUILELMUS SCHMIDT.

COMMENTATIO EX VICESIMO ANNALIUM PHILOLOGORUM SUPPLEMENTO SEORSUM EXPRESSA.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXXIII.

Neuester Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

1893.

Autenrieth, Dr. **Georg**, Rektor des Alten Gymnasiums zu Nürnberg, Wörterbuch zu den Homerischen Gedichten. Für Schüler bearbeitet. Mit vielen Holzschnitten und zwei (lith.) Karten. 7. verb. Auflage. [XII u. 379 S.] gr. 8. geh. ℳ 3.—

Blass, Friedrich, Dr. phil., Dr. of Letters Dubl., o. ö. Prof. d. class. Philologie zu Halle, die attische Beredsamkeit. III. Abtheilung, I. Abschnitt: Demosthenes. 2. Aufl. [VIII u. 644 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 16.—

Bruchmann, C. F. H., gymnasii regis Guilelmi Vratislaviensis collega, epitheta deorum quae apud poetas graecos leguntur collegit disposuit edidit C. F. H. Br. A. u. d. T.: Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie. Im Verein mit vielen Gelehrten herausgegeben von W. H. Roscher. Supplement. [VIII u. 226 S.] Lex.-8. geh. n. ℳ 10.—

Büttner, Dr. **Richard**, Oberlehrer am fürstl. Gymnasium zu Gera, Porcius Licinus und der litterarische Kreis des Q. Lutatius Catulus. Ein Beitrag zur Geschichte und Kritik der römischen Litteratur. [IV u. 206 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 5.—

Catulli Veronensis liber. Recensuit et interpretatus est Aemilius Baehrens. Vol. I. Nova editio a K. P. Schulze curata. [LXXVI u. 127 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 4.—

Ciceronis, M. Tulli, epistularum libri sedecim edidit Ludovicus Mendelssohn. Accedunt tabulae chronologicae ab Aem. Koernero et O. E. Schmidtio confectae. [XXXIV u. 460 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 12.—

Ciceros rhetorische Schriften. Auswahl für die Schule nebst Einleitung und Vorbemerkungen von Dr. O. Weißenfels, Professor am Königl. Französischen Gymnasium in Berlin. [VIII u. 356 S.] 8. geh. n. ℳ 1.80.
Auch in 3 einzelnen Heften.

Commentarii notarum tironianarum cum prolegomenis adnotationibus criticis et exegeticis notarumque indice alphabetico. Edidit Guilelmus Schmitz. [117 S. und 132 autographierte Tafeln.] Folio. In Mappe. n. ℳ 40.—

Dieterich, Albrecht, Nekyia. Beiträge zur Erklärung der neuentdeckten Petrusapokalypse. [VI u. 238 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 6.—

Fischer, Curt Th., Untersuchungen auf dem Gebiet der alten Länder- und Völker-Kunde. I. Heft: De Hannonis Carthaginiensis periplo. [134 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 3.—

Gerber, A., et **A. Greef**, lexicon Taciteum. Fasciculum XI edidit A. Greef. [Potio — que.] [S. 1153—1264.] gr. 8. geh. n. ℳ 3.60.

Gilbert, Gustav, Handbuch der griechischen Staatsalterthümer. In 2 Bänden. I. Band: Der Staat der Lakedaimonier und der Athener. 2. Auflage. [XLIII u. 518 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 8.—

von Gutschmid, Alfred, kleine Schriften. Herausgegeben von Franz Rühl. IV. Band. Schriften zur griechischen Geschichte und Literatur. [VIII u. 632 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 20.—

Haacke, Dr. **H.**, vorm. Oberlehrer am Gymnasium zu Hirschberg, Wörterbuch zu den Lebensbeschreibungen des Cornelius Nepos. Für den Schulgebrauch herausgegeben. 12. verb. Auflage. [X u. 200 S.] 8. geh. ℳ 1.—; mit dem Text des Nepos (ed. Halm-Fleckeisen) ℳ 1.20.

Haupt, Carl, Oberlehrer am Gymnasium zu Wittenberg, Livius-Kommentar für den Schulgebrauch. (In einzelnen Heften.) Kommentar zu Buch XXII. [III u. 82 S.] gr. 8. kart. n. ℳ —.80.
Erschienen sind bisher die Komm. zu lib. I—VII u. XXI.

Herbst, L., zu Thukydides. Erklärungen u. Wiederherstellungen. II. Reihe. Buch V—VIII. [VIII u. 150 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 3.60.

Holder, Alfred, alt-celtischer Sprachschatz. In ungef. 18 viermonatlichen Lieferungen zu je 8 Bogen. Vierte Lieferung. Curant-o(n) — Cintusmus. [Sp. 769—1024.] Lex.-8. Preis jeder Lieferung geh. n. ℳ 8.—

DE

FLAVII IOSEPHI

ELOCUTIONE

OBSERVATIONES CRITICAE.

SCRIPSIT

GUILELMUS SCHMIDT.

COMMENTATIO EX VICESIMO ANNALIUM PHILOLOGORUM SUPPLEMENTO
SEORSUM EXPRESSA.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXXIII.

PAGINARUM NUMERI SUNT SUPPLEMENTI VICESIMI ANNALIUM PHILOLOGORUM.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

FRIDERICO LEO

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

S.

Flavii Iosephi opera etsi inde ab anno 1544 et diligenter legebantur et laudibus efferebantur, tamen sero admodum viri docti eis secundum optimorum codicum fidem recensendis operam dederunt. editiones, quas quidem Hudsonus (1720) et Havercampus (1726) paraverunt, non magni aestimandae sunt. nec Dindorfius aut Bekkerus quamquam hic illic locos corruptos emendarunt, multum ad Iosephi verba restituenda contulerunt, cum non librorum fidem, sed suum quisque arbitrium sequerentur. neuter enim id agebat, ut Iosephi codices Graecos conquireret, examinaret, excuteret, ad optimorum fidem Iosephi verba redderet. itaque facere non possumus, quin maximam habeamus gratiam Benedicto Niese, viro doctissimo, qui auctore Alfredo de Gutschmid antiquitatum Iudaicarum[1]) et librorum, qui sunt de scriptoris vita et de Iudaeorum vetustate, editionem novam apparatu critico instructam summa diligentia nobis paravit et libros, quibus continetur bellum Iudaicum, proximis annis editurus est. Niesius quamquam editionem omnibus numeris absolutam non protulit nec proferre voluit, tamen fundamenta iecit, in quibus opus institutum exaedificari possit. novissima antiquitatum editio addito de Iosephi vita libello a Nabero, inter Batavos viro doctissimo, profecta est, qui Bekkeri editionem recognoscendam suscepit. hac quoque editione Iosephi recensionem multum profecisse libenter fatemur. bellum Iudaicum iam antea (1837) Cardwellus ediderat, sed eius editio quamquam aliquot librorum lectionem nobis suppeditat, tamen non iam nobis probari potest, praesertim cum nec codices ipsos accurate excussisse videatur nec in eorum auctoritatem diligenter inquisiverit.

Etsi ultimum editionis Niesianae volumen (de bell. Iud.) nondum prodiit, tamen non alienum videtur iam nunc observationes de Flavii Iosephi elocutione proferre, quia spes est fore, ut ex his aliquid fructus percipiatur ad Iosephi verba restituenda. primus, quantum video, Io. Aug. Ernesti 'de Iosephi stilo'[2]) dixit. qua in

---

1) A. = antiquitatum Iudaicarum libri XX. B. = de bello Iudaico libri VII. Ap. = de Iudaeorum vetustate sive contra Apionem libri II. Vit. = Iosephi vita.

2) Io. Aug. Ernesti, opuscula philologica et critica ed. II p. 395—406: exercitation. Flavianae I corollarium de Iosephi stilo. Lugduni Batavorum 1776.

commentatione quae mihi memoratu digna videbantur, infra afferentur. deinde idem aliquot coniecturas[1]) edidit. tum egregiis observationibus refertum est Holwerdae 'emendationum Flavianarum specimen'.[2]) anno 1869 in Fleckeiseni annalibus p. 821 sqq. de Iosepho eiusque sermone scripsit Ludovicus Dindorf, praeterea anno 1885 coniecturas protulit Samuel Adrianus Naber[3]), postremi partes quasdam tetigerunt Paulus Viereck[4]), Carolus Raab[5]), Erhardus Iahn[6]). Ludovici Dindorfi commentatio bonarum observationum plena est nec pauca ex eius sententia emendanda, sunt etiam quae nunc librorum memoria probari videamus. sed iniuria illud praecipit, quod Bernardum testis est Ernestius opusc. p. 399 iam voluisse, in hac re Casauboni rationem Polybii emendandi secutus, ut quae magis Attica essent praeferrentur. quid ineptius esse potest quam omnia ad Atticorum elegantiam revocare![7]) primum Iosephus ipse fatetur sibi occasionem non esse datam linguae Graecae subtilitatis discendae (A. XX 263. 264): τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων καὶ ποιητικῶν μαθημάτων πολλὰ πονήσας ἐσπούδασα μετασχεῖν τὴν γραμματικὴν ἐμπειρίαν ἀναλαβὼν, τὴν δὲ περὶ τὴν προφορὰν ἀκρίβειαν πάτριος ἐκώλυσε συνήθεια. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐκ ἐκείνους ἀποδέχονται τοὺς πολλῶν ἐθνῶν διάλεκτον ἐκμαθόντας καὶ γλαφυρότητι λέξεων τὸν λόγον ἐπικομψεύοντας. tum per se patet perdifficile esse, praesertim homini Iudaeo, qui non a puero Graece eruditus erat, peregrina lingua ad libros componendos uti. quam non sibi ipsi in hac re confisus sit, satis ex eo elucet, quod libros de bello Iudaico, antequam ederet, quibusdam amicis Graece doctis (Ap. I 50) corrigendos tradidit. neque id obliviscendum est, si quis tot tantosque libros conscribere cogitet, quantos conscripsit Iosephus, eum Atticae elegantiae studere non posse, nisi Atticorum linguam penitus cognitam habeat. nam si non habeat scientiam, sed tamen ad illorum normam scripta sua derigere velit, mox eum dies deficiat. quod igitur Iosephus non multum, sed multa, ut ita dicam, conscribere volebat, veri simile non est eum elocutionis subtilitati

---

1) observationes philologico-criticae in Flav. Ios. ant. Iud. Lips. 1795 p. 59—186.

2) Gorinchemi 1847. cf. eiusdem observationes criticae in antiqu. l. XVIII. Mnemos. II (1853).

3) Mnemos. Bat. N. S. XIII p. 264—284. 352—399.

4) sermo graecus quo senatus populusque Romanus magistratusque populi Romani usque ad Tiberii Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sunt examinatur. Gottingae 1888.

5) de Flavii Iosephi elocutione quaestiones criticae et observationes grammaticae. diss. inaug. Erlangae 1890.

6) observationes criticae in Flavi Iosephi antiquitatibus Iudaicis. diss. Erlang. 1891.

7) cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff, über die entstehung der griechischen schriftsprachen. verhdl. d. 32. versamml. deutsch. philol. (1878) p. 40: 'ganz gedankenlos ist die annahme, daſs die κοινὴ corrumpirtes Attisch sei'.

operam dedisse. etsi concedimus eum ita Graece scribere voluisse, ut illius aetatis rerum scriptores scribebant velut Philo alii, eum viros litteratos sequi, non sermone vulgari uti voluisse, tamen nonne facile fieri poterat, praesertim in componendo tanto opere, ut imprudens scriberet, quod non virorum litteratorum, sed sermonis popularis, quo loquebatur, proprium esset? nec solum loquebatur eo sermone, sed etiam eum in aliquot libris, quibus utebatur, iterum ac saepius legebat, velut non dubium est, quin plurimi libri sacri LXX interpretum ei ante oculos versati sint. etiamsi igitur voluisset Attice scribere, minime suspicor futurum fuisse, ut id homini Iudaeo contingeret, quod ne Atticistae quidem assecuti sunt, velut Lucianus, qui nihil antiquius habebat quam ut Atticos imitaretur, qui veterum scripta de industria eo consilio perlustrabat, ut, si quid scite atque eleganter dictum repperisset, hoc scriptis suis insereret.[1]) vides igitur, quam perversum sit omnia ad Atticorum normam redigi velle. non Attica elegantia, sed recentioris aetatis genus dicendi inprimis respiciendum est, quare in his quoque observationibus, etsi veterum usum non prorsus neglegimus, tamen potissimum cum ceterorum scriptorum posteriorum elocutione Iosephi genus dicendi contulimus, nec solum cum sermone virorum litteratorum velut Polybii, Diodori, Philonis, Dionysii Hal., Plutarchi, Luciani, aliorum, sed etiam cum sermone vulgari, qualis exstat in libris sacris et in aliquot titulis illius aetatis. hac ex comparatione non solum intelleges, quid Iosepho cum ceteris commune sit, quid eius proprium, sed etiam saepe locis dubiis verum cognoscere poteris.

Bellum Iudaicum, quia emendatum est a viris doctis, elegantius scriptum videmus quam antiquitates. oratio ibi nitidior est, hic interdum impedita et durior. ut omittam hiatum in antiquitatibus liberius admissum, id laude dignum est, quod in libris de bello Iudaico, quamquam constat eos ex lingua Hebraica (Aramaica) in Graecam esse versos (B. prooem. 1 [3, 11—14 Bekk.]), ne minimum quidem Hebraismi vestigium deprehenditur, cum inveniantur pauca vestigia in antiquitatibus. sed tamen ex his observationibus efficitur bello Iudaico multa propria, ne dicam, vitia cum antiquitatibus communia esse, quin etiam singula eo libro solo contineri.

Restat, ut paucis de codicum ratione disseramus. Libri ms., quibus omnia Iosephi scripta una contineantur, nusquam exstant. sed alii antiquitatum libros priores, alii posteriores exhibent, alii libellum de Iudaeorum vetustate, alii bellum Iudaicum. quare seorsum de singulis codicum familiis dicendum est. ac primum quidem decem antiquitatum libri priores insunt in libris ROMSPL[2]), sicut

1) cf. Cobet, var. lect. p. 19. 75. 76².
2) R = Parisinus 1421 s. XIV. O = Bodleianus 186 s. XV. M = Marcianus 381 s. XIII. S = Vindobon. 2 s. XI. P = Parisin. 1419 s. XI. L = Laurent. 69, 20 s. XIV.

posteriores in codd. PFLAMVW[1]), ad quos omnes accedunt Rufini versio Latina, epitome (E), excerpta Peiresciana, Eusebius. ut ab illis initium faciamus, non dubium est, quin duae familiae discernendae sint, altera codicum RO, altera SPL. medium locum inter has obtinet M. quaeritur, utra utri praestet. ad illorum fidem (RO) editionem suam redegit Niesius, ad horum Naberus. idem igitur in Flavii Iosephi libris recensendis observamus, quod ante triginta fere annos in Dionysii Halicarnassensis. ut tum viri docti in duas partes discedebant, cum alteri codicis Chisiani virtutes summis laudibus efferrent, alteri codicem Urbinatem ceteris omnibus, in iis Chisiano praeferrent, ita idem certamen his nostris diebus reviviscit. ut Niesius Iosephi libris RO maximam tribuit auctoritatem, ita Naberus ceteris (MSP). postea viri docti apud Dionysium eam rationem secuti sunt, ut 'coniunctum utriusque libri usum cautum' commendarent. hoc etiam in Flavii Iosephi scriptis recensendis maximum fructum allaturum esse putem. sed tamen comparanda inter se et aestimanda duplici lectionis memoria supersedere non possumus. ut afferamus eas causas, quas Niesius putat gravissimas, ei non credimus Iosephum A. IX 284[2]) nomen Selampsae ante hunc diem non auditum pro Salmanassare posuisse. nam si posuisset in eis, quae ex actis Tyriis excerpta sunt, nonne Iosephus de industria nos admonuisset huius regis nomen, quod dicit exstare in his actis, aliter conformatum esse atque vulgo? neque quicquam certi ex annorum computationibus mea quidem sententia colligi potest, cum in numeris tradendis librarii etiam codicum RO peccaverint. tamen mihi persuasi libros RO lectionem magis integram habere quam ceteros. nec enim negari potest codices MSP valde esse interpolatos. quod ut probemus, pauca exempla afferre liceat. A. IX 205 Iosephus narrat Hierobamum regem idololatriae se dedidisse et omnino impie et sceleste se gessisse. tum pergit: τῷ δὲ λαῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν μυρίων ἀγαθῶν αἴτιος ὑπῆρχε. ita Iosephi verba reddunt codices RO, sed MSP Exc. Suid. κακῶν exhibent. illos libros Niesius, hos Naberus sequitur. fortasse tu quoque miraberis, ut Naberus, qui fiat, ut rex maxime impius de populo maxime mereatur. sed hunc regem re vera de Israelitarum regno eo meritum esse, quod fines eius et in septentriones versus usque ad Amathum urbem et in meridiem usque ad lacum Asphaltitem propagasset, non solum Iosephus memoriae tradidit in eis, quae sequuntur (§ 206. 207), sed etiam libri sacri et Hebraice et Graece

1) P = Palatin. (Vatic.) 14 saec. IX/X. continet A. XI 9—XVII. Vit. 1—427. insunt permultae lacunae. F = Laurent. 69, 20 s. XIV. continet A. XI—XV. L = Leidens. F 13 s. XI/XII c. A. XI—XV. A = Ambros. F 128 s. XI. cont. A. XI—XX. Vit. M = Mediceus Laur. 69, 10 s. XV. pars antiquior c. A. XII 199—XX. Vit. V = Vatican. 147 s. XIV. c. A. XI—XV. W = Vatican. 984 s. XIV. c. A. XI—XX et Bell. Iud.

2) cf. Niese, praef. vol. I p. XXXIII.

scripti (Reg. IV 14, 23 sq.) omnia populo sub huius regis imperio bene cessisse et Iosephus monet, cum dicit § 215 eum μετὰ πάϲηϲ εὐδαιμονίαϲ regnasse et confirmant libri sacri, cum dicunt Reg. IV 14, 27 καὶ ἔϲωϲεν αὐτοὺϲ διὰ χειρὸϲ Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ἰωάϲ = Reg. II 14, 27 (Hebraice) וַיּוֹשִׁיעֵם בְּיַד יָרָבְעָם בֶּן־יוֹאָשׁ׃. iam nonne concedes κακῶν a librario quodam interpolatum esse, qui sibi persuadere non poterat regem impium beneficia in populum Israelitarum contulisse?[1]) huc accedunt aliae interpolationes velut A. VII 125 παρακαλέϲαϲ εὐψύχωϲ καὶ μετὰ προθυμίαϲ ἀνδράϲιν αἰϲχύνην φοβουμένοιϲ πρεπούϲηϲ ἀγωνίϲαϲθαι leguntur in codicibus RO, sed MSP μετὰ προθυμίαϲ ἅπαντα δράϲειν αἰϲχύνην φοβουμένοιϲ προτρεπούϲηϲ (προπεϲούϲηϲ M) ἀγωνίϲαϲθαι praebent. nemo non videt priorem lectionem unam esse veram eamque Naberus quoque recepit. (ceterum cf. etiam A. XIX 166 ἐλευθέροιϲ τε καὶ γενναίοιϲ ἀνδράϲι πρεπόντωϲ, ib. 181 ἔργον — ἐλευθέροιϲ ἀνδράϲι πρέπον, XVII 158 μετ᾽ ἀρετῆϲ ἀνδράϲι πρεπωδεϲτάτηϲ). deinde A. I 317 Naberus quoque interpolationem codicum SPL agnoscit, item A. VII 351. VIII 270. tum A. I 258 codices SP soli referunt Esavo nomen Seiro quoque fuisse (εἶχε δὲ καὶ ἕτερον ὄνομα Ϲήειρον λεγόμενον τῆϲ τριχώϲεωϲ). neque apud Hebraeos neque LXX interpretes usquam Esau Ϲηείρ nominatur. suspicor ad vocem τριχώϲεωϲ vel τρίχωμα librarium quendam Hebraice doctum adscripsisse vocem Hebraicam שֵׂעִיר 'seir', quia radicis עָשָׂה, unde Ἠϲαῦ derivatur, non exstat substantivum, quod 'crines' significet, atque inde totum hoc additamentum ortum esse. cf. etiam A. I 336. Ϲηείρ quidam Gen. 36, 21 (שֵׂעִיר) commemoratur, sed non idem est atque Esau. denique A. VI 284, ubi RO ἀναίρει τὴν κροκύδα legunt, in ceteris libris ex § 289 ἀποτέμνει τὴν πτέρυγα illata sunt. sed libris MSP, quamvis interpolati sint, tamen non facile caremus, cum in codicibus RO multae inveniantur lacunae librariorum neglegentia plerumque propter vocabulorum similes exitus oculis aberrantium ortae. in hac re libri RO Dionysii codici Chisiano similes sunt. quod Niesius dicit ea, quae RO omittant, plerumque suspecta esse, mihi persuasi virum doctum interdum artius ad horum auctoritatem se applicavisse, velut facere non possum, quin A. VI 251. 302. VII 348. IX 82. 259, al. cum Nabero retinenda esse censeam, quae libri MSP addunt. porro in nominum vel verborum formis libris RO parum fidei est. sed quidquid de hac re iudicas, id minime committendum existimo, ut ex manifestis librorum RO vitiis Iosepho formas inusitatas obtrudamus velut A. II 170. X 218 Niesius ex lectione perversa ὑπηϲχημένοϲ coniecit Iosephum ὑπειϲχημένοϲ (similiter A. IV 168. V 93 ὑπείϲχηται) scripsisse, quam formam, etsi ex titulis innotuit, tamen apud Iosephum numquam, ne in variae lectionis farragine quidem, me legere memini.

1) cf. etiam Arnold, philol. anzeiger XVII 273 (1887).

idem valet in formam διειλέχθηϲαν A. VII 262 ex prava scriptura διηλέχθηϲαν elicitam vel κατειϲχῆϲθαι A. V 148.

Transeo nunc ad alteram antiquitatum partem. in codicibus, quibus ea continetur, maxima lectionis discrepantia invenitur, quam satis luculenter Niesius inde ortam esse demonstravit 'quod collatis inter se diversi generis codicibus modo hoc modo illud ex alio in alium translatum est'. quare vir doctus nullum fere esse codicem, qui non aliquid probi retinuerit, affirmat. de codicum singulorum auctoritate idem in praef. vol. III p. LII ita refert: 'maximi aestimandum esse demonstravi Palatinum, cui plerumque FV aut FLV se adiungunt; sed ne alterum quidem genus AMW aut LAMW spernendum est. deinde FV aut FLV, nisi accedit P, minoris sunt auctoritatis longeque superantur ab AMW aut LAMW. et cum horum et antiquissimus et optimus sit Ambrosianus, hunc post Palatinum secundum dignitatis locum obtinere merito dixeris; qui in libris XVIII—XX, ubi deficit P, omnium optimus habendus est. quodsi cum AMW coniungitur P, horum auctoritas tanta est, ut raro ab ea discedere liceat.'

Neminem arbitror, qui Niesii commentationem accuratissimam perlegerit, dubitaturum esse, quin duae codicum familiae discernendae sint et codex Leidensis medium quendam locum obtineat. altera earum ex libris PFV, altera ex AMW constat. hoc Naberus quoque sine ulla dubitatione in praefatione voluminis tertii vere observatum esse concedit. sed ut iam in priore antiquitatum parte, ita in posteriore de familiarum pretio atque auctoritate aliter iudicat ac Niesius. ut hic codici Palatino palmam dat, ita ille Ambrosiano. at Naberum re vera codicem P non tam parvi aestimare quam ex eius praefatione vol. III colligitur, satis ex eo elucet, quod permultis locis ab ea codicum familia, quam 'pressius se secutum esse' dicit, desciscit et codicis P lectiones praefert velut A. XI 108. XII 65. 68. XIII 173. 360. 371. 413. XIV 3. 4. 144. 234. 237. 470. XV 119. XVII 209. 262, alibi. inspiciamus aliquot locos, e quibus codicis Palatini bonitas cognosci possit. A. XIV 40[1]) Iosephus narrat Pompeium Chalcide, ex oppido Syriae sub imo monte Libano sito, Damascum iter fecisse: διελθὼν — τὴν Χαλκίδα καὶ τὸ διεῖργον ὄροϲ ὑπερβαλὼν τὴν κοίλην προϲαγορευομένην Ϲυρίαν ἀπὸ τῆϲ Πέλληϲ (ita FLAMV, πέλλειϲ W) εἰϲ Δαμαϲκὸν ἧκεν 'per oppidum Chalcidem profectus superato eo monte, qui Coelesyriam, quae proprie sic nominatur, a Pella dividit, Damascum pervenit.' cum Pella oppidum in Peraea prope Iordanem flumen situm esset, Iosephus, si re vera ita scripsisset, diceret Pompeium Chalcide prius multa milia passuum in meridiem versus usque ad Pellam iter fecisse, tum revertisse Damascum. sed in eis, quae apud Iosephum praecedunt,

1) cf. Niese, praef. vol. III p. XXII. Naberus iniuria ante ἀπὸ interpungit.

neque Pellae neque Peraeae mentio fit, sed id tantum commemoratur Iosephum in Coelesyriam invasisse. postea demum (A. XIV 47. 49 = B. I 6, 5) ex oppido Dio Pellam praeteriens per Scythopolim, Coreas, Hierichuntem ad Hierosolyma Pompeius profectus esse dicitur (A. XIV 54 = B. I 6, 6). neque ulla causa intellegi potest, cur Pompeius, postquam tam longe in meridiem versus processit, subito in septentriones versus Damascum reverterit. sed re vera ad Pellam incursionem Pompeius non fecit, immo recta ex Leontis fluvii valle, ubi Chalcis sita erat (inter montes Libanum et Antilibanum), quae proprie a Graecis Coelesyria nominabatur, per montem Antilibanum (= τὸ διεῖργον ὄρος) Damascum iter fecit. ea autem regio, quae ab hoc monte in orientem et meridiem spectabat, quamquam ipsi nomen Coelesyriae erat (A. I 206. X 181. XIII 356. XIV 34), tamen, ut ab illa valle proprie sic dicta distingueretur, interdum ἡ ἄλλη Συρία nominabatur velut apud Philonem legat. ad Gaium 22 p. 297 ed. Dahl Συρίαν τήν τε ἄλλην καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην, apud Iosephum secundum Niesium A. XIV 79. (cf. etiam A. VII 104, ib. 101. XIV 48. Δαμασκοῦ καὶ τῆς ἄλλης Συρίας). itaque quid verius esse potest quam codicis P lectio τῆς ἄλλης pro Πέλλης?

A. XIII 371[1]) legebatur Λαοδίκη γὰρ ἐλθὼν σύμμαχος (sc. Antiochus) τῇ τῶν Γαλααδηνῶν βασιλίσσῃ secundum codicem V, codd. LW γαλιήνων, AME γαλιηνῶν, F γαλιλαίων exhibent.[2]) ubi terrarum illos Galienos sive Gaminos (ita Rufin.) incoluisse putas? nusquam, opinor. sed populum Samenorum exstitisse nos docet Steph. Byz., quem constat aliquot populorum nomina ex Iosephi scriptis hausisse: Σαμηνοὶ, νομάδων Ἀραβίων ἔθνος. hos autem nobis praebet codex Palatinus Σαμηνῶν pro Γαλιηνῶν sim. exhibens.

Porro A. XIV 4 codices LAMVW ἀρξαμένου τοίνυν τῆς ἀρχιερωσύνης Ὑρκανοῦ tradunt, sed PFE παραλαβόντος γὰρ τὴν βασιλείαν Ὑρκανοῦ. illorum lectionem redarguunt verba, quae leguntur A. XIII 408: ἡ δὲ (Alexandra) ἀρχιερέα μὲν ἀπεδείκνυεν Ὑρκανόν. hoc honore, quamdiu Alexandra regina post mariti mortem vivebat, fungitur Hyrcanus, per novem annos (A. XIII 430). ea demum mortua (XIII 430. XIV 1) regno potitur, summo autem sacerdotio, ut diximus, iam novem annis ante praefectus erat. hoc loco (XIV 4) de regno, non de summo sacerdotio Iosephum dixisse vel ex eo intellegitur, quod ib. § 6 Iosephus narrat Hyrcanum Aristobulo regnum permisisse, ipsum autem maluisse frui eo honore, quo iam affectus erat (τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ κτῆσιν).[3]) denique alterius familiae interpolationem agnosces A. XIV 143, ubi in P

1) cf. Niese, praef. vol. III p. XXII.

2) Galadenorum reginam cognitam non habemus. neque B. I 4, 2 sq. eius reginae mentio fit, ubi Iosephus tradit illis temporibus (Ptolomaei Lathuri, qui A. XIII 370 quoque memoratur) Alexandrum Iannaeum (cf. etiam A. XIII 320 sq. 356) his Galadenorum regionibus potitum esse.

3) cf. etiam Niese, III p. XXIV.

haec leguntur: (Καῖcαρ) Ἀντιπάτρῳ δ' ἐφίηcιν δυναcτείαν, ἣν αὐτὸc προαιρεῖται, quae quin sana sint, nemo dubitabit. sed pro δ' ἐφίηcιν codices LAMW δὲ δίδωcι exhibent, quod codex F suprascriptum habet. hanc autem scripturam esse interpretamentum quis est, qui neget?

Sed tamen ab altera parte etiam codicem Ambrosianum bonitate excellere vel ex eo elucet, quod solus nobis eam Herodis nominis formam (Niese III p. VII) suppeditat, quam iterum ac saepius in titulis illius aetatis scriptam videmus: Ηρωιδηc C. I. G. 3155. 4893, cf. Kaibel, inscr. Graec. Sicil. et Ital. no. 645, 15. 42. 55. 87. 89. 114. 180, Ηρωιδαc Ditt. syll. 446, 12, Ηροιδα ib. 463, 19. C. I. A. II 3 no. 1672, alibi. adde Etymologici magni testimonium s. v. Ηρωιδηc· ἔχει τὸ ι προcγεγραμμένον.[1])

Quae igitur ratio, quoniam duas codicum recensiones haud spernendas habemus, critico sequenda est? ea, opinor, ut non nimis arte ad unam recensionem se applicet, sed quae in utraque optima sint, ea toto Iosephi genere dicendi accurate observato eligat. medio igitur, ut poetae verbis utar, tutissimus ibit.

In universum omnium librorum archetypum iam fuisse corruptum demonstrant A. VII 67 (cf. Ns. vol. I p. XXXII). XIV 99 (ib. III p. XVII). manifestam archetypi interpolationem A. VI 3 deprehendes (ἐξεμοῦντεc). praecipue in posterioribus antiquitatum libris multi loci corrupti leguntur, quibus vix quisquam medebitur.

Porro epitomen non parvi aestimandam esse cum alia (vide indicem s. v. epitome) docent tum A. XX 38, ubi sola exhibet, quae AMW Lat. omiserunt: τοῖc Ἰουδαίων ἔθεcιν ⟨χαίρειν τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ⟩ et A. XVII 312, ubi epitomes lectio ἀπόνοιαν pro διάνοιαν non displicet.

Versionem Latinam ne neglegamus, ipsa codicis optimi Ambrosiani vetustas impedit. accedit, quod interpres Latinus plerumque artissime exemplar Graecum sequitur verbum verbo reddens ita, ut etiam iis locis, quibus manifestum est eum Iosephi sententiam prorsus pervertisse velut I 95. VIII 307. XVIII 85. XIX 148, alibi cerni possit, quae verba ante oculos habuerit. sunt loci, quos ex sola versione Latina restituamus velut A. VI 9 Hudsonus pro ὑγιῆ ex Lat. 'ei' elicuit αὐτῇ, A. VII 298 Niesius ex Lat. μετ' οὐ πολὺν χρόνον edidit, A. X 111 pro οὔτε ἀναcτήcειεν idem ex Lat. οὓc ἂν. 'quos demigraverat', A. X 119 idem pro ἀπειλεῖ ex Lat. 'moneret' παρῄνει, alia. sed interpres Latinus quod alia non intellexit, alia omisit aut in brevius contraxit, alia de suo addidit, in universum caute adhibendus est.[2])

1) cf. Schürer, geschichte des jüdischen volkes im zeitalter Jesu Christi I 307² et theol. litteraturzeitung 1892 p. 515. vid. quae ibidem de A. XIII 397 recte disputata sunt.

2) magnopere laudamus, quod versionis Latinae editio a Carolo Boysen paratur. nec enim editio Basileensis (1524) vitiis vacat et ex

Excerptorum auctoritas, quae modo cum hac modo cum illa codicum familia conspirare videmus, non ita magna est. Eusebium

---

librorum deteriorum familia fluxisse videtur. ne quis putet me magis temere quam vere dixisse, hoc paucis exemplis demonstrabo. (quas infra afferam lectiones Ambrosianas et Vaticanas, excerpsi ex Reifferscheidi bibliotheca patrum Italica I 280. II 46, Guelpherbytanas ipse contuli, Bernenses (no. 118) et Monacenses (11302. 15841) mihi summa humanitate suppeditaverunt viri doctissimi, bibliothecarum praefecti, Bloeschius Bernensis et Laubmannus Monacensis).

A. IV 1 init. Ἑβραίους δ' ὁ κατὰ τὴν ἐρημίαν βίος ἀηδὴς καὶ χαλεπός in omnibus libris, nisi quod in O Ἑβραίοις et in SP ἀηδὴς αὐτοῖς legitur.	Wiz. et Monte-Cass. (Reiff. II 404): 'Hebraeos (-eos M.-C.) itaque vita deserti molesta atque difficilis.' edit. Basil. ut cod. Vatic. 814, Bern., Monac. duo, Blankenburgensis (Guelpherbyt.) 14: 'Hebraeos (-eos Vat.) itaque deserti molestia.'
A. V 343 τῆς ἀπαιδίας αὐτὴν ὠλοφύρετο καὶ τῆς μονώσεως.	Ambros., Wizemb.: 'et eo, quod non haberet filios et (ea W.) solitudine gemescebat' (similiter Bern., Monac. 11302, Blankenb. 14). edit. Bas.: 'et eo, quod non haberet filios, ea solicitudine (sollicitudine Monac. 15841) gemiscebat.'
A. VI 2 ἐπιτυγχάνουσιν αὐτῷ (sc. τῷ θεῷ) τοῦτο ποιοῦντι τὴν κιβωτόν.	codd. Wizemb., Bern., Mon. 11302, Blankenb. 14: 'invenerunt deum suum circa archam (arcam Bern.) hoc facientem.' edit. Bas. ut Mon. 15841: 'invenerunt deum suum circa arcam iacentem.'
A. VIII 1 initio: περὶ μὲν οὖν Δαυίδου καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ ὅσων ἀγαθῶν κτέ.	codd. Ambros., Wiz., Monte-Cass.: 'De David itaque eiusque virtute quantorumque.' edit. Bas. ut codd. Vatic., Bern., Monac. duo, Blankenb. 14: 'David itaque regis (om. Blank. 14, quot Mon. 15841, eius Vat. Mon. 11302. Bern.) virtutem (-um Mon. 15841) quantorumque.'
A. X 281 extr. εἰ δέ τις ἄλλως δοξάζειν βουλήσεται περὶ αὐτῶν, ἀνέγκλητον ἐχέτω τὴν ἑτερογνωμοσύνην.	codd. Wiz., Monte-Cass., Monac. duo: 'si quis autem vult opinionem aliam sequi, crimen pro diversa sententia non habebit.' edit. Bas. ut Vatic, Bern., Blank. 14 'non' omittunt.
B. I 21, 6 (79, 28) ἐπεὶ δὲ ἀνεπληρώθη τὸ βάθος (sic MLVRC), at τὸ ὑψηλὸν PA, unde haud male de Destinon τὸ ὕφαλον elicuit.	edit. Bas., Blankenb. 14: 'spatio, quod undam celabat.' Vatican. no. 992, Wizemb. 23: 'quod unda celabat.'
B. I 21, 9 (81, 9) πόλιν ἄλλην κτίσας κατὰ τὸν ἀπὸ Ἱεριχοῦς ἰόντων αὐλῶνα πρὸς βορέαν Φασαηλίδα ὠνόμασεν.	edit. Bas., Blankenb. 14: 'aliamque civitatem in regione, quae (qua Blank.) de hiericunta in boream (borea Blank. 14) mittitur, Phaselum (faselum Blank. 14) nominavit.'

proderit aliquotiens consuluisse velut de nomine Ναβοκοδρόσορος.[1])

Iam ut accedamus ad libros, qui sunt de Iudaeorum vetustate vel contra Apionem, inter libros ms. unus codex Laurentianus 69, 22 (L) respiciendus est, nam manifestum est omnes ceteros ex aliquo huius codicis apographo esse descriptos. sed idem magnopere interpolatus et multo inferior est excerptis, quae Eusebius in 'chronicis et praeparatione euangelica' memoriae prodidit.[2]) nec versio Latina neglegenda est. eadem sola magnam illam lacunam libri II 52—113 explet. denique ex excerptis Constantini Porph., quae Niese in addendis demum commemorat, apparet, ut Wilamowitzius me monuit, Latinum multo praestare codici Flor. libri ergo in Apionem longe corruptissimi sunt.

Postremo paucis tangere liceat, quae Iustus a Destinon[3]) de eis libris disputavit, quibus bellum Iudaicum continetur. non solum aliquot eorum librorum, quos iam Cardwellus adhibuerat (PL) denuo excussi sunt, sed etiam alii (AMVRC) nunc primum collati.[4]) ex horum codicum lectionibus nonnullas de Destinon excerpsit, ut nos de eorum fide et auctoritate doceret. vir doctus aliquot locis velut

---

Vatican. (secundum de Destinon), Wizemburg. 23: 'aliamque civitatem in regione, qua de hiericunte (-the Wiz. 23) in boream itur (itur corr. ex igitur Wiz. 23), fasaelum nominavit.'

ceterum codex Wizemburgensis 23 fol. 146 membran., qui saeculo decimo tribuendus est, melioris notae esse videtur, ut Blankenburgensis 14 deterioris. de Wizemburgensi no. 22 iam dixit Niesius I p. XXVIII, sed iniuria affirmat eum esse saeculi undecimi vel duodecimi. immo collatis aliis codicibus, de quorum aetate satis constabat, mihi persuasi eum non esse inferiorem saeculo X consentiente Gustavo Milchsack Guelpherbytano, viro doctissimo, cui hoc loco pro insigni in me humanitate ac benevolentia gratias liceat agere maximas. addam codice Blankenburgensi 14 (Guelpherbytano apud Ebertum no. 460 p. 93) non XIX antiquitatum libros contineri, sed tantum fol. 1—130 libros duodecim priores antiquitatum. in foliis 131—223ʳ leguntur de bello Iudaico libri septem. hic codex membranac. pulcherrime scriptus saeculo XII tribuendus videtur. f. 130ʳ—133ᵛ et 216ʳ—223ʳ, id est unum quaternionem et dimidium, manus etiam recentior scripsit.

1) cf. Niese, I p. XXXI.

2) cf. Ap. II 165 sq., Niese, praef. p. XIV sq. C. Frick, Berliner philol. wochenschrift X (1890) p. 1328.

3) de Flavii Iosephi bello Iudaico recensendo ad Benedictum Niese epistula critica. Kiliae 1889. progr.

4) P = codex Parisinus 1425 saec. XI.
A = „ Ambrosianus D. sup. 50 s. XI.
M = „ Marcianus 383 s. XII.
L = „ Laurentianus 69, 19 s. XI.
V = „ Vaticanus 148 s. XI.
R = „ Palatinus 284 s. XI/XII.
C = „ Urbinas 84 s. XI.

B. I 18, 1. 26, 3 (cf. l. l. p. 9. 11)[1]) probare studet codices PA bonitate ceteris praestare et inter hos fortasse P esse meliorem. sed cum eis locis, quos affert gravissimos, coniectura opus sit, ut ex horum librorum lectionibus verum eliciatur, nondum fundamenta iecisse videtur, quibus nisi illorum pretium certa ratione aestimemus. utrum re vera meliores habendi sint necne, non prius diiudicari poterit quam editionis Niesianae volumen sextum prodierit. nec enim Cardwelli editio in hanc rem sufficit, quod cum aliorum tum codicis A lectiones ab ea absunt.

Materiam, quam tractaturi sumus, eo ordine disponere nobis utile videtur, ut primo loco ponamus gravissimum caput, id est de verborum structura, tum de verborum flexione agamus, postremo in verborum delectum inquiramus.

I. DE SYNTAXI.

§ 1. De articulo.

A. XIII 320 in plurimis libris legimus Ἰανναῖον τὸν *καὶ* Ἀλέξανδρον, sed καὶ in FW omittitur; A. XVIII 35 apud unum Eusebium traditur Ἰώσηπος ὁ *καὶ* Καϊάφας particula καὶ in omnibus Iosephi ipsius libris manuscriptis (AMWE Lat.) omissa. quae nude sic post articulum posita utrum ferenda sit necne, ex libris, quippe qui sibi ipsi non constent, diiudicari nequit. quoniam persaepe apud Iosephum participium nomini proprio additum est velut A. XII 43 Σίμων ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθείς, XII 385 Ἄλκιμος ὁ καὶ Ἰάκιμος κληθείς, XIII 10 Ἰωάννην τὸν καὶ Γαδδὶν λεγόμενον, XIII 131 Διόδοτος ὁ καὶ Τρύφων ἐπικληθείς, XIII 420 Σελήνη ἡ καὶ (ita PV) Κλεοπάτρα καλουμένη, XX 240 Ἰούδᾳ τῷ καὶ Ἀριστοβούλῳ κληθέντι, B. I 4, 7 (21, 17 Bekk.) Ἀντίοχος ὁ καὶ Διόνυσος ἐπικληθείς, coniecerit quispiam etiam locis allatis tale quid intercidisse. sed illud dicendi genus Iosepho non ignotum fuisse docent ei loci, quibus codices consentiunt ut A. I 240 Κλεόδημος

---

1) B. I 4, 5 (20, 21), ubi οὔτε . . θυμῶν . . ἐπαύοντο legimus, de Destinon p. 9 lectionem vulgatam θυμῶν temptare non debebat ὀργῶν proponens, cum ea id ipsum significet, quod requiritur, ac Iosephi dictioni respondeat: Vit. 143 Τιβεριεῖς τοῖς θυμοῖς ἐπέμενον 'in ira perstabant.' at cf. ib. 147. 388 παύσεσθαι (παυσάμενοι) τῆς ὀργῆς, sed notandum est numerum singularem hic usurpari, ut solet praeter Vit. 266. A. XVI 277 (ὀργάς).

ὁ καὶ Μάλχος[1]), V 85 Ἄρκη ἡ καὶ Ἐκδείπους, XII 285 Ἰούδας ὁ καὶ Μακκαβαῖος, XX 74 Πακόρῳ τῷ καὶ πρεσβυτέρῳ. cf. etiam A. XX 150 secundum MW in Niesii editione maiore. hanc structuram Iosephum ex sermone vulgari hausisse efficias ex Act. apost. 13, 9 Σαῦλος ὁ καὶ Παῦλος.[2]) ceterum καὶ saepissime etiam post praepositiones μετὰ et σὺν et post coniunctionem μέχρι inseritur[3]) nec non post pronomina relativa (A. XV 402) et interrogativa (A. II 87) atque in aliis locutionibus (A. XVII 299 τὸ καὶ πρότερον καταλιπὼν τάγμα, XX 4 τοὺς πρώτους τοὺς καὶ τῆς στάσεως αἰτίους, item Vit. 137). adamat igitur Iosephus hunc particulae καὶ inserendae usum. nec hoc Iosephi solius proprium est, sed etiam aliorum communis dialecti scriptorum velut Dionysii Halic., Herodiani, Aeliani, Zosimi.[4]) iam nemo non concedet duobus illis locis καὶ optimo iure retineri. nescio an etiam A. XII 157 καὶ inserendum sit: Σίμωνος τοῦ ⟨καὶ⟩ δικαίου κληθέντος. cf. XII 43 Σίμων ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθείς.

A. II 147 in omnibus libris haec traduntur: τούτους οἳ λυπήσονται τεθνηκότων οὐκ ἔχοντες. hunc locum prior Coccejius temptavit τοὺς οἳ proponens, quam coniecturam Ernestius[5]) iteravit. Niesius codicum scripturam retinet, Naberus τοὺς οἳ recepit. fuit, cum mihi quoque haec lectio valde arrideret. nam haec loquendi forma praeterquam quod usitata est apud veteres, Platonem Demosthenem Lysiam alios[6]), etiam apud Iosephi aequalem, Philonem Alexandrinum[7]), admodum saepe occurrit nec non apud alios posteriores velut Polybium (I 5, 1) et Sextum Empiricum (29, 13. 249, 25. 305, 16 Bekk.). non desunt apud Iosephum ipsum loci, quibus hunc dicendi usum probari putes: A. XI 258 τοῦτ' ἔσται παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ ὃν (sic E, τῷ omittunt ceteri libri, ᾧ proposuit Holwerda[8]) ἂν στέρξῃ, XIX 1 Γάιος οὐκ εἰς μόνους Ἰουδαίους τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τοὺς ὁπόσοι τῇδε οἰκοῦσιν ἐπεδείκνυτο τῆς ὕβρεως τὴν μανίαν, similiter IX 192. sed ex illo exemplo nihil certi colligi potest, quia vereor ne ipsum non recte traditum sit. haec omnino huc referenda non sunt, quod τοὺς vel οἱ ad nomen Ἰουδαίους vel participium

1) haec verba, quamquam Alexandri Polyhistoris sunt, tamen ad Iosephum ipsum referre non dubito, cum Paulus Viereck l. l. p. 112. 116 luculenter demonstraverit, quanta Iosephi in aliorum verbis afferendis sit licentia.

2) cf. Winer, grammatik des neutest. sprachidioms § 18, 1 p. 102⁷.

3) μετὰ καὶ A. XI 89. XII 28. 89. XIII 91 passim, σὺν καὶ A. II 310. X 4. XII 75, aliis locis, μέχρι καὶ A. XI 93. XII 230, al.

4) cf. Fr. Krebs, die präpositionsadverbien in der späteren historischen gräcität. München 1884/85. I 22 et H. H., wochenschrift für klassische philologie V 556.

5) observ. philologico-criticae p. 64.

6) Krüger, gr. sprachl. I 50, 1, 20⁵, Kühner, ausführl. gramm. d. griech. spr. § 459, 1 a p. 507², Cobet, variae lectiones p. 551². nov. lect. p. 310. 798.

7) L. Cohn, Phil. Alex. libellus de opificio mundi prolegom. p. LIV.

8) emendat. Flavian. p. 23.

ἀγανακτήσαντες pertinent, similiter conformata atque A. XV 302 τῶν ὅσοι πρότερον ἀπέκειντο δεδαπανημένων· quomodo autem dicat Iosephus, si nomen non accedat, nos docent A. IX 194 εἰ τούτους ἡγεῖται θεούς, οἳ τοὺς ἰδίους μηδὲν ὤνησαν, XIII 385 οὓς Ἀντιοχέων εἶναι πολίτας συνέβαινε, τούτους ἀπέδωκαν, XIX 156 εἶναι τούτους οἳ ἀνῃρήκασι Γάιον, XIX 233 εἶναι τούτους οἳ ἂν μάχωνται. item VI 91. 230. 341. 354. VIII 121. IX 193. 261. 282. XII 28. 392. itaque viri docti coniecturam, quamvis speciosam, non sine causa repudiabimus.

A. XVIII 199 sic legimus: αἱ γὰρ ἐπὶ τοιοῖσδε προαγορεύσεις ὑστερηκότος τοῦ ἀποδείξοντος ἔργου χαλεπωτέραν προστίθενται τὴν ἀχθηδόνα τοῦ εἰ μηδὲ[1]) τὴν ἀρχὴν ἀκροάσαιτο αὐτῶν 'graviorem afferunt dolorem quam si nihil unquam de illis audiverit'. offendit τοῦ, exspectamus ἤ. sed solet Iosephus sicut Aristides et Philodemus[2]) tota enuntiata vi substantivorum instruere velut A. IV 32 τὴν ἐξουσίαν τοῦ τίνι παράσχῃ, VI 345 καταλιπεῖν ἐπ' ἀδήλῳ τῷ ποταποὶ γενήσονται τὸν τρόπον, XIV 171 τοῦ τί χρὴ ποιεῖν ἀπορίᾳ (sed cf. Vit. 22), XX 7 φόβῳ τοῦ μὴ .. ἀναγκάσῃ (sed cf. XVIII 225. XIX 151. B. VII 6, 4 [143, 31]), XX 28 ἐπὶ πείρᾳ τοῦ τί φρονοῖεν, X 176. 205.

A. XIII 23 in plurimis libris (PFLAMVW) exstat οἱ φυγάδες καὶ *οἱ* ἀσεβεῖς. sola epitome ante ἀσεβεῖς articulum οἱ omittit. A. XIII 121 in uno codice Vaticano legimus τῶν ἀσεβῶν καὶ τῶν πεφευγότων, in ceteris (PFLAMW) τῶν deest. Naberus utroque loco articulum posuit, Niesius priore loco toleravit, sed altero damnavit. utri plus fidei est? apud Atticos duobus nominibus eiusdem generis particula καὶ coniunctis consuetudo est, ut ante alterum vocabulum articulus omittatur, si arte cohaerent atque unam notionem efficiunt, addatur, si quid diversi significent. quoniam οἱ ἀσεβεῖς plane eidem sunt, qui οἱ φυγάδες sive οἱ πεφευγότες, non dubitabimus his locis eos codices sequi, qui articulum omiserunt, praesertim cum viderimus Iosephum (si modo fides est librorum consensui) ceteris locis in hac quidem locutione illud praeceptum observasse velut A. XII 289 τοὺς φυγάδας καὶ ἀσεβεῖς, ibidem 399 ἐκ τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφυγαδευμένων, XIII 40 οἱ ἀσεβεῖς καὶ φυγάδες, ibid. 42 τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφευγότων, ibid. 133 τοὺς Ἰουδαίων φυγάδας καὶ ἀσεβεῖς. adde similes locutiones A. XII 284 τοὺς δικαίους καὶ θεοσεβεῖς, ib. 252 οἱ ἀσεβεῖς καὶ πονηροί, XIII 34 τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς, ib. 2 τῶν ἀσεβῶν καὶ παραβεβηκότων τὴν πάτριον πολιτείαν, XII 364 τῶν ὁμοίων καὶ ἀσεβῶν.[3]) contra

1) sic cum codice Vossiano pro μηδ' εἰ legendum esse censeo, quamquam hiatus ita exsistit, sed hic post articulum nihil habet offensionis. cf. A. VI 180.

2) cf. W. Schmid, Atticismus II 46 et Krueger l. l. I 50, 6, 10.

3) haec verba non sine causa Naberus in dubium vocavit, τῶν ὁμοίως ἀσεβῶν coniciens (cf. XVI 37), sed fortasse καὶ ἀσεβῶν secludenda sunt

A. X 114 (οἱ δὲ ἡγεμόνες καὶ οἱ [ita plurim. codd.] ἀσεβεῖς) Iosephus duces ab improborum vulgo secerni vult. alii quoque posteriores illam regulam observarunt velut Dionysius Halic. XI 30 (132, 27 Kiessl.), Plutarchus, Novi Testamenti scriptores[1]) neque incognitam habet Polybius.[2]) ne Appianum quidem quidem illud praeceptum detrectasse puto Mendelssohnio assentiens repugnante Godofredo Kratt.[3])

Idem valet in alias Iosephi locutiones, quae huc spectant. velut utrum Iosephus οἱ ἱερεῖς καὶ *οἱ* Λευῖται[4]) an simpliciter οἱ ἱερεῖς καὶ Λευῖται dixerit, ex codicibus demonstrari non potest, cum mirum in modum fluctuent. hanc librorum inconstantiam sequuntur editores. videamus singula:

A. IV 205. IX 155. 273 τοῖς ἱερεῦσι καὶ Λευίταις omnes libri exhibent.
IV 222 οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται codd.
VII 78. IX 262 τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας codd.
VII 363. IX 144. 260. X 62 τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας codd.
VIII 169. IX 274 τῶν ἱερέων καὶ Λευιτῶν codd.
ib. 248 οἱ ἱερεῖς καὶ Λευῖται codd.
IX 4 τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν RMSP, τῶν om. O.
ib. 12 τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας MSPEZon., (μετὰ) Λευιτῶν R.
ib. 161 τοὺς Λευίτας καὶ ἱερέας codd. cf. etiam V 69.
ib. 274 τοῖς ἱερεῦσι καὶ Λευίταις ROSP, τοῖς addit M.
X 71 τοῖς ἱερεῦσιν — καὶ τοῖς Λευίταις codd.
XI 8 οἵ τε Λευῖται καὶ οἱ ἱερεῖς PFLA, οἱ omittunt VWE.
ib. 74 οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται PFL, οἱ om. AOVW.
ib. 81 οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ Λευῖται codd.
ib. 107 οἵ τε ἱερεῖς καὶ Λευῖται PFLAWE, οἱ addit V.
ib. 108 οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται PW, οἱ om. FLAVE.
ib. 140 τῶν ἱερέων καὶ Λευιτῶν PFLVWE, τῶν addit A.
ib. 146 τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν καὶ Ἰσραηλιτῶν PFLVW, τῶν ante Λευιτῶν omittunt AE.
ib. 151 τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν PFL, nisi quod P ἱερέων καὶ τῶν omittit, τῶν ante Λευιτῶν om. AVWExc., τῶν ante Ἰσρ. om. V.
ib. 181 τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας codd.
ib. 182 οἱ ἱερεῖς καὶ Λευῖται codd., nisi quod P οἱ ante ἱερεῖς om.

Iam id, opinor, libenter concedes librorum auctoritatem in hac re esse nullam. qui qua de causa articulum modo omittant modo

---

ut glossema propter φυγάδων, quod praecedit, interpolatum. similiter A. VI 260 Niesius proponit ὁμοίως (-ους codd.) αὐτῷ πονηρούς. etiam hic πονηροὺς interpolationem sapit.

1) Winer § 19, 4 p. 121 sq.[7].

2) Buettner-Wobst, Polyb. histor. vol. I p. XLV. LXXXI et in Fleckeiseni annalium vol. 35, 139 (1889), praeterea de hac similibusque rebus dixerunt Fr. Hultsch, quaestion. Polybian. p. 16. 17. Zwickaviae 1859 et in Polybii editionis alterius praef. vol. I p. XLV atque Schenkl, jahresbericht über die späteren griechischen geschichtsschreiber in Bursiani annalium vol. 38, 244 (1884).

3) de Appiani elocutione p. 21. diss. Heidelb. Baden-Baden 1886.

4) nihil refert, utrum Λευῖται an Ληουῖται scribas. sed illa forma mihi praeferenda videtur, cum in libris sacris quoque inveniatur.

addant, neminem mihi explicaturum existimo. redeamus nunc ad regulam illam. nemo, qui rebus sacris operam dedit, nescit Levitas esse templi ministros ac secernendos esse a sacerdotibus ipsis. eidem sunt, qui in N. T. nominantur ὑπηρέται. quoniam ibi quoque (Ioh. 19, 6)[1]) legimus οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται atque etiam apud LXX interpretes articulum insertum videmus velut Paral. I 23, 2 τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας, optimo iure omnibus locis, etiam contra codicum consensum, articulum rescribemus.

Ne longus sim, A. XIII 363 τῶν τέκνων καὶ τῶν (ita cum P legit Niesius, cum ceteris libris τῶν omittit Naberus) γυναικῶν, XII 55 τῆς ἀδελφῆς καὶ τῶν τέκνων cum FLV, XI 316 τῆς μητρὸς καὶ τῆς (hoc tantum in A) γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων scribendum esse colligitur ex locis similibus velut A. X 138 τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν, VIII 365. XIII 141 τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας (cf. Lucian. Tox. 61 τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα)[2]), VI 359. XI 136 τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, V 343. XIII 380 τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας, XII 51 τῆς βασιλίσσης καὶ τῶν τέκνων. huc non pertinent ei loci, ubi articulus omnino omittitur velut A. IV 170. 171. V 17. 29. 47. 48. 110. X 230. B. II 16, 4 (188, 6. 28). Vit. 25. 58. 61. 84. 99. 166. 207. 210. 230. 328. 419, passim.

Contra A. IV 305 cum RO Λευίτας τε καὶ ἱερέας legendum et XI 128 (τοῖς ἱερεῦσιν καὶ Λευίταις καὶ ἱεροψάλταις καὶ θυρωροῖς καὶ ἱεροδούλοις καὶ γραμματεῦσιν) articulum τοῖς delendum esse facile sibi persuadebit, quisquis A. XIII 63 καὶ Λευίτας καὶ ἱερεῖς et VIII 228. XIII 73 καὶ ἱερεῖς καὶ Λευίτας (Ioh. 1, 19) atque XI 134 ἱερέων καὶ Λευιτῶν καὶ θυρωρῶν καὶ ἱεροψαλτῶν καὶ ἱεροδούλων contulerit.

Aliquot locis libri in locutione εἰς (τὰ) Ἱεροσόλυμα tradenda fluctuant, cum alii articulum exhibeant, alii omittant:

A.	IX	244	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα RO, τὰ om. MSPE.
	X	15	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα RO, τὰ om. MSP.
	ib.	42	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ROMSP, τὰ om. LVE.
	ib.	77	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα RO, τὰ om. MSPE. cf. etiam X 237.
	XI	67	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PFLAOV, τὰ om. WE.
	ib.	122	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PFLAVW, τὰ om. E.
	ib.	123	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PFLVW, τὰ om. AE.
	ib.	132	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PFLAV, τὰ om. E.
	ib.	168	(p. 37, 2 Niese) εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα AW, τὰ om. PFLVE.
	XIII	39	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PFLAVW, τὰ om. ME.
	ib.	208	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα PLAMV, τὰ om. FWE.
	XVIII	56	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα AMW, τὰ om. E.
	XX	169	εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα MW, τὰ om. AE. cf. etiam XII 4. Vit. 358.

1) Winer § 19, 5 p. 122⁷. vid. etiam euang. Petri v. 25 ed. Harnack οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἱερεῖς. quare A. XI 83 τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἱερέων (hiatu quoque admisso) et XII 406 dubitationem movent.

2) de veterum, inprimis Xenophontis, in hac locutione usu cf. C. P. Schulze, quaestiones grammaticae ad Xenophontem pertinentes. progr. Berolin. 1888. p. 15. de Appiano cf. Kratt l. l. p. 21.

vides libros, vel optimos, inter se dissentire. quare primum quaeramus, quomodo Iosephus ceteris locis, qui huc referendi sunt, dixerit. ex quindecim antiquitatum libris posterioribus vitaque congessi omnia exempla, ex libris, qui sunt de bello Iudaico, permulta. ex his satis elucet Iosephum articulum omittere maluisse. additur enim tantum A. VII 61. 65 (bis). VIII 100. X 4. 21. 38. 112. 113. 135. 149. XIII 401. XIV 74. XVIII 60. XX 7. 136. Vit. 77. 320. 332. B. III 3, 5 (231, 18. 23). 9, 5 (272, 25. 273, 3). IV [3, 3 (300, 10)]. 11, 5 (359, 21), omittitur vero circiter centum et sedecim locis. si quis etiamnunc dubitet in hac tanta exemplorum copia, utrum Iosephi usui dicendi magis respondeat, ut non dicam articulo omisso hiatum vitari, addere liceat in libris sacris et Veteris (Paralip. I 11, 4) et Novi Testamenti (εἰς Ἱεροσόλυμα Marc. 11, 1. Gal. 1, 17. 2, 1. cf. euang. Petri v. 34 ed. Harnack) hanc dictionem occurrere, quin etiam in N. T. numquam εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα legi.[1])

Iam non dubium esse potest, utri codices A. XII 7 meliorem lectionem exhibeant, PAWE (περὶ Ἱεροσόλυμα) an FLV (περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα), praesertim cum A. XIV 344 περὶ Ἱεροσόλυμα nulla librorum discrepantia legeris. similiter A. V 139 κατὰ Ἱεροσόλυμα. etiam A. VII 327 (bis). IX 171. X 116 ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα dubitationi obnoxia sunt. cf. A. X 2. XIV 461 ἐπὶ Ἱεροσόλυμα, praeterea ἐπὶ Ἱεροσολύμων A. XVII 59. 222. XVIII 90. 312. B. I 10, 9 (42, 2). 12, 6 (48, 5). 17, 9 (67, 5). II 2, 2 (132, 14). 14, 6 (173, 22). III 7, 2 (241, 17). IV 2, 4 (296, 32). V 1, 6 (5, 26). quare nescio an etiam A. XIV 400 (πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα) articulus delendus sit. at cf. B. I 6, 6 (28, 8). 15, 4 (57, 21).

In locutione πέραν τοῦ Ἰορδάνου Fr. Krebs[2]), ut hiatus vitetur, articulum deleri iubet. concedo non solum in libris de bello Iudaico articulum omitti solere velut B. I 16, 3 (60, 5) ἕως Ἰορδάνου, I 24, 5 (93, 7) πέραν Ἰορδάνου, II 4, 2 (138, 21) πλησίον Ἰορδάνου, ib. 9, 1 (154, 18) ταῖς (sed τοῦ add. P) Ἰορδάνου πηγαῖς, III 3, 1 (229, 22) τῶν Ἰορδάνου ῥείθρων, ib. (230, 1) κώμης Ἰορδάνου γείτονος, ib. 3, 3 (230, 27) μέχρις Ἰορδάνου, ib. 3, 5 (231, 16. 32) ἀπὸ Ἰ., τῶν Ἰ.[3]), ib. 10, 7 (281, 12) μὲν Ἰορδάνου, cf. ib. (281, 11) τοῦ Ἰ., sed etiam in antiquitatibus aliquotiens desiderari velut A. V 178 ἐλάσσονος Ἰορδάνου, V 82. 83 (bis) ἀπὸ Ἰορδάνου, IX 159. XIV 277 πέραν Ἰορδάνου, VIII 36. IX 83. XIV 417 ἄχρι Ἰορδάνου, [XVII 277 ἐπ᾽ Ἰορδάνῃ, si quis Niesium sequitur, sed Naberus codicis Ambrosiani lectionem ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ recepit], quibus adde A. I 143. 221. VIII 39. ἀπ᾽ Εὐφράτου, IV 104. VIII 153. XX 87 ἀπὸ Εὐφρ., XIV 79 ἕως Εὐφρ., B. I 16, 7 (62, 22) Εὐφράτου post consonantem, πέραν Εὐφρ. A. VII 127. VIII 189. 271. 363. X 183, μέχρις Εὐ. XV 96,

1) Winer § 18, 5b. adnot. p. 107[7].
2) wochenschrift für klassische philologie 1886 p. 1095. cf. etiam Naberi vol. II. praef. p. IX.
3) sed notandum est hiatum in his libris omnino accuratius vitari.

similiter A. XV 350 πέραν Ἰονίου. quoniam de hiatu agitur, dubito commemorare et apud LXX viros et in N. T. Iordanis fluminis nomen articulo instructum afferri ut Gen. 13, 11, πέραν τοῦ Ἰορδάνου Matth. 4, 15. 25. 19, 1. Marc. 3, 8. 10, 1. Io. 1, 28. 3, 26. 10, 40. sed etiam Iosephus ipse saepius in antiquitatibus quidem articulum addit ut τοῦ Ἰορδάνου A. I 177. V 74. 100. 196. 269. XIII 338. XV 364. XVIII 28, πέραν τοῦ Ἰορδάνου A. IV 177. VI 68. 71. 99. 373. VII 9. 59. 198. IX 235. XII 229. 233. XIII 9. 14. 398. Vit. 33. 405, μέχρι τοῦ Ἰορδάνου A. VII 272, πλησίον τοῦ Ἰορδάνου Vit. 399, Ἰορδάνου post vocales A. VIII 37. 226, τῷ Ἰορδάνῃ A. IV (100). 176. XIII 338, πέραν τοῦ Ἰονίου A. XIV 123, πέραν τοῦ Εὐφράτου A. XI 134, τῷ Εὐφράτῃ A. VII 100. X 84. libri dissentiunt A. V 86. VII 23[1]) accedit, quod hiatus post articulum nihil habet offensionis. imprimis autem tenendum est Iosephum, etsi hiatum vitare studuit, hoc tamen non tam constanter fecisse quam Krebsius sibi persuasum habere videtur. quare suo iure editores eum sequi veriti sunt.

A. XVIII 327 in omnibus codicibus (AMW) habes: ἤρετο τὴν αἰτίαν τοῦ *καὶ* τὸν Ἀσιναῖον ἐφυστερηκότος. sola epitome καὶ omittit et ἐφυστερηκότα exhibet. ut nondum de participii ipsius usu insolenti dicam, non dubium est, quin hic lateat corruptela. quidnam Iosephus dicere vult? hoc, inquam: 'quaesivit, cur Asinaeus sero veniret, quaesivit causam seri adventus Asinaei, adventus, qui quidem pertinet ad Asinaeum.' quare quid unquam verius fuit quam Holwerdae[2]) coniectura κατὰ pro καὶ commendantis, quam iteravit Benedictus Niese (vol. IV p. 199). vix opus est demonstrare καὶ et κατὰ saepius a librariis inter se permutari velut A. XX 268, ubi in AE recte legimus κατὰ, in MW et in codice Laurentiano (vol. IV p. VII Nies.) perverse καί. ne quid desideretur, restat, ut disseramus, num ipsum Iosephi genus dicendi huic coniecturae faveat. solet is genetivum circumscribere praepositione κατὰ c. acc. non solum in substantivis (v. infra § 5), sed etiam in participiis insolenter sic usurpatis velut A. XVII 240 τῷ καθ' αὑτοὺς ὑβρίζοντι 'ipsorum iniuria, maleficio', XVIII 66 τῷ τε (sic Hudsonus, τῶν codd. καὶ τῷ E) καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδεύοντι κόσμον ἀρετῆς 'ipsius studio decoris virtutis', ib. 201 τοῦ καθ' ἡμᾶς διαφευξομένου τὴν δυστυχίαν proprie 'nostri effugii calamitatis', ib. 359 τὸ κατ' ἐκείνους ἀκμῆς πληθύι χρώμενον vel ut Nies. in editione minore correxit τῷ — χρωμένῳ

---

1) cf. ἐν τῷ Ἰονίῳ Lucian. Phalar. II 4. Toxar. 19. licentia quadam etiam Strabonem et Pausaniam uti testatur H. Kallenberg, studien über den griechischen artikel. II. progr. Berol. 1891 p. 13—19. sed severius Polyb. II 14, 4 ὅ τ' Ἰόνιος πόρος, V 70, 4 ὁ καλούμενος Ἰορδάνης ποταμός, VIII 23 (25), 1 μέσον Εὐφράτου, IX 43, 1 ὁ γὰρ Εὐφράτης et Plut. Luc. 24 (526, 26) πέραν Εὐφράτου, Pomp. 35 (525, 25) πρὸς Ἄβαντι ποταμῷ.

2) emendation. Flav. p. 133 et observationes criticae in Flavii Iosephi antiqu. Iud. l. XVIII. Mnemosyn. II (1853) p. 134.

'quod illi iuventutis multitudine utuntur' (cf. XIX 135), XIX 77 τοῦ κατ' ἐκείνους προβεβουλευκότος 'illorum consilii', ib. 150 μετὰ τοῦ καθ' αὑτοὺς ἀπολουμένου 'cum ipsorum interitu', ib. 164 τῷ (sic Herw., τῶν codd.) κατ' αὐτὸν παιδείαν μεμελετηκότι 'eius studio litterarum'. his addo pauca adiectiva cum praepositione κατὰ coniuncta: A. I 296 τοῦ κατ' ἐκείνους συγγενοῦς, III 5 τὸ κατ' ἐκείνους γενναῖον, XVIII 218 τοῦ κατὰ τὴν οἰώνισιν προμηθοῦς, XIX 218 τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεπαχθοῦς, ib. 240 τοῦ κατ' ἐκείνην εὐκλεοῦς, ib. 269 τῷ κατ' αὐτὸν ἀμεταπτώτῳ. iam nemo, opinor, dubitabit, quin Holwerdae emendatio sit certissima optimoque iure ab editoribus recepta sit.

A. XVII 1 omnes libri exhibent διὰ τὸ τῶν ἀδελφῶν μὴ ἐπικοινωνῆσον. pro participio Ernestius[1]) infinitivum ἐπικοινωνήσειν scribi iubet. ib. 60 παράδειγμα — τοῦ ἀρετῇ πολιτεύσοντος ἐπὶ πᾶσιν 'exemplum officii civilis in omnibus rebus cum virtute praestandi' ex codicis Palatini lectione πολιτεύσαντος reposuit Niesius, ceterorum (AMW) lectionem πολιτεύεσθαι probat Naberus. ib. 171 ἐν ἐλπίδι τοῦ ἀνασφαλοῦντος 'in spe convalescendi' cum P editores, ἀνασφῆλαι codd. AME exhibent. ib. 210 εἰς κίνδυνον τοῦ ἀπολουμένου[2]) 'in capitis periculum' ex codicis Ambrosiani lectione ἀπολομένου elicuit Niesius eumque secutus est Naberus. sed pro participio Casaubonum testis est Ernestius[3]) infinitivum ἀπολέσθαι scribi voluisse. utrum magis Iosephi elocutioni respondet, participium an infinitivus? quamquam in talibus locutionibus infinitivus Iosepho non prorsus ignotus est velut A. II 326 ἐν ἐλπίδι τοῦ πάντως ἀπολεῖσθαι[4]), V 176. 332. VI 23 ἐλπίδα τοῦ ἐπιπεσεῖσθαι, B. II 15, 2 (176, 16) ἐλπίδα τοῦ μηδὲν ... παρανομήσειν, A. XVII 327 ἐλπίδι τοῦ ἀπολαβεῖν, XIX 13 ἐλπίδι τοῦ παραλαβεῖν, tamen participium, praesertim in hoc ipso libro (vide infra p. 366), praeferendum esse plurima exempla docent, e quibus elucet Iosephi proprium fuisse participia futura vi substantivorum abstractorum instruere. singula nunc videamus, quae quidem in decem antiquitatum libris posterioribus inveniuntur: A. XI 247 τὸ συμβησόμενον, ib. τῷ γενησομένῳ, XIII 151 τὸ δ' ὠφελῆσον, XVII 50 τὸ εἰς ταὐτὸν συνεσόμενον 'conventus', ib. 102 τοῦ συναπολαυσομένου τιμῶν, ib. 128 τὸ ἐπιματυρῆσον, ib. 156 τοῦ ὀνήσοντος 'utilitatis', ib. 159 τὸ ἐφομιλῆσον αὐτοῦ (τοῦ θανάτου) 'mors appropinquans', ib. 172 μηδ' ἥντινα ἀμφὶ τοῦ σωθησομένου ἐλπίδα ἔχων 'spem salutis'

---

1) observat. phil.-crit. p. 146.

2) ceterum cf. A. XIII 117 κίνδυνον τὸν περὶ θανάτου, XVI 322. Vit. 272 κίνδυνος ἀπωλείας, XX 84 τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς κίνδυνον, B. II 15, 1 (176, 5) τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον. vid. etiam Goetzeler, quaestiones in Appiani et Polybii dicendi genus. Wirceb. 1890. p. 73.

3) de Iosephi stilo. opuscul. philol. ed. II. p. 400.

4) sic Niese, ἀπολέσθαι codd. ceterum cf. etiam Sext. Empir. 5, 9 Bekk. τὴν ἐλπίδα τοῦ ἀταρακτήσειν.

(cf. A. I 327. VI 24. XVI 389 ἐλπίδα cωτηρίας), ib. 178 τοῦ εὐφρανοῦντος, ib. 203 ἀρετῆς τοῦ ἀμειψομένου τὴν εὔνοιαν αὐτῶν 'virtutis pro benevolentia eorum gratiae referendae', ib. 243 βουλὴν τοῦ ὑβριοῦντος 'consilium iniuriae inferendae', ib. 252 ἐπὶ παύλῃ τοῦ μὴ οὐ στασιάσοντος αὐτῶν 'ad seditionem sedandam', ib. 267 ἐμποδισταῖς τοῦ ἀποληψομένου ἐλευθερίαν, ib. 268 ἐπ' ἀποτροπῇ τοῦ καταστησομένου 'ad deditionem prohibendam', ib. 277 σωφρονιστὰς τοῦ μὴ στασιάσοντος, ib. 336 μισθὸς τοῦ μὴ καὶ πρὸς ἐμὲ ἀπάτῃ χρησομένου, ib. τὸ μὴ ἀπολούμενον τῆς σωτηρίας, ib. 353 παντὸς τοῦ ὀνειδιοῦντος 'omnis contumeliae', XVIII 9 ῥοπὰς τοῦ ἀπολουμένου, ib. 71 ἐπὶ τῷ ληψομένῳ τὴν ἄνθρωπον, ib. 147 ἀπορίᾳ τοῦ ἐκτίσοντος τὰ χρέα, ib. 147 ἐν περινοίᾳ τοῦ μεταστήσοντος αὑτὸν ἦν 'de nece voluntaria cogitabat', ib. 158 ἀνάγκας τοῦ μενοῦντος 'necessitatem remansionis', ib. 176 ἐλπίδα τοῦ ταχέως ἀφαιρεθησομένου τὴν ἡδονήν, ib. 201 τοῦ καθ' ἡμᾶς διαφευξομένου τὴν δυστυχίαν (vid. supra p. 361), ib. 211 τοῦ θεοῦ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀποφανούμενον, ib. 267 διά τε τοῦ θεοῦ τὸ στησόμενον μεθ' ἡμῶν, ib. 280 ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου μὴ ἀπολουμένου, ib. 330 διανοίᾳ τοῦ ἀποστησομένου 'defectionis', XIX 72 προνοίᾳ τοῦ ἐν αὐτοῖς εὐπρεπῶς ἀναστραφησομένου 'id agens, ut omnia rite in iis (mysteriis) agerentur', ib. 144 ῥοπῇ τοῦ συναπολουμένου ex editionis principis certa coniectura pro codicum lectione συναπολογουμένου, ib. 146 περὶ τοῦ κερδησομένου τὴν σωτηρίαν, ib. 150 (236, 2) μετὰ τοῦ καθ' αὑτοὺς ἀπολουμένου (vid. supra p. 362), ib. (236, 3) τὸ — τοσαύτῃ δυστυχίᾳ ⟨μὴ⟩ συνεσόμενον, ib. 157 αἰτία τοῦ προθύμως διαφευξομένου, ib. 173 τοῦ κατ' ἰδίαν ἡδονὴν αὐτῷ κομιοῦντος, ib. 192 τὸ ἐπὶ τῇ γυναικὶ θράσει χρησόμενον, ib. 217 τοῦ μὲν ἀκριβωσομένου τὴν ὄψιν.[1])

Iam tibi non dubium erit, quid de his locis iudicandum sit: A. XVII 241 τοὺς γὰρ ὑβριοῦντας κωλυτὰς omnes libri praebent, nisi quod M λωποδύτας pro κωλυτὰς tradit. cum ὑβριοῦντας sensu careat, Bekkerus τοῦ ὑβριοῦντος 'iniuriae inferendae' proposuit, quae coniectura confirmatur eo loco, qui subsequitur A. XVII 243 βουλὴν τοῦ ὑβριοῦντος (cf. etiam XVII 267). ita omnia plana sunt. hoc enim scriptor Nicolaum pro Archelao dicentem facit: quod Archelao probro verteretur, quod in templo per dies festos tot homines occisi essent, re vera hunc culpa vacare, sed per hos ipsos homines nefarios caedem effectam esse, nam hos impetu facto eos, qui missi essent, ut horum iniurias sceleraque propulsarent, interfecisse. A. XVIII 163 in codicibus legitur τῆς ἐπὶ τῶν εἰσπραξομένων ἐξουσίας. Iosephus dicere vult in litteris scriptum fuisse Agrippam fugientem ipsi (Herennio Capitoni) potestatem pecuniae exigendae ademisse. quare Bekkerus ἐπὶ τῷ εἰσπραξομένῳ commendat praeeunte Hol-

1) hoc est ultimum id genus exemplum, non XIX 157, ut ait Naberus Mnemos. N. S. XIII 379.

werda[1]), qui τῷ εἰcπραξαμένῳ coniecerat. satis nunc erit cum hac dictione contulisse A. XVIII 71 ἐπὶ τῷ ληψομένῳ τὴν ἄνθρωπον, nec iam quisquam, opinor, de Bekkeri emendationis fide dubitabit.

A. XVIII 201 προγνώcει τε αὐτῶν cύνεcιν τὴν παραγενομένην ἀποcτερεῖν cε ἀδικεῖν ἡγηcάμην, ὅπωc ἐπιcτάμενοc ἀγαθοῦ μέλλοντοc λυcιτελεῖν ἐν ὀλίγῳ τὴν ἀχθηδόνα τοῦ παρόντοc τιθοῖο. sic codices, quos Niesius sequitur. iure offendit Ernestius[2]) eiusque coniecturam τὸ λυcιτελοῦν iure recepit Naberus. A. XVIII 281 ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶc παρὰ γνώμην πειcομένην οἷc προύθεcθε ἀγαθοῖc. ita omnes libri. manifesta est loci corruptela, cui viri docti alius aliter mederi conati sunt: Coccejius πειcομένου legi vult. ei assentitur Holwerda[3]) particula μὴ ante παρὰ γνώμην addita: ὑπὲρ τοῦ καθ' ὑμᾶc [ita in editionibus prioribus] ⟨μὴ⟩ παρὰ γνώμην πειcομένου ⟨ἐφ'⟩ οἷc κτέ. Niesius πειθομένου proposuit. hoc mihi probatur, sed ita scripserim: ὑπὲρ τοῦ καθ' ὑμᾶc [παρὰ γνώμην] πειθομένου οἷc προύθεcθε ἀγαθοῖc. Iosephus Petronium haec fere dicentem facit: non patiar vos omnes, tam ingentem multitudinem, propterea perire, quod non vultis imperatoris statuam in urbe vestra poni, id quod legibus vestris vetitum est. itaque litteras dabo ad Gaium et quid sentiatis, nuntiabo et ipse quoque causam vestram idcirco defendam, quod paretis institutis bonis, quae vobis proposuistis, propter ipsam legum oboedientiam vestram. verbis igitur illis Iosephus idem exprimi voluit, quod paulo supra (XVIII 280) inest in verbis διακονουμένων (si verum est, quod Hudsonus et Coccejius[4]) proposuerunt) τῇ ἀρετῇ τοῦ νόμου. iam elucet verba παρὰ γνώμην vehementer offendere nec ullo modo suo loco stare, sed verisimile est ea librarii neglegentia ex eis, quae sequuntur brevi intervallo (XVIII 281 extrem.), huc invecta esse, quare secludenda esse censeo. haec postquam illata sunt, πειθομένου propter γνώμην in πειθομένην abiit, quod facile in πειcομένην depravari poterat. ἡμᾶc, quod in libris inesse testis est Niesius, saepius cum ὑμᾶc confunditur velut paulo infra § 282 recte in AME ὑμᾶc legitur, perverse in W ἡμᾶc. cf. etiam A. II 330. VI 89. 133. 292. 317, alibi. de praepositione κατὰ participio sic adiuncta vid. supra p. 361. restat, ut hunc participii praesentis usum loco substantivi abstracti usurpati exemplis illustrem: A. XI 37 τὸ δοκοῦν αὐτῷ, ib. 40. XIIII 151 τὸ λυποῦν, XIII 66 τὸ καθῆκον, XII 54. XIII 152. XIV 174. XV 22. 101. 204 τὸ cυμφέρον, XIII 432 τῶν μὴ προcηκόντων, XV 58 τὸ μὲν ἀλγοῦν, ib. 246 τὸ

1) emendat. Flav. p. 128 et observ. crit. Mnemos. II 127. de casuum permutatione cf. A. VI 197, ubi codex O pro ληψομένῳ perverse ληψομένων tradit.

2) de Iosephi stilo p. 401.

3) emendat. Flav. p. 133 et observ. crit. Mnemos. II 132.

4) editores codicum lectionem διακονούμενον retinent, quae cum Holwerda (observ. crit. Mnemos. II 132) ad Petronium referenda est. at obstat A. XVIII 277 μανίᾳ τῇ Γαΐου διακονούμενοc, quare non displicet illorum coniectura.

βιαζόμενον τῆς ἀρρωστίας (cf. A. III 5 τῷ βιαζομένῳ τῆς ἀνάγκης), ib. 255 τὸ προστατтόμενον, ib. 321 τὸ ἀπ' ἐξουσίας χρώμενον, XVI 60 τὰ λυποῦντα, ib. 64 τῶν ἐκείνοις συμφερόντων, ib. 246 τὸ λανθάνον, XIII 431. XV 116. XVI 338. 389. XVII 228 τὸ μέλλον, XVI 403 τὸ χρονίζον, XVII 231 τὸ Καίσαρος διαγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρώμενον, ib. 240 (115, 16) τῷ καθ' αὐτοὺς ὑβρίζοντι, ib. (115, 17) τῷ ἀναγκάζοντι, ib. 329 τὸ ἡδονῇ δεχόμενον τοὺς λόγους, XVIII 7 δόξα τοῦ ὀρθουμένου τῶν κοινῶν 'prosperi eventus', ib. 13 τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον, ib. 60 τοῦ ἐπὶ τοιούτοις προθυμουμένου, ib. 70 τῆς γυναικὸς τὸ μηδαμῶς χρημάτων ἁλισκόμενον, ib. 144 τῆς ψυχῆς τὸ θέλον, ib. 145 εἰς τῶν δωρεῶν τὸ μὴ μέτρῳ προϊέμενον, ib. 171 τοῦ ἐπὶ τοιούτοις ὁλκῇ χρωμένου, ib. 217 ὑπὸ τοῦ ἐπαληθεύοντος αὐτῶν, ib. 222 τοῦ νόμου τὸ ἑτέρως πράσσειν παρακαλοῦν, ib. 267 τῆς τύχης τὸ ἐπ' ἀμφότερα φιλοῦν τοῖς πράγμασι παρατυγχάνειν, ib. 269 αὐτῶν τὸ φρονοῦν, ib. 289 τοῦ εἰς ἡδονὴν φέροντος, ib. 295 τοῦ θράσει χρωμένου[1]) τῶν ἐλπίδων, ib. 348 τοῦ Ἀνιλαίου τὸ ὑβρίζον, ib. 349 τὸ ὠφελοῦν, ib. 359 τῷ κατ' ἐκείνους ἀκμῆς πληθύι χρωμένῳ (vid. supra p. 361), XIX 19 τὸ ἐπὶ πᾶσιν ὀργίλον καὶ μίσει χρώμεμον, ib. 52 τῷ ἐπὶ πᾶσιν ἐπαινουμένῳ, ib. 77 τὸ τῆς τύχης συγχωροῦν ὑπερβολάς, ib. 78 τὸ ἐπιμέλλον, ib. 135 τῷ πρὸς αὐτὸν οὐδαμόθεν εὐνοίᾳ χρωμένῳ, ib. 136 τὸ εὐθυμοῦν, ib. 159 τὸ ἔτι λανθάνον, ib. 181 τὸ πρὸς οὐδὲν τῶν ἐκείνῃ θελομένων ἀντιλογίᾳ χρώμενον, ib. 203 τὸ ἀρετῇ συνερχόμενον, ib. 215 τοῦ συμφέροντος, ib. 319 τὸ πλεονάζον, XX 162 τὸ συνεχῶς νουθετοῦν, ib. 212 διὰ τὸ περιαιρούμενον — κοσμεῖν. (cf. etiam A. III 284 τὸ ἱκνούμενον.) vides Iosephi in his libris usum dicendi Ernestii Niesiique coniecturis magnopere favere.

Paulisper nunc subsistamus. inter veteres iam Herodotus[2]) et Thucydides[3]) adiectivorum et participiorum neutra loco substantivorum usurpare solebant. ad hanc dicendi consuetudinem ex posterioribus se applicaverunt Polybius[4]), Plutarchus[5]), Philo Alexandrinus[6]), Appianus[7]), Polyaenus[8]), Polemo[9]), Dio Chrysostomus[9]),

1) hoc loco sola excerpta pro codicum dativo genetivum praebent, quem iam Holwerda Mnemos. II 132 poposcerat. 2) Stein ad I 97.

3) Classen ad I 36, 1 p. 77³, Stahl, quaestiones grammaticae ad Thucydidem pertinentes p. 28², Maxim. Kohn, de usu adiectivorum et participiorum pro substantivis. Berolini 1891 p. 5—33.

4) Kaelker, quaestiones de elocutione Polybiana. diss. Lips. 1880 (= Leipziger studien III) p. 282.

5) Wyttenbach Plutarchi moral. VIII sub λυσιτελέω, συμφέρω, aliis vocibus.

6) L. Treitel, de Philonis Iudaei sermone. diss. Vratislav. p. 11, L. Cohn, Philonis Al. de opificio mundi prolegg. p. LI, Fr. Cumont, Philonis de aeternitate mundi prolegg. p. XVIII.

7) Kratt l. l. p. 1—3.

8) Malina, de dictione Polyaena. diss. Berol. 1854. p. 63 sq.

9) Schmid, Atticismus I 49. 86.

Lucianus[1]), Aristides.[1]) nec desunt exempla in libris sacris Novi Testamenti[2]), quare tuo iure suspiceris ne sermonem vulgarem quidem ab hac dictione abhorruisse.[3]) quidnam interest inter hos et Iosephum? consentit hic cum illis in usurpandis neutris adiectivorum et participiorum simplicibus, maxime vero ab eis differt, quod participiorum neutris non solum praesentis, sed etiam futuri, perfecti, aoristi tam frequenter positis multa additamenta persaepe adiungit, genetivos, dativos, accusativos, praepositiones cum suis casibus, adverbia, alia. sed hac in re Iosephus non solum ab aliis discrepat, sed etiam a semet ipso. ille enim tam insolens participiorum usus non in omnibus Iosephi libris eodem modo invenitur, sed potissimum in antiquitatum libris XVII, XVIII, XIX. hoc primus animadvertit Holwerda[4]), qui sic refert: 'tota haec de Caligulae morte narratio, quae maxima libri XIX parte continetur, orationis genere perplexo ac tortuoso conscripta est. quod idem in libri XV parte extrema, tum in libris XVI, XVII et XVIII animadvertere licet. quantum isti a prioribus libris differant, dici vix potest. lib. XX orationem habet facilem ac perspicuam, sed rursus tum ab his, tum ab illis magnopere diversus est.' et profecto, qui illos Iosephi libros perlegerit, facile intelleget, quam vere vir doctus rem observarit. at in antiquitatum libris quinque posterioribus permultae insunt corruptelae in codicibus nostris omnibus. concedo, sed in participiis tradendis libri magnopere sibi constant. iam ut ad rem propositam redeamus, ex eis, quae supra p. 362—365 attulimus futuri et praesentis participiis neutri generis (sunt autem omnia, quaecumque in decem antiquitatum libris posterioribus leguntur), satis, opinor, elucet, quibus haec tam insolens loquendi forma contineatur libris. ut res prorsus perspici posset, omnia id genus exempla excussi. nunc ita proferam, ut ab usu participiorum perfecti incipiamus, tum aoristi addamus ex decem illis libris omnia.

Haec sunt huius generis participia perfecti: A. XI 43 τὰ προειρημένα, ib. 240 τοῦ cυμβεβηκότος, ib. 259. XIII 433. XVI 125 τὰ cυμβεβηκότα, XII 20 τὸ cοὶ κεχαριcμένον, XIII 61 τὸ cυμβεβηκὸς περὶ αὐτόν, ib. 193 τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην cυμβεβηκότων, ib. 194 ἐπὶ τοῖc cυμβεβηκόcιν, ib. 316 τοῦ cυνειδότοc, XIV 13 τὸ παρειμένον τῆc διανοίαc, XV 144 τὸ γεγονόc, ib. τοῖc γεγονόcιν, XVI 75 τοῦ προcπεπτωκότοc, ib. 100 τῷ cυνειδότι, ib. 203 τὸ

1) Schmid, Atticismus I 283. II 84.
2) Winer l. l. p. 220. 232⁷.
3) Schmid l. l. I 87.
4) emendat. Flavian. p. 101. cf. p. 128—134, tum observat. crit. Mnemos. II 113. 117. 121. 122. 127. 129. 130. 132, denique idem rem attigit in annalibus, quibus nomen est 'verslagen en mededeelingen, afdeeling letterkunde' II 106 (1872) in commentatione, quae inscribitur 'allerlei uit Iosephus'. ante Holwerdam rem paucis in libello de Iosephi stilo p. 400 Ernestius perstrinxerat, post illum eam observavit S. A. Naber Mnemos. N. S. XIII 282. 379.

νῦν ἐπιμελὲς αὐτῶν καὶ πρὸς παιδείαν ἐσπουδασμένον 'studium litterarum', ib. 208 τὰ ῥηθέντα, ib. τὸ σὺν αἰσχύνῃ τῆς διαβολῆς ἐψευσμένον 'turpem calumniam ementitam', ib. 244 τὸ νενοσηκός, XVII 152 τῷ εἰς θάνατον ἀνακειμένῳ 'mortalibus' (Rufin.), ib. 153 τὸ κατεψηφισμένον αὐτοῦ — XVIII 214 κατολοφυράμενος αὐτὸν μὲν τοῦ ἐφ' οἷς προβουλεύσειε κυροῦν ἀφῃρημένου τὸ κράτος. hic locus sane notabilis est. sententia haec esse videtur: 'semet ipsum deplorans, quod sibi potestas adempta esset ea efficiendi, quae ante constituerat'. quare Naberus ἀφῃρημένον scripsit, quo recepto omnis difficultas tollitur. sed cf. infra XVIII 300, alia — XVIII 249 τῷ ἀνειμένῳ τῆς διαίτης, ib. 254 τὸ ἐπὶ ταῖς τύχαις καθεσταμένον, ib. 277 ⟨τὸ⟩ μὴ ἐκ τοῦ δέος δεδιακονημένον (-μένου codd. Niese) αὐτοῦ ταῖς ἐπιστολαῖς ex certa Holwerdae[1]) emendatione, quam suo iure Naberus recepit, ib. 286 τὸ εἰωθός, ib. 300 ἐκεῖνον — ἐπαινῶν τοῦ πρὸς αὐτὸν περὶ αὐτῶν ἐπεσταλκότος 'illum (Petronium) laudans, quod de his rebus ad se litteras dedisset', ib. 327 τοῦ κατὰ τὸν Ἀσιναῖον ἐφυστερηκότος (vid. supra p. 361), XIX 77 τοῦ κατ' ἐκείνους προβεβουλευκότος (vid. supra p. 362), ib. 164 τῷ κατ' αὐτὸν παιδείαν μεμελετηκότι (vid. supra p. 362), ib. 324 ἀπὸ ποίου συνειδότος.

Sequuntur participia aoristi haec: A. XIII 30 τῷ παρ' ἐλπίδας ἀποβάντι τῆς πολιορκίας 'inopinato obsidionis successu', ib. 225 τῶν ὑπηρετηθέντων, XIII 413. XIV 379 τὰ συμβάντα, XVI 404 τὸ μηδὲ ἐκείνων φεισάμενον, XVII 59 τὸ ἐπὶ τοιοῖσδε ἐκείνου γνώμην προαποφηνάμενον, ib. 110 οὐ τοῦ ἐπ' ἐκείνοις ἐγκαλοῦμεν θυμῷ χρῆσθαι μὴ ἐλλιπόντος (ἐλλείποντος P Naber), ἀλλὰ τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέλγειαν αὐτῶν σπουδάσαντος ἐκπεπλήγμεθα 'non hoc crimini tibi (sc. Antipatro) damus, quod illis succensere non desiisti, sed miramur te, quod eorum protervitatem imitari studuisti' (notandum videtur haec in oratione legi)[2]), XVIII 10 τῷ κατ' αὐτῶν[3]) σπουδασθέντι, ib. 20 διὰ τὸ μηδαμῶς ὑπάρξαν, ib. 122 τῆς γνώμης τὸ ἐπὶ τοιούτοις προβουλεῦσαν, ib. 148 τό τε ἐπὶ τοιούτοις τοῦ Ἀγρίππα προβουλεῦσαν, ib. 201 τοῦ θεοῦ τὸ ἐξαποστεῖλαν τὸν ὄρνιν, ib. 225 τὸ ἐπαληθεῦσαν τῶν λόγων, ib. 239 τοῦ μὴ διαμαρτίᾳ χρησαμένου τῶν ἐλπίδων, ib. 246 αὐτῆς τὸ ἐπὶ τοιούτοις ψηφισάμενον, ib. 286 τὸ ἑτέρῳ δόξαν, XIX 143 τὰ τῶν κινδύνων ὁμιλήσαντα 'pericula irruentia'.

Non operae pretium mihi esse videtur eos locos indicare, ubi adiectivorum neutra substantivorum instar usurpata inveniuntur. satis habeo commemorasse in solis libris XVII, XVIII, XIX totidem (centum et septendecim) occurrere exempla, quot in ceteris septem

1) observ. crit. Mnemos. II 130 sq.
2) alia quoque exempla in orationibus et rectis et obliquis sunt, sed tamen maior pars in narrationis partibus.
3) fortasse cum Holwerda obs. crit. Mnemos. II 113 αὐτὴν (sc. φιλοσοφίαν) legendum est.

(XI—XVI, XX) omnibus. comparemus nunc etiam participiorum numerum. habes participia futura in tribus illis libris quadraginta duo, in ceteris tria (quamquam hi septem libri paginis Niesianae editionis minoris amplius altero tanto pluribus continentur), aoristi participia in illis tredecim, in his quinque, praesentis ibi triginta duo, hic quinque et viginti, perfecti totidem (undecim) hic, quot illic. vides etiam numero participiorum id genus tres illos libros longe differre a ceteris septem antiquitatum posterioribus. iure iam quaesiverit quispiam, qui fiat, ut tantum discrimen inter ipsos antiquitatum libros intercedat. constat Iosephum in posterioribus libris Nicolai Damasceni ἱστορίαν καθολικὴν, βίον Καίσαρος librumque, qui erat περὶ τοῦ ἰδίου βίου, fontes primarios adisse.[1]) quodsi animadvertimus talem participiorum usum in ea parte antiquitatum occurrere, quae non dubium est, quin ex Nicolao fluxerit (A. XVII 99. 240), nonne tuo iure suspiceris Iosephum hanc dictionem ex Nicolai scriptis sumpsisse?[2])

§ 2. De pronominibus.

Pro pronominis reflexivi primae et secundae personarum pluralibus Iosephus formas tertiae personae saepissime substituit velut A. V 94 (ἑαυτοὺς = ὑμᾶς αὐτοὺς). VI 42. 44. VII 29 (αὐτῶν pro ἡμῶν αὐτῶν). X 10 (σφᾶς αὐτοὺς pro ὑμᾶς αὐτοὺς). XII 227. XVI 50. B. III 8, 5, passim. etiam apud veteres huius dictionis exempla legimus, in iis saepius apud Isocratem et Demosthenem[3]), aliquotiens apud poetas tragicos[4]), semel apud Platonem[5]), permulta autem apud recentiores ut Polybium, qui pron. refl. primae secundaeque personarum genetivos incognitos habet[6]), in N. T. libris[7]), in titulis illius aetatis[8]), apud Dionem Chrysostomum[9]), Lucianum.[9]) sed in numero singulari Iosephus pronomen reflexivum adhibere solet velut ἐμαυτοῦ VIII 113, σαυτοῦ A. XII 21. XIII 89. XVII 116. XVIII 254, σεαυτῆς (σαυτῆς) XVII 352, σαυτῷ XIV 166, σαυτῇ XVII 352,

---

1) Niese, Herm. XI 480, H. Bloch, die quellen des Flav. Ios. in seiner Archaeologie p. 106—116, A. Schaefer, quellenkunde der griechischen und römischen geschichte II 88.

2) cf. etiam Holwerda, 'allerlei uit Iosephus' l. l. p. 107 et Naberus Mnemos. N. S. XIII 379.

3) Krueger l. l. I 51, 1, 15 p. 126[5].

4) Ad. Dyroff, geschichte des pronomen reflexivum I. Wirceb. 1892. p. 111. 122. 138. (Schanz, beiträge zur historischen syntax der griechischen sprache III 3): apud Sophoclem novies, Euripidem bis, sed apud Aristophanem, poetam comicum, numquam. Herodoti exempla (duo) dubia sunt.

5) Phaedo 78[b], cf. Schanz vol. VII praef. p. XII.

6) Stich, de Polybii dicendi genere. diss. Erlang. 1880. p. 24 (= acta semin. Erlang. II 164), Kaelker l. l. p. 277, Viereck l. l. p. 61.

7) Winer § 22, 5 p. 142[7].

8) Viereck l. l. p. 61.

9) Schmid, Atticismus I 82. 228.

σαυτὸν VII 168. 254 (bis). XIV 165. 166. XVI 382, σαυτὴν VIII 269. quare cum A σαυτῆς XVIII 77 et σεαυτοῦ Vit. 340 legendum est sicut cum MSP σαυτοῦ A. VII 256, idem cum RO IV 43, denique σαυτῷ VIII 107. 171. hac in re cum Aristide consentit[1]), differt a Dione et Luciano, qui ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ sive σεαυτοῦ usurpare non dubitant.[1]) etiam in N. T. singularis perpaucis locis legitur.[2])

Ut LXX interpretum (Iob 2, 11), Dionysii Halic. (II 76, 1. III 22, 5. IV 4, 4), Novi Testamenti[3]), Plutarchi (Cam. 41 [296, 25 Sint.])[4]), Philonis Alexandrini (de opific. mundi 46, 21 Cohn), titulorum Atticorum inde ab anno 69 a. Chr.[5]), ita Flavii Iosephi proprium est pro pronomine reflexivo adiectivum ἴδιος usurpare, quod ex sermone vulgari paulatim in virorum litteratorum scripta hoc sensu se insinuasse videtur. Iosephi exempla habes plurima ut A. II 25. 28. 195 (τοῖς ἰδίοις παισὶν). IV 138. V 33. 114. VI 324. VII 23. 262. 315. VIII 355. IX 40. 99. X 75 (τῆς ἰδίας χώρας). 173. 235. XII 281. 285, passim. huc etiam οἰκεῖος adiectivum eodem modo usurpatum pertinet: A. IV 86 (ὁπλίζει τὸν οἰκεῖον στρατόν). V 206. 257. VI 143. IX 30. 248. X 226. XII 423. XIII 84. 202. XV 159. 218. 239. 264. 288. 330. XVI 27. 37. 60. 138. 147. 276. 277, alibi. Winerus testis est hoc potissimum apud scriptores Byzantinos inveniri.

Pronomen οὗτος semel pro vocativo usurpatur Vit. 209 ὦ οὗτος ut saepe apud veteres, Sophoclem[6]), Aristophanem[7]), Platonem.[8]) etiam apud Plutarchum (Demetr. 23 [314, 7 Sint.]) legitur.

Pronomen relativum persaepe apud Iosephum loco interrogativi in orationis obliquae interrogationibus ponitur. hoc apud veteres quoque occurrit ut apud Sophoclem[9]), Thucydidem, Xenophontem[10]) neque minus apud ceteros scriptores recentioris aetatis velut Polybium[11]), Plutarchum (Mar. 10 [337, 26 Sint.]), Philonem Alex. (de opif. m. 22, 3. 35, 10. 37, 10 Cohn), Lucianum (somn. 15), etiam in N. T. (Io. 13, 7).[12]) Kaelkerus statuit Polybium post consonantes ponere ὅσος ἡλίκος sim., post vocales πόσος sim. hanc regulam Iosephus (ut ne Lucianus quidem, ni fallor) non observavit. nec enim in iis est, qui hiatum severe quacumque ratione vitare studeant. quare saepius in his enuntiatis interrogativis relativa post

---

1) Schmid l. l. I 82. 228. II 20. 2) Winer l. l.
3) Winer § 22, 7 p. 145⁷.
4) cf. etiam Wyttenbach sub hac voce.
5) Meisterhans, grammatik der attischen inschriften p. 194², Viereck l. l. p. 73.
6) Lobeck ad Aiac. 89.
7) Ran. 198. 522. Nub. 723. Equit. 240. Lysistr. 437.
8) Krüger I 51, 7, 8 p. 132⁵. 9) Oed. R. 1068.
10) Kühner II § 262 p. 942. 943².
11) Stich. l. l. p. 24, Kaelker l. l. p. 249.
12) Winer § 25, 1 p. 159⁷.

vocales exstant velut ἣν A. I 225. XII 52. XIV 307. 384, ὃν Vit. 412, ἃς A. V 141, ὅσος sim. A. VI 40. XIII 1. XIV 2. XVII 229, ὡς A. XIV 379. XVI 53. 74. XVIII 127. 269. Vit. 412, οἵων A. XII 409, alia. addere liceat ratione inversa πόσος πῶς sim. etiam post consonantes inveniri ut πόσος sim. A. XII 60. 409, πῶς A. XI 160. 216. XII 110. XX 224. ne quid desideretur, commemoro sane persaepe etiam relativa post consonantes sicut interrogativa (τίς, τί, πόσος, πῶς) post vocales occurrere. sed exempla in hanc rem afferre supersedeo.

Attractio sive assimilatio inversa[1]), in qua id nomen, ad quod pronomen relativum referendum est, in casu huius pronominis positum est, ne Iosepho quidem incognita erat, apud quem quattuor exempla leguntur: A. XIII 20 τὴν ἄλλην ὅση τότε εἵπετο λεία τοῖς ἀνθρώποις λαβόντες ὑπέστρεψαν et Vit. 60 τὴν Ῥωμαίων διηγούμενος ὅση τίς ἐστι δύναμις (sed cf. A. VII 283. XII 289. XX 87), ubi substantivi accusativus se ad nominativum pronominis relativi applicavit, A. IV 48 χάνοι περὶ αὐτοὺς — ἣν πατοῦσι γῆν et A. VIII 42 τοσαύτη δ' ἦν ἣν ὁ θεὸς παρέσχε Σολόμωνι φρόνησιν καὶ σοφίαν, ubi accusativus pro nominativo ponitur. etsi non ita saepe, tamen exstant aliquot huius dicendi generis exempla apud veteres, Homerum (Il. 10, 416)[1]), Sophoclem (Electr. 653, Trach. 283), Aristophanem (Plut. 200), Euripidem (Bacch. 443—445 Kirchh.), Herodotum[2]), Lysiam (19, 47), Isocratem (6, 48), Xenophontem (Hellen. I 4, 2), Demosthenem.[3]) ex recentiorum scriptis affero Gen. 31, 16 πάντα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν ἣν ἀφείλετο ὁ θεὸς τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἡμῖν ἔσται καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν, Num. 19, 22, saepius in N. T. cui ignotum est illud (Cor. I 10, 16) τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος. .ἐστίν! cf. Mt. 21, 42. Luc. 12, 48. Marc. 6, 16.[4]) adiungo Pausan. III 14, 3 γεγραμμέναι εἰσὶν ἃς ἀνείλετο νίκας ἄλλας τε καὶ Ὀλυμπίασι. hanc attractionem ex sermone vulgari fluxisse vel ex eo intellegitur, quod usitata est Novi Testamenti scriptoribus. item sermonis comicorum Latinorum propria est.[5]) carmina popularia

---

1) cf. La Roche ad hunc locum, sed huc iam non pertinet Il. 9, 32, quem locum affert R. Foerster, de attractione enuntiationum relativarum, qualis cum in aliis tum in Graeca lingua potissimumque apud Graecos poetas fuerit, quaestio grammatica et historica. diss. Vratislav. Berolini 1868 p. 31.

2) Reisert, zur attraktion der relativsätze I 44 sq. progr. Neustadt a. d. Haardt 1889. May, de attractionis usu Herodoteo. cf. zeitschr. f. gymn. 34 (1880). jahresb. p. 97.

3) Rehdantz, Demosth. philipp. reden. indices p. 53[4], ubi alia id genus enumerantur.

4) Winer § 24, 2 p. 155. 156[7].

5) de Plauto cf. Bach, de attractione quae dicitur inversa apud scriptores Latinos. progr. Argentor. 1888. p. 22, alibi, de Terentio Foerster l. l. p. 22. praeterea Foerster l. l. p. 7 monet attractionem inversam etiam in lingua Sanscritana exstare.

linguae nostrae vernaculae nonne ipsa quoque insignia quaedam exempla[1]) suppeditant:

den liebsten bulen den ich han,
der leit beim wirt im keller. (Fischart Garg. 85[b].)
den besten vogel den ich weisz,
das ist ein gans.

denique quis non audivit de carmine illo populari in memoriam Lovisae, Borussorum reginae, scripto:

meinen tod den sie beklagen,
ist für sie gerechter schmerz.

§ 3. De duali.

Numerus dualis nominum non addito numer. δύο in omnibus Iosephi scriptis legitur: τὼ χεῖρε B. III 5, 1 (233, 30). V 2, 4 (9, 20). VI 7, 1 (110, 26), παρὰ τοῖν ποδοῖν A. XVIII 187, χεροῖν B. IV 5, 3 (322, 29). vides haec exempla ad corporis membra tantum pertinere, quae nisi gemina non exstant. in universum observamus numerum dualem usitatum in vetere sermone populari paulatim inde ab ineunte saeculo quarto emori. ultimum apud oratores Atticos legi exemplum anno 321 testis est Keckius p. 57. quare non miramur, quod apud 'Graeculos' dualis aut rarissime aut omnino non legitur velut in N. T.[2]) · constat ex Graecorum nostrae aetatis lingua dualem prorsus evanuisse.[3]) vides igitur, quam non prospere cesserit opera eorum, qui Atticae potissimum elocutionis studiosi dualem numerum reducere studebant, dico Dionem Chrysostomum, Lucianum, Aristidem.[4])

Numeri duales adiectivorum et participiorum, qui quidem saepius sunt obvii apud poetas[5]) et Xenophontem[6]) et apud oratores Atticos[7]), aliquotiens apud Thucydidem[8]), apud Iosephum omnino non occurrunt.

Iam accedamus ad eam dualis rationem, qua numerale δύο cum substantivo iungitur. quem usum ut paucis illustrare possem, con-

---

1) Iac. Grimm, über einige fälle der attraktion. kleine Schriften III 330 sq. cf. etiam des knaben wunderhorn von Birlinger-Crecelius. Wiesbaden 1874. II 351.
2) Winer § 27, 4 p. 167[7].
3) Mullach, gramm. der griech. vulgärsprache in histor. entwicklung p. 151.
4) Schmid I 87. 233. addenda p. XVIII. II 35. 36.
5) Hasse, über den dual bei attischen dramatikern. progr. Bartenstein. 1891. p. 12. 13.
6) Hasse, über den dual bei Xenophon und Thucydides. progr. Bartenstein. 1889. p. 9.
7) Keck, über den dual bei den griech. rednern mit berücksichtigung der attischen inschriften p. 16. 20. 23. 31.
8) Hasse 1889 p. 8. 9.

gessi exempla, quae in decem posterioribus antiquitatum libris leguntur. δύο (dat. δυcί) plurali adiungitur quinquagies quinquies, duali numquam; δυοῖν et cum duali et cum plurali binis locis coniungitur. ne prorsus desint exempla, haec adscribam, ubi dualem invenies: A. XVII 112 δυοῖν ἀγώνοιν, XVIII 224 ἐνιαυτοῖν δυοῖν καὶ εἴκοcι. his adde ex libris antiquitatum prioribus III 160 δυοῖν κωδώνοιν, IV 305 δυοῖν ὀροῖν (bis). plurali iunctum habes δυοῖν: XVII 322 δυοῖν θυγατράcιν (δυcὶ AMWE), XVIII 71 μυριάδων δυοῖν (cf. XVIII 157 δύο μυριάδων), item A. III 161 δυοῖν περιτμημάτων, V 123, paulo saepius in libris, qui sunt de bello Iudaico: B. I 30, 1 (112, 2) δυοῖν ἡμερῶν, ib. II 9, 1 (154, 17) ἡμέραις δυοῖν, III 7, 31 (258, 14) τῶν δυοῖν περιβόλων, ib. 8, 9 (269, 16) δυοῖν φίλων, VII 5, 1 (133, 32) δυοῖν ταγμάτων. numeralis δύο (genet. δύο, dat. δυcὶ) cum plurali coniuncti exempla afferre vix e re esse videtur praeter A. X 269. Vit. 173 τὰς δύο χεῖρας. veteres in hac re eam consuetudinem secuti sunt, ut δυοῖν aut cum solo duali coniungerent ut Xenopho et Thucydides[1]) aut dualem longe praeferrent ut poetae tragici[2]) vel oratores Attici.[3]) numer. δύο non declinatum alii cum plurali, perraro cum duali nectebant[4]), alii multo saepius cum duali, rarius cum plurali.[5]) Polybius dualem numquam post δυεῖν ponit[6]), Plutarchus et dualem (Caes. 2 (365, 11 Sint.) δυοῖν ἀκολούθοιν) et pluralem (Lys. 24 (409, 25 Sint.) δυεῖν οἴκων) adhibet, Lucianus vero tantum dualem (δυοῖν ἀνδροῖν Amor. 5) cum δυοῖν iungere videtur.

Et veteres, Euripides[7]) oratores Attici[8]), et recentiores, Polybius[9]) Lucianus (mort. dial. 15), in ea re consentiunt, quod cum voce ἀμφοῖν numerum dualem nectere solent. sed differt ab eis Iosephus, quod tantum pluralem usurpat: Vit. 8 ἀμφοῖν τῶν γονέων et B. VII 7, 4 (148, 22) ἀμφοῖν τῶν βασιλειῶν (cf. ἄμφω τὰ βάθη A. XV 412) ut semel apud Demosthenem.[10])

Restat, ut de pronomine ἀμφότερος paucis dicamus. huius pronominis dualis aliquotiens apud veteres legitur velut Xenophontem[11]), Isocratem[12]), sed nescio an pluralis saepius occurrat.[13])

---

1) Hasse 1889 p. 17—19.
2) Hasse 1891 p. 17. 3) Keck p. 45 sq.
4) Keck p. 42. 44. cf. Riemann, revue de philol. V p. 166; de Bamberg, ztschr. f. gymnasialwesen 1886. jahresber. p. 38.
5) Hasse 1891 p. 19. Müller, der dual bei Euripides. progr. Sigmaring. 1886. p. 25.
6) Hasse, der dualis bei Polybios in Fleckeis. annal. 1893 p. 162 sq. etiam in eo Iosephus a Polybio differt, quod ille δυοῖν cum dativo pluralis aliquotiens iunxit, Polybius δυεῖν cum dativo pluralis numquam usurpasse videtur. Hasse l. l. p. 163.
7) Müller p. 27. 8) Keck p. 45.
9) Hasse, der dual. b. Polyb. l. l. p. 164. 10) Keck p. 46.
11) Krueger I § 44, 2, 2 p. 11⁵. 12) Keck p. 28.
13) Hasse 1889 p. 12.

Plutarchus et Lucianus tantum pluralem usurpare videntur, non ita Iosephus, apud quem semel legi dualem A. XIV 425 τοῖν[1]) (ita Nab. ταῖν codd.) χεροῖν ἀμφοτέραιν (-οιν Nab.), sed pluralem Vit. 172 ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας, A. II 243 ἀμφοτέρων τῶν ἐθνῶν, XIV 326 τούτους ἀμφοτέρους τετράρχας, item VIII 31. XII 155. XVI 152. XIX 234. 285. in libris sacris tantum plur. invenitur (Ex. 12, 22. Luc. 5, 7. cf. etiam euang. Petri v. 37 ed. Harnack p. 11, 9 ἀμφότεροι οἱ νεανίσκοι).

Dualem verbi ap. Ios. semel observavi A. XVIII 168 μόνω δ' ἤστην, sed ap. eundem δύο δὲ ἦσαν A. I 202. VI 357. VII 7, ἄμφω δ' ἦσαν A. XV 396, ἄμφω ἀδικοῦσιν A. XVI 34. cf. Luc. Char. 3 ἀτασθάλω γὰρ ἤστην, sed ἄμφω ἐκόμιζον (Luc.) As. 46. Luc. mort. dial. 11, 2 (I 378). ἦσαν βαρεῖς ἀμφότεροι B. I 24, 5 (93, 4), A. XVIII 248. apud Polybium nullum verbi dualis esse vestigium docuit Hassius, der dual b. Pol. p. 164.

§ 4. De casibus.

A. IV 116 θαυμάζετε οὖν, ὦ μακάριος στρατός, ὅτι τοσοῦτος ἐξ ἑνὸς πατρὸς γεγόνατε. ita Niesius in editione maiore Iosephi verba edidit. sed RO θαυμάζεται οὖν ὁ μακάριος στρατός exhibent, LE θαυμάζεσθε, a quibus vix differt lectio SP θαυμάζεσθαι, cum αι et ε persaepe in libris confundantur velut A. IX 36. praeterea pro οὖν in MLE τοίνυν, in SP νῦν legitur. in editione minore hunc locum Niesius temptat, cum scribat: θαυμάζετε οὖν, ὦ μακάριοι[2]), στρατὸς ὅτι τοσοῦτος ἐξ ἑνὸς πατρὸς γεγόνατε. Naberus Niesii scripturam priorem retinet, nisi quod τοίνυν pro οὖν recipit. Niesium nominativo pro vocativo usurpato offendi suspicor. sed eo confirmari videtur, quod sermonis illius aetatis vulgaris hunc usum dicendi proprium fuisse ex N. T. cognoscimus (Winer § 29, 2 p. 172[7]). accedit, quod talis verborum collocatio, qualis est στρατὸς ὅτι τοσοῦτος, aliis locis apud Iosephum non observatur, nam verba, quae leguntur A. VIII 279 (ἥκετε στρατὸς ἐφ' ἡμᾶς τοσοῦτος), aliter comparata sunt neque A. IX 169 collocatio τιμωρίαν ὅτι μεγάλην procul dubio est. iam ut ad rem gravissimam veniamus, θαυμάζετε ferri non potest, id quod optimo iure me monuit Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff, quoniam re vera nihil est, quod Iudaei mirentur: ipsi enim sciunt sibi promissum a Deo, scilicet non ipsi mirantur, sed aliis admirationi sunt, quare totum locum sic legendum censeo: θαυμάζεσθε νῦν, ὦ μακάριος στρατὸς, ὅτι τοσοῦτος ἐξ ἑνὸς πατρὸς γεγόνατε. ita omnia plana sunt. haec enim scriptor Bileamum dicentem facit: olim totam terram et mare

---

1) cf. Polyb. XII 10, 6. XVIII 29, 4.

2) 'ὦ μακάριοι in laude (sine ironia Platonica) displicet' (de Wilamowitz).

incoletis. iam nunc homines vos mirantur, quod ex uno parente tanta multitudo facti estis, quamquam nunc nondum tam multi estis (τὸν νῦν ὑμῶν ὀλίγον), ut Chananaeorum terra vos excipere non possit, (sed multo magis vos mirabuntur), cum totum orbem terrarum incoletis, cum tam multi eritis, ut iam continens non sufficiat, sed etiam insulae vobis incolendae sint, tam multi, quantus stellarum caelestium numerus est.

A. II 191 τοῦ ποταμοῦ τῆς γῆς ἐπιβάντος ita RO codd. quos sequitur Niesius, τὴν γῆν MSPL, quam scripturam commendante Krebsio[1]) Naberus recepit. utris libris, utri editori plus fidei est? mea quidem sententia nihil verius esse potest genetivo, nam hic Iosepho usitatissimus est.[2]) unum exstabat accusativi exemplum A. XIV 73, sed nunc sublatum est, quoniam libri τῷ τείχει ἐπέβησαν exhibent. accedit, quod ceteris sermonis communis scriptoribus accusativus post ἐπιβαίνειν incognitus est velut Polybio[3]), Plutarcho[4]), Luciano.[5]) hi omnes saepissime usurpant genetivum, numquam accusativum, aliquotiens dativum[6]) ut Iosephus quoque (Raab p. 17). unum accusativum repperi: Ierem. 18, 15 ἐπιβῆναι τρίβους, quae structura mihi figurae etymologicae, quam dicunt, speciem prae se ferre videtur, sed plurimis locis apud LXX interpretes ἐπί τι sequitur, quod habes apud Iosephum A. XI 258 (ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον) ut apud Plutarchum (Mar. 37 (370, 19)), Polybium (IV 45, 3, sed alio sensu), in N. T. (Matth. 21, 5), sed quod apud Lucianum nusquam occurrit.

Verbum ὑποκατακλίνομαι sensu translato a Flavio cum dativo iungitur ut XIX 318, qua in re consentit cum veteribus ut Platone de rep. 336e, recentioribus ut Dionysio Hal. VI 24, 3. 61, 2 et Plutarcho Ages. 27 (172, 23). sed notione primaria ab eo pendet genetivus: A. XII 210 ὑποκατακλίνεται πάντων 'infimus omnium accumbit', quia in eo vis est comparativa. hic usus respondet structurae verbi προκατακλίνεσθαι τῶν κεκλημένων A. VI 48 (Luc. deor. dial. 13, 1. 2 προκατακλίνεσθαί μου (σου).[7])

κληρονομεῖν apud veteres 'hereditatis participem esse' significat, apud recentiores non solum aliam notionem induit, ut nunc latius pateat: 'aliquid adipisci', sed etiam aliam structuram assumit, id quod ex notione mutata facile explicatur, nam pro Atticorum

---

1) zur rection der casus II 17. adnot. 2. cf. etiam Krebs, praepositionsadv. II 59 adn.

2) vide exempla, quae Carolus Raab, de Flavii Iosephi elocutione etc. p. 16 diss. Erl. 1890, congessit.

3) c. genet. I 75, 6. III 20, 2. IV 15, 3. 71, 11. IX 8, 12. XXVI 6, 4.

4) c. genet. Cim. 14 (487, 29), Ages. 17 (160, 21), passim. vid. Wyttenbachii indicem s. v. ἐπιβαίνω.

5) dial. mar. 15, 3. vid. Iacobitzii indicem s. v. ἐπιβαίνω. de Arriano cf. Boehner, de Arriani dicendi genere. act. sem. Erl. IV 23.

6) Polyb. I 5, 2. Luettge p. 13, N. T. (Act. 27, 2), de Appiano Kratt p. 66.

7) cf. de verbo ὑποκ. etiam Schmid I 139. II 162.

genetivo[1]) nunc accusativum rei iunctum genetivo personae habet. hanc dictionem Iosephus quoque sequitur A. VIII 355 (γῆν, ἣν ἐκληρονόμηcε τοῦ πατρόc), ib. 359. XI 120. consentit idem in hac re cum Polybio, Diodoro[2]), Philone[3]), nec non cum LXX viris[4]) et N. T.[5]) et cum Luciano.[6]) ceterum cum veteribus B. I 23, 1 (86, 6) Iosephus congruit: κληρονομοῦcι τῆc μητρῴαc οἱ παῖδεc ὀργῆc. praeterea sciendum est Iosephum hoc verbo semel ita uti, ut sit, quod nos dicimus 'einen beerben': A. XX 241 κληρονομεῖ δὲ καὶ τοῦτον ἀδελφὸc Ἀλέξανδροc, quam structuram Gen. 15, 4 κληρονομήcει cε deprehendimus, quamquam ibidem 21, 10 habes κληρονομήcει τῆc παιδίcκηc ut apud Lucianum (dial. mort. 11, 3 Ἀντιcθένουc ἐκληρονόμηcαc). restat, ut addam Aristidem Atticorum genetivum rei reducere studuisse.[7])

A. II 329 in libris omnibus legimus τῷ θεῷ κατεφρόνει. haec verba in dubium vocavit Ernestius[8]), cum scriberet: 'non se expediunt interpretes. tu lege οὔτε τοῦ θεοῦ κατεφρόνει.' hoc loco potissimum in participiorum insequentium genetivis[9]) offendisse videtur. idem l. l. p. 183 Cocceji coniecturam ad A. XX 91 (καταφρονήcαcαν αὐτοῦ τῆc ἀποδημίαc) prolatam, qui τῇ ἀποδημίᾳ scribi iubebat, prorsus damnavit. item eam Niesius aspernatus est. sed tamen Cocceji emendatio mihi ut Nabero quoque probatur, illius displicet. nam duae verbi καταφρονεῖν notiones discernendae sunt: altera, qua significat 'contemnere, despicere' ut apud ceteros scriptores omnes genetivo adiungitur a Iosepho velut A. I 43. 311. II 207. 286. III 85. XII 242. 292. 357. 425. XIII 122. 200. 274. XX 126. 175. B. II 16, 4 (185, 22). Ap. II 47. 255. 264. 294, passim, sed altera, quae est 'confidere', dativo velut A. II 256 τῇ καρτερίᾳ καταφρονῶν, IX 55 θεὸν ᾧ cυμμάχῳ καταφρονῶν ἀδεὴc ἦν 'Deo confidens timoris expers erat', A. IV 285 καταφρονῶν τῷ μηδένα εἶναι τὸν ἐξελέγξοντα, ib. VII 61 καταφρονοῦντεc τῇ τῶν τειχῶν ὀχυρότητι, VIII 371 τῶν τειχῶν οἷc καταφρονεῖ, XIII 92 τῇ ἵππῳ καταφρονῶν, item VIII 29. IX 82. haec autem 'confidendi' significatio duobus illis locis statuenda est. ab altera parte Moses Deo confidit, quippe qui Iudaeis omnia suppeditaverit, sibique persuasum habet Deum ne tum quidem Iudaeos interire passurum, ab altera (XX 91) duae gentes (Δαῶν καὶ Cακῶν χεῖρα) propterea in Par-

---

1) Krueger I 47, 14.
2) Krebs, zur rection d. casus II 16.
3) de confus. ling. I 416, 11 ed. Mangey ὧν κληρονομεῖ et de profug. I 548, 34 Mang. ὧν κληρονομοῦcιν (κληρονόμοι εἰcὶν Mang.). illic non dubito, quin suo iure Mangeius ἃ restitui iubeat frustra repugnante Treitelio p. 15.
4) Gen. 15, 8. Num. 27, 11. Psalm. 36, 11. 22 Tisch.-Nestle[7].
5) Mtth. 5, 4. 19, 29. Gal. 5, 21. Winer § 30, 7 adnot. p. 188[7].
6) dial. mort. 11, 3, passim. 7) Schmid II 123.
8) observ. philol. crit. p. 66.
9) de quibus vide infra § 13.

thorum fines irrumpunt, quia confidunt se hoc Volugesa rege absente impune facturos; itaque non contemnunt eius absentiam, sed inprimis ea confidunt.[1]) ni fallor, haec verbi καταφρονεῖν significatio apud unum Iosephum occurrit, qui eam applicavit ad verba πιστεύειν, θαρρεῖν, alia: A. XIII 122 πεπιστευκότες τῇ ὀχυρότητι τοῦ χωρίου, A. XX 175 τῷ πλούτῳ θαρροῦντες, fortasse elocutionis variandae studio. cum praepositione ἐπὶ hoc verbum eadem notione invenitur A. V 45 ἐπὶ νίκῃ καταφρονοῦντας. cf. V 356 ἐπὶ τῇ κιβωτῷ τεθαρσηκότας.

ὑπερηφανεῖν a poetis (Il. 11, 694) scriptores recentiores mutuati sunt, sed cum prius intransitive usurparetur ('superbum esse, se iactare') nunc vim transitivam accipit, ut significet 'contemnere'. plerumque cum accusativo iungitur, ut a Polybio V 33, 8[2]), Diodoro[3]), Luciano Nigr. 31[4]), ita a Iosepho velut A. IV 259, si cum Nabero codicem S sequeris, VI 38 (οὐκ ἐκεῖνον ὑπερηφανήσοντας), XVI 194. XX 142. B. I 17, 8 (67, 4). 19, 6 (74, 22). VI 9, 4 (118, 31). sed genetivum idem posuit A. XX 56 μηδ᾽ ὑπερηφανήσῃς δεομένου et B. VI 2, 10 (88, 23) τῶν ταύτῃ παρατεταγμένων οἱ πολλοὶ μὲν ὑπερηφάνουν, quae structura nescio an alibi obvia non sit.

A. II 231 ὡς Μωυσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας, quae verba praebent omnes libri, fuit, cum temptare vellem. sed quamquam alibi ἐκπλήττεσθαι aut accusativum habet velut A. VIII 168. XII 110. 128. XVIII 296 aut dativum (A. II 270. XVIII 325, cf. etiam XVIII 40 καταπλαγεὶς τῷ πολλῷ τῆς εὐμορφίας) aut πρὸς cum accusativo B. II 9, 2 (154, 26), tamen similis locus exstat A. XVII 110 τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέλγειαν αὐτῶν σπουδάσαντος ἐκπεπλήγμεθα 'propter studium illorum protervitatis imitandae te miramur' (vid. supra p. 367). similiter A. II 231 Μωυσῆν non solum ad θεασάμενος, sed etiam ad ἐκπλαγῆναι referendum est: nemo corporis pulchritudinis ita rationem non habebat, quin, si Mosem aspexisset, hunc miraretur propter corporis formam. habes igitur genetivum, quem dicunt[5]) relationis vel, si mavis, causae. quoniam huius verbi notio his locis paene eadem est, quae verbi θαυμάζειν (A. II 252. 262. V 317. VIII 168), etiam structura similis est. huc non referendum puto A. I 288 ἐκπέπληκτο τοῦ κάλλους ὁρῶν οὕτως ἔχουσαν, ubi genetivus ex verbis οὕτως ἔχ. pendet, nec magis conferam Pseudo-Luciani verba Dem. enc. 31 fin. γλώττῃ ἣν ἐχρῆν τῆς ἀγνωμοσύνης (propter imprudentiam) ἐκτεμεῖν vel Charid. 9 ἑάλω τοῦ κάλλους, et ib. 19.[6])

A. XIII 142 μαρτυρῶν αὐτῷ τῆς συμμαχίας fuit, cum ita defenderem, ut dicerem hoc loco inesse notionem 'laudandi,

1) ceterum cf. Holw. emend. Fl. p. 41.
2) cf. ad hunc locum Krebs, zur rection der casus II 30.
3) Krebs l. l. 4) Schmid I 377. 5) Krueger II 47, 21.
6) Schmid I 235.

gratias agendi': rex Demetrius Iudaeos magna praeda donatos ad Ionatham dimittit, cum huic pro societate, pro auxilio misso gratias agat. putabam enim eundem genetivum causae statuendum esse, quem supra observavimus. sed tamen τὴν cυμμαχίαν scribendum esse nos docent A. II 59 κοcμιότητα καὶ cωφροcύνην αὐτῇ μαρτυρῶν, III 74 τἀληθῆ μαρτυρεῖν τοῖc ἀξίοιc, IV 212 μαρτυρεῖν τῷ θεῷ τὰc δωρεάc, V 317 μαρτυρεῖν δὲ ἐκείνῳ τὴν εἰc τὰ ἄλλα πάντα τῆc ἀρετῆc περιουcίαν, VI 355 μαρτυρῶ coι πολλὴν περὶ ἐμὲ cπουδὴν καὶ εὔνοιαν, XII 237 μαρτυρῶν ἡμῖν εὐcέβειάν τε καὶ πίcτιν, XIII 290 τῶν δὲ μαρτυρηcάντων αὐτῷ πᾶcαν ἀρετήν. Ap. II 182 τοῖc τολμῶcι — cοφίαc δεινότητα μαρτυροῦcιν, ib. I 104. Plut. Mar. 6 (334, 11) τῷ Μαρίῳ καὶ cωφροcύνην μαρτυροῦcι καὶ καρτερίαν.[1])

Secundum Atticorum morem dicebant ἀμείβεcθαί τι vel τινά τινι (aliqua re)[2]) vel τινά τι ut poetae[3]), posteriorum demum erat ἀμείβεcθαι τινά τινοc 'gratiam alicui referre pro aliqua re'. hac in re Iosephus A. XII 139 (τούτων αὐτοὺc ἀμείψαcθαι), A. XV 405 (αὐτοὺc τῆc εὐποιίαc ἀμείψαcθαι), item VI 278 cum Plutarcho (C. Caes. 4 [366, 22]) et Luciano (somn. 15) consentit. genetivi autem τούτων et τῆc εὐποιίαc eodem modo quo supra explicandi sunt. ceterum structura ἀμείβεcθαι τινά τινι apud Iosephum satis saepe legitur velut A. II 195. III 38. 264. 303. VII 341. VIII 57. 300. XVII 234, alibi (Herod. I 5, 7).[4])

A. II 190 Naberus cum libris ROMSPL ταύτην παρεχώρουν edidit, Niesius cum epitome Zonaraque ταύτηc. V 203 γυναικὶ παραχωρεῖc ἀξίωμα RONies., ἀξιώματοc MSPLNab. quamquam non desunt exempla, quae accusativo favent velut A. I 229 τῷ θεῷ cε παραχωρῶ, IV 33 παραχώρηcον τὴν κρίcιν τῷ θεῷ, VIII 219 παραχωρεῖν δ' αὐτῷ μόνον τὸν ναόν, XI 241 τὰ ἡμίcη τῆc βαcιλείαc παραχωρήcοντοc αὐτῇ, item VII 206, tamen saepius genetivus invenitur ut A. I 307 παραχωρήcειν αὐτῇ τἀνδρόc, II 3 παραχωρεῖ τῶν πρεcβείων αὐτῷ, III 301 παραχωρήcουcιν ἡμῖν τῆc γῆc, IV 69. 224. V 145. 334. VII 37. VIII 9. 368. XII 154. 162. 188. XIII 145. XV 248. XVI 81 μὴ παραχωρεῖν τῶν πρωτείων, XVIII 12 τιμῆc τοῖc ἡλικίᾳ προήκουcιν παραχωροῦcιν, ib. 287. XIX 230, Ap. I 27, item A. V 261. 262. XI 51. quare etiam A. XIII 50 aliter Iosephi verba restituenda censeo ac fecerunt editores. Niesius sic edidit: καὶ ὑπὲρ κεφαλῆc ἑκάcτηc ὃ ἔδει μοι δίδοcθαι τῶν ἐν

---

1) cf. etiam E. Iahn, observationes criticae in Flavi Iosephi antiquitatibus. diss. Erlang. 1891 p. 22—24.

2) cf. Krueger I 46, 7. Kuehner II § 409, 1. § 411, 3 adn. 4.

3) Kuehner II § 411, 6 adnot. 9.

4) cf. ἀμείβεcθαί τι A. XII 54. Ap. II 206, XVII 43. XVIII 221 (τί τινοc). ἀμείβεcθαί τινα omissa re, pro qua gratiae referuntur: A. VIII 326. XIX 184. B. IV 8, 3 (337, 15). elocutionis variandae causa scriptor A. VI 341 dicit ὑπὲρ εὐεργεcίαc ἀμειβομένη τινόc.

τῇ Ἰουδαίᾳ κατοικούντων — τούτους παραχωρῶ ὑμῖν. plerique codices ὃ omittunt et pro καὶ substituunt καὶ οὓς. hanc lectionem Niesius recipere debebat, si accusativum τούτους (= τοὺς φόρους) a scriptore profectum esse putabat. Naberus magis sibi constat, quod cum libris FV ὃ scribit et pro τούτους Hudsoni coniecturam τοῦτο recipit. sed quid opus est coniectura? nonne epitomes lectio τούτου satis Iosephi dictione commendatur? iam ut dicamus, utrum verum sit, aut καὶ οὓς ἔδει μοι δίδοσθαι — τούτους παραχωρῶ aut ὃ — τούτου παραχωρῶ legendum erat. sed genetivum praeferendum esse et Iosephi ipsius scripta et aliorum confirmant velut Polybii (III 90, 11. IV 5, 1. V 45, 2), Plutarchi (Luc. 35 [543, 11]. Dion. 44 [38, 19]), Luciani (Tim. 55 οὐδενὶ τῶν πρωτείων παραχωρήσειεν ἄν, tyrann. 5 τῆς μὲν τιμῆς παρεχώρει καθ' ἡλικίαν ἐκείνῳ).

A. VIII 175 in omnibus libris legitur: ἅπερ ἐκείνη τυχεῖν ἠξίου προϊέμενος. fortasse erit, qui temptet, praesertim si quis contulerit A. XII 115 ὧν ἡ σοφία δικαία τυχεῖν, ib. 166 ὧν ἂν δέηται τυχεῖν, XIV 223 οὗ τυχεῖν, ib. 148 ὅσων (ὅσον FL) ἐδεήθησαν τυχεῖν, ib. 217 ὅσων (ὅσον L) τυγχάνειν ἐβούλοντο, ib. 162. XV 77. 96. 155. 197. 255. 376. 387. XVI 12. 32. 62. 209. 210. XVII 311. 314. Ap. II 42 (ὧν). 166 (ὅσων). adde ex prioribus libris A. I 223. 249. 264. 274. II 264. III 188. V 56. VIII 356, passim. sed tamen ἅπερ retinendum puto, etsi A. IV 105 εἰς ἃ δέονται τυχεῖν nihil probat, quod hic ἃ attractione ortum est. verisimile enim est, quod me monuit Fridericus Leo, Iosephum propter verba, quae paulo supra in eadem paragrapho leguntur (ἑτοιμότερον ὧν αὐτὸς — ἐχαρίζετο), noluisse insequi ὧνπερ. accedit, quod ne apud veteres quidem desunt exempla, ubi τυγχάνω accusativo inprimis neutr. gen. iungatur velut Soph. Phil. 509. Oed. Col. 1106. Oed. R. 598. Antig. 778.[1]) Xenoph. Hellen. VI 3, 16, alibi.[2])

A. VIII 401 exstat in libris ROS ἔρεσθαι (melius P ἐρέσθαι) τοῦ θεοῦ, in MP τὸν θεόν. illam scripturam probant Niesius et Wendlandius[3]), hanc Naberus, qui minime mihi dubium est, quin verius iudicaverit. nec enim usquam alio loco genetivum legimus, sed omnibus ceteris accusativum velut A. I 336. IV 87. 107 (ἀνήρετο τὸν θεόν). VII 7. 76 (τοῦ βασιλέως ἐρομένου τὸν θεόν). VIII 350. XI 89. XII 13. 213. XIII 294. XVI 35. XVII 143. XVIII 186. 195. 196. 230. 251. XIX 91. 159. 239. 270. Ap. II 140. 178. eandem dicendi rationem sequuntur Polybius (XII 28a, 4), Plutarchus Mar. 3 (331, 19), Dionys. Hal. VI 56, 3, Lucianus (deor. conc. 13). in libris sacris ἐρέσθαι omnino non occurrere videtur. genetivus in Iosephi scripta ad exemplum verbi πυνθάνεσθαι librariorum neglegentia illapsus est.

Solius Iosephi proprium esse videtur περιορᾶν cum simplici

1) Kuehner II 416, 3 adn. 9. 2) Krueger I 47, 14, 3.
3) deutsche literaturzeitung 1888 p. 559.

genetivo iungere ut A. X 251 παντὸς λήμματος περιορῶν, XVIII 257 ὡς τῶν Καίσαρος τιμῶν περιορῷεν[1]), quod inest vis verbi ὀλιγωρεῖν (A. V 132) sim.[2]) accusativum simplicem habes A. III 41 ὃν οὐ καλῶς ἔχει περιορᾶν, XVI 381 οἳ περιορῶσι τοιοῦτο μύσος, XVII 22 ὧν περιεώρα Φερώρας τὸν γάμον, B. II 7, 4 (146, 29) οὐ περιόψομαι τὴν ὕβριν, Ap. II 211 ἄταφον μὴ περιορᾶν. si quis hic coniciat excidisse ὄντα, quod occurrit A. XIII 348, vel illic γενόμενον sim., quod exstat A. XII 189. 402, obstant loci similes: A. I 273 μὴ περιίδῃς με, II 68 μὴ περιίδῃς ἡμᾶς. A. XX 56 μὴ περιίδῃς με τὸν σὸν ἱκέτην. Ap. II 207 περιορῶν ἱκέτην, ubi neque ὄντα neque γενόμενον addi potest.

A. XVII 317 in codicibus quod est ὀλίγων ἡμερῶν ὕστερον 'paucis diebus post', librariis debetur, non Iosepho. ac miror, quod editores hunc soloecismum toleraverunt. dativus enim et Iosepho et ceteris usitatissimus est velut A. I 91 ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις, I 161 χρόνοις ὕστερον, I 308. VI 170 χρόνοις δ' ὕστερον, II 264 χρόνῳ δ' ὕστερον, II 318 διακοσίοις — ἐνιαυτοῖς ὕστερον, III 218 ἔτεσι διακοσίοις πρότερον, XI 140. XIV 123 χρόνῳ δ' ὕστερον, XII 341 χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῷ, XIII 432 χρόνοις οὐ πολλοῖς ὕστερον, XIV 82 χρόνῳ (ubi in codice F similiter χρόνου perverse legitur) ὕστερον, XVI 62 οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις, XVII 284 χρόνῳ ὕστερον, XVIII 126 ἐνιαυτῷ πρότερον, XIX 272 ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις, Ap. I 11 τοσούτοις ἔτεσι — ὕστερον, item VI 68. X 216. cf. etiam Plutarchum[3]) et Lucianum.[4]) per se patet ὀλίγων ἡμερῶν, quod exstat A. XVIII 231, significare 'intra paucos dies' nec huc referendum esse.[5])

Ἐγγὺς (ἔγγιον, ἔγγιστα) apud veteres cum genetivo potissimum, rarius cum dativo coniunctum[6]), apud posteriores ne Arriano quidem excepto, cui nonnisi genetivum post ἐγγὺς usitatum esse affirmat Newieius[7]), prorsus promiscue modo cum genetivo, modo cum dativo usurpatur. hanc consuetudinem non solum Polybius, Diodorus, Plutarchus, Dionys. Halic., Lucianus, Pausanias, Appianus, Arrianus, LXX, N. T. sequuntur[8]), sed etiam inprimis Iosephus. satis

1) cf. A. XVIII 67 διὰ τὸ καὶ πεμφθέντων (sc. δώρων) περιιδεῖν.

2) Thuc. IV 124, 4 huc non pertinet, quod hic περιορώμενος significat 'timens, veritus'.

3) Cam. 7 (260, 10). 41 (297, 1). Pyrrh. 1 (284, 30). vid. Wyttenbachii indicem s. v. χρόνος.

4) V. H. I 22. 5) cf. Schmid II 40.

6) Il. 22, 453. Eurip. Her. 37 Kirchh., Xenoph. Cyrop. II 3, 2. vid. Kuehn. II § 416, 5. 423, 13.

7) über den sprachgebrauch Arrians, besonders in der Anabasis Ἀλεξάνδρου. progr. Stargard. 1882. sed cf. Boehner, de Arriani dicendi genere. act. sem. Erl. IV 24.

8) cf. exempla, quae congessit plurima Fr. Krebs, praepositionsadverbien II p. 51—53. vid. etiam Bonitzii indicem de Aristotele et lexica in LXX et Win. § 30, 4 adn. p. 183[7]. cf. etiam apocal. Petri v. 34 ed. Harnack ἐγγὺς αὐτῶν.

erit haec exempla attulisse: ἐγγὺϲ c. gen. A. VIII 274. XI 342. XIV 85. 465. B. IV 2, 4 (297, 6), ἐγγυτέρω c. gen. A. IV 246, ἔγγιον cum genetivo B. I 18, 5 (70, 3), ἔγγιϲτα c. gen. A. IV 254. V 331. VI 265. 327. VIII 228. IX 102. XI 177. XIII 8. XIV 392. 415, contra minus saepe ἐγγὺϲ c. dat. A. I 335. VII 218, similiter ἔγγιον c. dat. B. II 8, 7 (149, 29). V 6, 3 (31, 31). Ap. II 224 et ἔγγιϲτα c. dat. A. V 49. VIII 108.

Πληϲίον a Polybio raro (X 22, 8. XII 4, 13), aliquotiens a Plutarcho in moral. libris (p. 148e) et a Dionysio (IX 35, 2. 4) usurpatum, Diodoro usitatissimum[1]) a Iosepho quoque saepissime profertur. apud hos omnes sequitur genetivus ut etiam in V. et N. T. sicut in apocalypsi Petri v. 26. 28 ed. Harn. et apud Herodian. I 7, 3. paucis locis ab hoc adverbio apud Iosephum ut Appianum[2]) pendet dativus. sed Krebsius vehementer errat, cum scribit: 'die Fügung mit dem Dativ, die vorzugsweise Iosephus eigen ist, der die Freiheit der Construction der sinnverwandten Adverbien auf πληϲίον übertrug.' immo longe plurimis locis ceterorum consuetudinem secutus genetivum praefert. dativum habes A. II 252. III 75. 144. 300. IV 220. V 218. XVIII 91, sed multo saepius genetivum velut A. I 254. II 279. III 63. IV 129. V 7. 225. 252. VI 195. VIII 355. XIII 333. 338. XIV 292. 444. 445. 465. 466. XV 147. 295. 363. XVI 361. XVIII 377. XX 189. B. I 8, 3 (32, 25). 16, 7 (62, 22). 17, 9 (67, 12). II 4, 2 (138, 21). III 9, 7 (274, 23). 10, 8 (282, 7). IV 10, 2 (351, 9). V 12, 4 (63, 3). VI 6, 2 (108, 32). Vit. 214. 234. 399. Ap. I 46.

A. VI 130 οἷϲ δὲ πολεμήϲειε cum libris ROMP edidit Niesius, οὓϲ cum SE Naberus, A. XII 415 ὅπωϲ μὴ πολεμῇ τοὺϲ Ἰουδαίοιϲ PFL Nies., τοῖϲ Ἰουδαίουϲ AMVWE Nab. similiter libri fluctuant A. V 62. X 75. 111. 181. XII 350. 353. 356. 417. XIII 196 (bis). 325. 338. XIV 114. XVI 336. et accusativus et dativus Iosephi usui dicendi respondet, etsi hic saepius legitur. dativum nulla librorum discrepantia traditum invenies: A. IV 2. 41. 296. V 135. VI 165. 213. VII 120. 122. 128. 129. 304. IX 10. 106. 159. 206. X 84. XII 127. 403. 405. XIII 28. 148. 269. 366. 367. 379. XIV 29. 50. 183. 185. XVIII 97. 271. XX 238. 245. Vit. 50. 78. 209. Ap. I 269. II 50. B. II 16, 4 (181, 15. 182, 4). V 9, 4 (45, 28). II 16, 5 (189, 9. 11), accusativum vero A. V 62. VI 129. VII 100. 107. 280. VIII 223. 274. IX 283. 284. 289. X 74. 104. 173. 271. XII 229. 375 (ubi Krebsius[3]) πολιορκήϲων proponit). XIII 43. 179. 186. 223. 318. 371. XVIII 100. Vit. 341. porro dativo favet Polybius, nam accusativi exemplum, quod adhuc afferebatur (XVIII 47, 1), corruptum esse me docuit Udalricus de Wilamowitz, nec enim ex-

---

1) Krebs, praepositionsadv. II p. 53—55.
2) Krebs l. l. p. 55.
3) zur rection der casus I 13, sed iniuria. cf. Vit. 341.

cerptis hoc loco esse credendum, immo propter genus emendandum esse μηδεμιᾷ pro μηδένα, quod iam Reiskius proposuerat. dativum commendant etiam Plutarchus[1]), Dionysius Halicarn., Arrianus[2]), Appianus.[3]) quare locis dubiis dativum praeferendum censeo, quamquam haud ignoro Diodoro[4]) accusativum in deliciis fuisse nec singula accusativi exempla deesse apud Plutarchum[5]), Dionys. Hal.[6]), Appianum[7]), LXX interpretes.[8]) praeterea cum Polybio (IV 32, 5), Diodoro[9]), Plutarcho[10]), LXX interpretibus[11]) Iosephus consentit, quod πολεμεῖν cum praepositione πρὸς conectit velut A. III 61. XII 10. 130. 386. XIII 10. 147. 186. 272. 376. XIV 122. XVII 39. XX 243. Vit. 17. 59. 234. 244. B. II 16, 4 (187, 22). II 20, 5 (214, 22). semel A. VIII 276 ἐπὶ cum accusativo sequitur, quam constructionem Krebsius[12]) ad exemplum verbi στρατεύειν ἐπὶ (velut IX 29. XIII 58) a Iosepho conformatam esse censet. sed cum hoc uno loco ἐπὶ inveniatur, facere non possum, quin suspicer hanc praepositionem non Iosepho, sed librariis deberi atque huc ex libris sacris V. T. invectam esse, ubi aliquotiens ita legitur velut Ierem. 34, 1. 7 (= 41, 1. 7 ed. Tischend.-Nestle[7] p. 382); ib. 32, 29 (= 39, 29 p. 379). sin autem re vera sit Iosephi praepositio ἐπὶ, eam ex sermone vulgari illapsam esse sumamus necesse est.[13]) solius Iosephi esse videtur πολεμεῖν cum praep. εἰς coniunctum, quod semel observavi: Ap. I 269, ubi dativus et εἰς brevissimo intervallo se excipiunt, quare aliquis suspicetur hanc varietatem ipso elocutionis variandae studio ortam esse: τοῖς ἀνθρώποις πολεμεῖν διεγνωκότες οὐκ ἂν εἰς τοὺς αὐτῶν θεοὺς πολεμεῖν ἐτόλμησαν, sed malim πρὸς. nam hoc magis Iosephi rationi dicendi respondet. praepositiones πρὸς et εἰς persaepe a scribis confundi constat inter omnes.[14]) accedit, quod huius libri, qui est de Iudaeorum vetustate, codex Laurentianus et interpolatus et corruptus est, apud Eusebium autem, qui multa ex hoc scripto excerpta nobis multo melius tradidit, hic locus non exstat. denique sermonis vulgaris erat locutio πολεμεῖν μετά τινος 'bellum gerere contra aliquem', id quod cognoscitur ex eius usu in libris sacris[15]) frequenter admisso, quem usum posterioribus tempo-

---

1) moral. p. 174e. 199c. 223d. 224b. Caton. 16 (49, 28), alibi. cf. etiam Krebs, zur rection d. cas. I 13.
2) Krebs l. l. p. 10. 13. 3) Kratt l. l. p. 65.
4) Krebs l. l. p. 7. 5) Luc. 5 (502, 5). Sull. 3 (419, 17).
6) III 65, 2. XI 20 (116, 21 Kiessl.) 7) Kratt l. l.
8) Num. 21, 26. Ies. 19, 2. Psalm. 119, 7, alibi. Hatzidakis, einleitung in die neugriech. gramm. Leipz. 1892. p. 221.
9) V 9, 1. XI 84, 8, saepius.
10) Poplic. 3 (192, 11). mor. p. 184a.
11) Ios. 24, 11. Num. 21, 1.
12) l. l. I 13 adnot.
13) sed cf. Xenoph. Anab. III 1, 5 ἐπὶ τὰς Ἀθήνας συμπολεμῆσαι.
14) vid. Cobeti nov. lect. p. 309. 347. 348. ap. Ios. Vit. 168 in MW εἰς pro πρός, item A. VII 265 in MSP.
15) LXX et N. T. velut Reg. I 17, 19. 32. Apoc. 13, 4.

ribus in titulis velut Aethiopico CIG. 5072, 3. 15 (sub finem saec. VI) deprehendimus. laudandum est, quod hac dictione Iosephus prorsus abstinuit. nec enim Ap. II 242 τὸν δὲ πολεμοῦντα καὶ μετὰ ἀνθρώπων μαχόμενον huc pertinet. B. VI 2, 1 (79, 32) μεθ' ὅσων βούλεται πολεμεῖν 'quibuscum' significat 'quorum auxilio'. addere liceat verbum καταπολεμεῖν, cuius permulta leguntur exempla apud Polybium et Diodorum[1]) sicut Plutarchum (Wytt.), apud Iosephum raro occurrere velut XII 414. similiter A. XIII 185 inveni συγκαταπολεμεῖν, quod iniuria Krebsius[2]) censet solius Diodori esse proprium.

A. XI 19 libros PFLAV secuti editores ἐμποδίζειν τοὺς Ἰουδαίους legunt, sed WE τοῖς Ἰουδαίοις exhibent. utra lectio praeferenda est? hanc tres loci tueri videntur: A. V 144, ubi consentiente librorum memoria dativum legimus ἐμποδίζοντα ταῖς ἐπιθυμίαις, et A. III 67 ἐμποδίζειν τοῖς ἀρετῇ χρῆσθαι τοῦ στρατηγοῦ θέλουσι, item II 133. solet autem Iosephus accusativum praeferre velut A. I 164. III 48. IV 276. XI 174. XIII 187. Vit. 48, qui loci satis, opinor, accusativum eo loco, de quo agitur, defendunt, praesertim cum in libris optimis et Palatino et Ambrosiano exstet. hunc etiam LXX interpretes Esr. II 4, 4 praebent, sed ibi varia lectio dativum exhibens in codice Alexandrino invenitur. Polybius dativum (V 14, 11. 111, 4) usurpat, Diodorus vero accusativum (III 37, 9). apud veteres solus accusativus in usu erat, nam Isocr. 15, 59 dativus vulgatae lectionis, accusativus Urbinatis est.

A. III 32 τῇ τροφῇ ταύτῃ τεσσαράκοντα ἔτη ἐχρήσαντο cum RO scribit Niesius, ἔτεσιν, qui dativus iam propter hiatum commendatur, codices MSPLE secutus Naberus; VIII 382 ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ἡσύχαζον libri, ἡμέρας posuerunt editores, IX 173 κατέσχεν αὐτὴν (τὴν ἡγεμονίαν) ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ δέκα cum plurimis libris editores, nisi quod Naberus suos codices secutus verba transponit, ἔτη proponit epitome; IX 228 ἓξ μῆνας βασιλεύσας M et Niesius, ceterorum lectionem μησὶ recepit Naberus, XIII 376 πολεμήσας ἔτεσιν ἓξ et libri et editores legunt, ἔτη commendat editio princeps. B. VI 4, 1 (94, 14) ἓξ ἡμέραις ἀδιαλείπτως οὐδὲν ἤνυσεν adhuc lectio vulgata est, solus codex L ἡμέρας praebet. sed accusativum probandum non esse ex eo efficitur, quod posteriores dativo ita uti solent, ut temporis spatium designet. hic dativus, ut raro occurrit apud Polybium[3]), aliquotiens in N. T.[4]), semel apud Dionem Chrysostomum[5]), saepius apud Lucianum[6]) nec non apud

---

1) Krebs l. l. p. 7. 9.
2) l. l. p. 10.
3) IV 32, 8. Stich, de Polybii dicendi genere p. 16.
4) Luc. 8, 29. Winer § 31, 9 p. 205[7].
5) Schmid I 92: πολλαῖς ὥραις διετρίβετε.
6) Du Mesnil, grammatica quam Lucianus in scriptis suis secutus est etc. Stolpe 1867. progr. p. 8, Schmid I 236.

Aristidem paucis locis[1]) et Polyaenum[2]), ita frequentissimus est Iosepho. satis habeo exemplis, quae plurima congessit Erhardus Iahn observ. crit. p. 12. 13 (cf. ibid. 9—12), haec addidisse: A. IV 322 ἅπαντι τῷ χρόνῳ κατηφεῖν, XII 112 (2, 14, non 2, 13), XIII 272 πολλοῖς ἔτεσιν πολεμῶν. per se patet accusativum temporalem eidem non incognitum fuisse velut A. I 92 μείνας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας, XI 134 τρεῖς ἐπιδιατρίψας ἡμέρας, XIII 352. XV 180 ταύτην (βασιλείαν) κατασχὼν τρεῖς μῆνας, XVI 15. 18. 315. XVIII 35 ἕνδεκα ἔτη διατρίψας, ib. 109. 123 τρεῖς ἡμέρας διατριβὴν ποιεῖται, Vit. 12 διατρίψας παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς, alibi.

A. XIV 344 editores cum codd. PFLAMWE φυλακῆς αὐτοὺς περιισταμένης legunt, solus codex V αὐτοῖς exhibet. A. XV 289 editores cum libris FLAMV περιστάντων αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν scribunt, solus W αὐτοὺς praebet. accusativus non solum magis Iosephi usui dicendi respondet B. VI 1, 8 (78, 30). A. VII 16. 241. XI 205. XIII 169. XIV 24. XVII 282. XVIII 174. 320[3]), sed etiam, ut omittam veteres, multo magis apud posteriores in usu est quam dativus sicut apud Polybium[4]), Plutarchum[5]), Lucianum[6]), in N. T.[7]), quare dubiis locis accusativum praeferendum censeo, quamquam minime desunt dativi nec apud ipsum Iosephum A. IV 189 ὃς (πλοῦτος) ὑμῖν περιστήσεται. XIII 136 περιστάντες τοῖς βασιλείοις nec Polybium[8]) nec apud LXX viros.[9])

A. XV 154 codd. PF secutus περικαθεζόμενοι τῷ χάρακι Niesius edidit, codd. LAMWE secutus τὸν χάρακα Naberus. accusativum Dem. 59, 102 περικαθεζόμενοι αὐτῶν τὸ τεῖχος commendare videtur, sed hoc nihil probat. quare res redit ad codicum auctoritatem, praesertim cum apud ceteros serioris aevi scriptores nullum exemplum reppererim.

A. XIII 169 τὴν πρὸς ὑμᾶς ἡμῖν συγγένειαν cum PFLV Niesius legit, τὴν πρὸς ὑμᾶς ὑπάρχουσαν ἡμῖν φιλίαν secundum AMW Naberus. quamquam nemo dubitabit, quin Iosephus ὑπάρχουσαν addere potuerit, atque etiam haec lectio eis, quae paulo supra § 167 (τῆς ὑπαρχούσης ὑμῖν πρὸς ἡμᾶς συγγενείας) et A. VI 132 leguntur, commendari videtur, tamen prior scriptura ferri potest. non enim semel dativus ex substantivis liberius pendet velut A. I 142 διὰ τὴν συγγένειαν αὐτῷ, XIII 229 διὰ τὸ Πτολεμαίου τοῖς ὄχλοις μῖσος, ib. 273 ὁ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς πόλεμος, XV 252 τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ φίλους, B. I 2, 3 διὰ τὴν πρὸς Ὑρκανὸν ἐπιγαμίαν

1) Schmid II 41. 2) Malina, de dictione Polyaena p. 32.
3) sed loco postremo acc. etiam ad verbum λελήθασι referri potest ut A. III 299 ἤθροιζον αὐτοὺς περιστάντες ad ἤθροιζον, similiter A. VI 259.
4) acc. I 53, 6. II 53, 5(?). III 16, 2(?). 75, 8.
5) acc. Nic. 7 (9, 10). ib. 11 (14, 23). ib. 20 (27, 23). Anton. 54 (396, 10). Arat. 38 (170, 26), moral. p. 253b.
6) Soloec. 5, apud eundem περὶ c. acc. Anach. 33.
7) Act. 25, 7. 8) I 77, 7. V 42, 6.
9) Reg. II 13, 31. cf. etiam Holwerdae emendation. Flav. p. 81.

αὐτῷ. idem in Appiani scriptis observamus (Kratt l. l. p. 15) et apud Herodianum (I 7, 4 τὸ πρὸς πατρὸς αὐτῷ γένος, ib. 11, 1 τὴν παρ' Ἑλλήνων τισὶν ἀγνωσίαν).

A. II 11 προσκυνεῖν αὐτὸ ROSPL, αὐτῷ MS_1E, VI 55 προσκυνῆσαι τῷ θεῷ RO, τὸν θεὸν MSP, VIII 386 προσεκύνησεν αὐτὸν RO, αὐτῷ MSP, X 69 ᾧ προσεκύνουν ὡς θεῷ SP, ὃ ROMLV, θεὸν LV (θεῷ ROMSP), A. XI 333 προσκυνούντων αὐτὸν ἁπάντων PFLAVW, αὐτῷ πάντων E, XX 56 προσεκύνησεν αὐτὸν εἶτα MWE, αὐτῷ A, sed ῷ ex ὸν corr., item VII 114. Niesius libros RO vel PA semper fere secutus est, Naberus dissentiente codicum memoria accusativum scribit excepto loco A. X 69, ubi ambo editores dativum ponunt. ut ab his verbis incipiamus, per se patet non omnes codices sibi constare. nam aut ᾧ — θεῷ aut ὃ — θεὸν Iosephum scripsisse sumendum est. dativum duobus locis (VI 55. VIII 386) scribi iubet Krebsius.[1]) videamus nunc, uter casus Iosepho usitatior fuerit. concedendum est dativum ferri posse, quandoquidem etiam aliis locis nulla librorum discrepantia invenitur velut A. VI 154 προσκυνεῖ τῷ θεῷ (in eadem paragrapho paulo supra fortasse elocutionis variandae causa τὸν θεὸν προσκυνῆσαι), IX 261. 267 (τῷ θεῷ). X 29 (τῷ θεῷ). XI 131. 167 (τῷ θεῷ). [XII 114 αὐτοῖς ex verbo ἐκέλευσε pendet.] praeterea dativum semel apud Lucianum Pisc. 21 (I 591) habemus, aliquotiens, ut videtur, apud Cassium Dionem[2]), semper apud Matthaeum Marcum Paulum, interdum apud Lucam et Iohannem et in Apocalypsi[3]), saepius apud LXX interpretes.[4]) vides igitur, unde dativus fluxerit. illapsus est ex sermone vulgari in virorum litteratorum scripta. quare non intercedo, quominus, ubi libri meliores dativum exhibent, ibi toleretur velut A. VI 55, sed Fr. Krebsio non assentior, quod etiam aliis locis ut A. VIII 386 hunc casum restitui vult. immo is facile suspicetur dativum his paucis Iosephi locis a librariis ex libris sacris illatum esse, qui consideraverit non solum apud Iosephum ipsum multo saepius accusativum occurrere, sed etiam apud Polybium[5]), Plutarchum[6]), Lucianum[7]), Polyaen. VII 10 Δαρεῖον προσεκύνησαν. accedunt permulti illius aetatis tituli[8]), qui accusativum praebent.

---

1) zur rection der casus I 22. 2) Krebs l. l.

3) Winer § 31, 1 adn. p. 197[7], cf. etiam Bleek-Mangold, einleitung in das Neue Testament. Berlin. 1886. § 29 adnot. c. p. 87[4].

4) Gen. 24, 26. 48. 37, 10. Reg. II 15, 32 (τῷ θεῷ). Paral. I 29, 20 (κυρίῳ καὶ τῷ βασιλεῖ). Psalm. 29, 2 (= 28, 2 Tisch.-Nestle[7]). ib. 66, 4 (= 65, 4).

5) vid. Schweighaeuseri indicem.

6) Pomp. 14 (201, 19), Alex. 51 (337, 30), Artox. 15 (119, 19), ib. 23 (128, 12), ib. 29 (134, 30), Marc. 6 (127, 8).

7) Tim. 23 (I 136). 24 (I 138). Nav. 30 (III 267).

8) CIG. 4699, 25 (tit. anno 56 p. Chr. confect. ad oppidum Gizeh repert. προσκυνήσας τὸν Ἥλιον). 4910 (in insula Philis repert. προσεκ[ύ]νησαν τὴ[ν θε]ὰν Ἶσιν). 4913 (ibidem repert.). 4914 (ibid.). 4917 (anno ante Chr. 73 conf.). 4918. 4928. 4934 (anno a. Chr. 25). 5074 (anno p. Chr. 31 προσεκύνησα θεὸν μέγιστον Ἑρμῆν). 5075. 5076. 5077. 5081 (anno post

in Iosephi vero scriptis accusativus codicum consensu traditur: A. I 335. II 13. III 91. IV 137. VI 2 (bis). 154. 285. VII 2. 187. 211. 250. 266. 275. 354. VIII 25. 225. 248. 271. 317 (bis). 331. 343. IX 96. 98. 133. 135. 139. 255. 269. X 211. 213. 214. 263. XI 3. 209. 210 (bis). 331. 333 (bis). XIII 54. 74. XX 28. 49. 71. 164. Ap. I 239. 261. B. II 16, 2 (180, 10). 4 (184, 1. 186, 5). V 9, 4 (46, 8).[1])

A. III 3 libri RO (ἡ τροφὴ) αὐτοῖς ἐπιλελοίπει exhibent, editores cum ceteris (MSPL) αὐτοὺς scribunt, A. XII 378 Niesius codices PFLAVWE sequitur: τροφὴ δ' αὐτοὺς ἐπιλελοίπει, Naberus codicem M et Zonaram αὐτοῖς tradentes. quamquam aliquotiens apud Iosephum accusativus legitur, velut A. I 218. V 21. VI 358. VII 159. VIII 323. IX 62. B. III 7, 29 (256, 17) sicut etiam apud Plutarchum (Mar. 40 [373, 19]. Demetr. 22 [313, 8]) et singulis locis in N. T. (Hebr. 11, 32) et apud Lucianum (Iup. tr. 15 [II 659]), tamen non erat, quod Niesius priore loco codicum RO testimonio neglecto a semet ipso descisceret. vix enim minus saepe apud eundem Iosephum occurrit dativus ut A. II 189 ταῦτ' αὐτοῖς ἐπέλιπε, III 29. XII 380. XVII 129. B. VI 2, 8 (86, 32). VII 2, 1 (123, 22), qui dativus ne Plutarcho quidem prorsus incognitus fuisse videtur (Cic. 42 [280, 13]).

B. III 8, 6 (267, 30) δρασσόμενος τὴν δεξιὰν plurimi libri tradunt, quos sequitur Cardwellus, solus L τῆς δεξιᾶς ex correctura exhibet, quam lectionem Bekkerus recepit. accusativum coll. Dion. Hal. IX, 21, 4 (ξίφη δραττόμενοι) defendit Krebsius.[2]) etiam in libris sacris et Veteris et Novi Testamenti saepius invenitur (Lev. 2, 2. 5, 12. Num. 5, 26. Cor. I 3, 19), quare non sine causa putes hanc dictionem in sermone vulgari potissimum fuisse usitatum, sed ceteris dialecti communis scriptoribus ut Plutarcho (Alex. 74 [360, 28], Artox. 13 [116, 23], ibid. 29 [134, 23]), Diodoro (XII 67, 5 Vogel, alibi), Ps. Luciano As. 25 (II 594), Sexto Empirico 201, 1. 569, 3, libris apocryphis Vet. Test. (Iud. 13, 7. Sir. 31, 2) genetivus usitatior fuisse videtur. apud Iosephum vero ceteris locis tantum genetivum repperi ut A. XIV 425 δραξάμενος ἁλύσεως, XV 86 τῶν τριχῶν ἐδράττετο, XVI 216. XIX 309. B. IV 8, 4 (339, 16), V 11, 5 (58, 1. 8). quare non dubitabimus eo, quem tractamus, loco genetivum praeferre. ceterum errat Krebsius, cum p. 17 accusativum posteriores a poetis mutuatos esse dicit, immo horum erat genet. (Il. 13, 393. 16, 486. Batrachom. 156, aliorum). cf. etiam carmen aetatis Christianae CIG. 8655, 6 ἑῆς ἐδράξατο ῥινός.

Ap. II 142 in codice Laurentiano exstat ἡμῖν λοιδορεῖν, quam lectionem Niesius in editionibus et maiore et minore retinet,

---

Chr. 136). 5084. 5085. 5086 (anno 2 post Chr. n.). 5090. 5094. 5099. 5104 (a. post Chr. 126). 5106. 5107. 5110.

1) cf. etiam Krebs, wochenschrift f. klass. philologie III 1097 sq. et H. H. ibid. V 558.

2) zur rect. d. cas. II 17.

ἡμᾶς proponente editione principe. quae coniectura non solum eo commendatur, quod apud Iosephum ipsum ceteris locis accusativus usurpatur ut Ap. I 220. II 144. 148. 236 ὡς πάνυ ἡμᾶς φαυλοτάτους λοιδοροῦσιν. 290. B. II 14, 8 (174, 13), sed etiam eo, quod hic casus solus in usu est apud ceteros serioris aetatis scriptores ut Polyb. V 49, 3, Plut. Pericl. 36 (337, 4). Pyrrh. 13 (299, 19). Dion. 14 (11, 19), in N. T. (Iohann. 9, 28. Act. 23, 4). tantum LXX interpretes Macc. II 12, 14 τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες dativum exhibent, sed iidem accus. Deut. 33, 8. notandum porro est Iosephum semel B. II 14, 7 (173, 30) praepositionem πρὸς adhibere: πρὸς ὃν ἐλοιδόρησαν ut in V. T. λοιδορεῖσθαι πρός τινα Exod. 17, 2. Num. 20, 3. sed cum praepositione εἰς, quae occurrit Gen. 49, 23 εἰς ὃν ἐλοιδόρουν[1]), hoc verbum apud Iosephum coniunctum non vidi.[2])

A. XVIII 326 ἥτις ὑμῖν — μελλήσει — ὠφελεῖν et ib. 353 ὁπόσα — ὠφελεῖ τοῖς ἔχουσιν. ita libri. poetas hic Flavius sequi videtur velut Aesch. Pers. 833 Kirchh. Prom. 346. Soph. Antig. 560. Eurip. Orest. 666 Kirchh. Alc. 41. Arist. Av. 421. accedunt Herod. 9, 103 προσωφελέειν τοῖσι Ἕλλησι, Antiph. 5, 17. 6, 38. Arrian. Anab. 6, 11, 3 ἐκείνοις ἐπωφελῆσαι. cf. Boehner p. 26.[3]) CIG. I 34 (ὠφελεῖν τῷ δήμῳ) incertum est an non recte a Weckleinio lacuna suppleta sit. haud ignoro Iosephum ad elocutionem exornandam multa ex poetis sumpsisse, sed tamen fortasse erit, qui dubitet, num dativus ipsi scriptori debeatur, praesertim cum viderit eum ceteris locis tantum accusativum usurpare velut A. II 49. 282. 307. IV 298. V 231. X 241. XIII 401. XVII 340. B. III 7, 16 (247, 31. 248, 1), ut etiam Plut. Lyc. Num. 4 (153, 19). C. Caes. 12 (375, 16). Lucian. Prom. 3 (I 28). Anach. 17 (II 896), N. T. (Gal. 5, 2. Cor. I 14, 6. Hebr. 4, 2), LXX viros (Ies. 30, 5. 6. 7. 44, 9. Ier. 12, 13). at insunt ambo loci in uno ex tribus illis libris (vid. supra p. 366).

Polybius IV 29, 1. V 44, 10 et Hero Alexandrinus p. 197, 4 ed. Thevenot (ὑπέρκειται τῆς χιόνης) ὑπέρκειμαι genetivo iungunt Iosephus vero accusativo A. XII 252 ὑπερκειμένη τὸ ἱερόν ut Ezech. 16, 47. cum illis consentit A. V 199 ὑπέρκειται τῆς λίμνης, ib. 235 τῆς πόλεως.

In verbi ὑπαντιάζω constructione codices magnopere fluctuant: A. XVII 92 ὑπαντιάζουσιν δ' αὐτὸν ἥ τε μήτηρ κτλ. PAMW, αὐτῷ E et in marg. AM, ib. 275 ὑπαντιάζει τὸν Σίμωνα PM, τῷ Σίμωνι AE, XVIII 48 ὑπαντιάζει δ' αὐτῷ Βονώνης A, αὐτὸν MWE[4]), ibid. 270 ὑπηντιάζον Πετρώνιον AMWE, Πετρωνίῳ in marg. A., ib. XX 202 τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ὁδοιποροῦντα AMW, τῷ Ἀλβίνῳ et ὁδοιποροῦντι E. Vit. 230 ὑπηντίαζεν αὐτοὺς

1) cf. etiam Luc. Anach. 22 (II 904).
2) vid. etiam προσεκλοιδορεῖν c. accus. A. XIII 372.
3) cf. Krueg. I 46, 7, 1. Kuehn. II 409, 1 adn. p. 252².
4) cf. Holwerda, observat. in Flav. Ios. ant. iud. l. XVIII. Mnemos. II (1853) p. 120.

PRAMW, αὐτοῖϲ γρ in marg. A. ib. 304 codex R a ceteris differt. vides tantum codices MW sibi constare et P, qui non omnes locos exhibet. Niesius plerumque eam rationem sequitur, ut lectiones codicum P et A rescribat, ubi vero discedunt, P praeferat. Naberus A. XVII 92. 275. XVIII 48. XX 202. Vit. 304 dativum, XVIII 270 accusativum posuit. sed mallem Niesius etiam XVIII 48 et Vit. 304 accusativum recepisset, nam huic magis Iosephi usus dicendi favet velut A. I 189. XVII 221. XVIII 77. 102. 363. XIX 105. Vit. 233. 325 et aliorum consuetudo ut Luciani V. H. 1, 21 (II 87), Philonis[1]), Cassii Dionis.[2]) dativum apud Iosephum omnium librorum consensu firmatum observavi: A. II 279 προϊοῦϲι δ' αὐτοῖϲ ὑπηντίαζον, XIV 122. cum dat. etiam ὑπαντᾶν iungitur: A. II 279. V 264. XIII 338. Vit. 49. 231. 232 ut in libris sacris. quare hic casus etiam XX 65 hiatu tolerato praeferendus videtur.

A. II 53 ἀπογνοῦϲα τὸ πείθειν MZon., τοῦ πείθειν ROSP LEExc, A. II 333 ἀπογινώϲκετε τῆϲ ϲωτηρίαϲ OMSPLA 'salutis' Lat., τὴν ϲωτηρίαν in τῆϲ ϲωτηρίαϲ corr. R, Ap. I 88 τὴν πολιορκίαν ἀπέγνω Euseb., τῆϲ πολιορκίαϲ L. Niesius omnibus locis accusativum praetulit, Naberus duobus prioribus genetivum. uter casus magis Iosephi rationi dicendi respondet? certum est accusativum praeferri a Iosepho: A. I 208. II 140. 252. 336. III 19. XV 119. 250. B. I 23, 3 (87, 22). II 19, 9 (210, 20). 20, 7 (214, 8). III 7, 2 (241, 1). 7, 13 (246, 31). IV 6, 1 (326, 3). V 11, 5 (58, 12). [ibid. 12, 1 (60, 18)]. VI 2, 10 (88, 25). 4, 1 (94, 21). minus saepe genetivus invenitur: A. II 330. III 297. X [91]. 201. XI 321. XIII 99. XV 352. B. VII 8, 5 (156, 3). omnino genetivus apud posteriores rarus est, ut apud Polybium[3]), Diodorum[4]), Dionysium Halic.[5]), ita apud Appianum[6]) aliquotiens et semel apud Dionem Chrysostomum.[7]) in libris sacris Macc. II 9, 22 et apud Lucian. Rhet. praec. 7 (III 7) accusativus exstat, genetivus numquam legi videtur. paulo saepius genetivum apud Plutarchum (Fab. Max. 5 [347, 6]. Cat. 63 [96, 31]. Cic. 12 [249, 27]) et Arrianum[8]) habes, sed eisdem (Plut. Thes. 35 [31, 31]) accusativus non inusitatus est, qui non dubium est, quin apud Polybium, Diodorum, Dionysium frequentissimus sit. quare cum Niesio faciendum censeo. Iosephi propria fuisse videtur huius verbi constructio cum praepositione περὶ: A. II 212 ἀπογινώϲκειν περὶ τῶν μελλόντων et VIII 110 περὶ μηδενὸϲ ἀπογινώϲκειν, quam struc-

1) Siegfried, Philo von Alexandria. Iena 1875. cf. indicem verborum.

2) Krebs, zur rection d. cas. I 20.

3) I 29, 5. 48, 1. IX 7, 9., Stich, de Pol. el. p. 15. Krebs, z. rect. d. cas. II 7.

4) Krebs II 9.

5) bis? Baumann, observationes grammaticae de modorum usu in Dionys. Hal. antiqu. Rom. diss. Gryphiswald. 1875. p. 49. Krebs II 10.

6) Kratt p. 65. Krebs II 12.

7) Schmid I 145.

8) Krebs II 12.

turam fortasse non iniuria Krebsius[1]) in dubium vocavit. similiter A. XIV 427 περὶ τῆς σωτηρίας ἀπόγνωσις praepositionem delebit, si quis contulerit: ἡ τῆς σωτηρίας ἀπόγνωσις B. I 11, 7 (45, 17). III 7, 5 (243, 2), ἀπογνώσει σωτηρίας B. III 7, 4 (242, 19). VI 1, 1 (69, 24), ἀπόγνωσις τῶν ἐλπίδων A. XV 163, τὴν ἀπόγνωσιν τοῦ τεύξεσθαι A. II 43, V 72. XIX 72, τὴν τοῦ ζῆν ἀπόγνωσιν B. IV 5, 4 (323, 18). cf. Plut. Sertor. 22 (110, 18) ἀπογνώσει φανερᾶς ἀμύνης.

Veteres βλασφημεῖν cum praep. εἰς coniungebant (Dem. 51, 3 εἰς ἡμᾶς ἐβλασφήμησαν), numquam cum simplici accusativo. hic posteriorum demum est, ut librorum sacrorum (Reg. IV 19, 22. Mtth. 27, 39, passim), Luciani Hermot. 62 (I 803), Sexti Empir. 122, 7 Bekk., ita Iosephi: A. IV 202. V 242. VI 177. 183. VII 265. 388. VIII 358. 359. IX 118. XII 406. XX 108. Vit. 232. 407. Ap. I 59. II 5. 237. B. II 8, 10 (152, 1). 18, 7 (202, 9). V 9, 4 (47, 27). quater εἰς notavi: A. VIII 392. XX 175. B. II 8, 9 (151, 2). 17, 1 (189, 27). hoc bis in N. T. quoque occurrit (Luc. 12, 10. 22, 65) atque etiam A. X 233 cum plurimis libris legendum est, sed X 242 accus. praeferam.

§ 5. De praepositionibus.

Iosephi usum praepositionum quamquam operae pretium erit accuratius tractare, hoc loco satis habeo paucis tangere. quam in hac re consuetudinem et veteres et posteriores sequerentur, ut explicarent, viri docti magnopere dederunt operam, ex quo tribus illis programmatis Tycho Mommsen[2]) annis 1874, 1876, 1879 et dissertatione sua iterum edita auctaque anno 1882 Franciscus Krebs[3]) via patefacta summo iure magnam laudem adepti sunt.

T. Mommsen primus observavit praepositionem σὺν veteribus temporibus poetarum fere et Xenophontis propriam esse, numquam apud Isocratem, Lycurgum, Hyperidem, Dinarchum inveniri sicut numquam in vetustioribus LXX interpretum (Gen. Reg. II) partibus et librorum apocryphorum (Ies. Sir.), numquam in aliquot N. T. (Apocalyps. Hebraeor. epist.) scriptis.[4]) contra μετὰ cum genetivo nisi apud scriptores pedestris orationis vel eos poetas, qui ab his prope absunt, non legitur. sed apud multos posteriores praepositio

1) wochenschrift für klass. philologie III 1096 (1886).

2) T. Mommsen, entwickelung einiger gesetze für den gebrauch der präpositionen μετά, σύν und ἅμα bei den epikern. Frankfurt a. M. 1874. — über den gebrauch von σύν und μετά c. gen. bei Euripides. 1876. — die präp. σύν und μετά bei den nachhomer. epikern 1879. idem vir doctus omnia, quae disputaverat, collegit et supplevit eo libro, qui inscribitur: 'beiträge zu der lehre von den griech. präpositionen'. Frankf. 1886. 87.

3) Fr. Krebs, die lehre von den präpositionen b. Polybius. beiträge z. histor. syntax d. gr. spr. herausg. v. Schanz.

4) etiam in titulis Atticis praepositionem σὺν rarissime usurpari testis est M. Geyer, observ. epigr. de praepositionum Graecarum forma et usu. diss. Lips. Altenburg. 1880.

cὺν longe praevalet velut apud Arrianum (347 cὺν, 33 μετά c. gen.)[1]) et Pausaniam (Momms. beitr. p. 5: in 850 paginis Teubnerianis 204 cὺν, 86 μετὰ c. gen.). Iosephus in eorum numero est, qui ut Herodianus (73 μετὰ, 57 cὺν)[2]) medium quendam locum obtinent inter hos et illos, sed ita, ut μετὰ duplo praevaleat. leguntur enim in omnibus antiquitatum libris vitaeque 699 μετὰ c. gen., 352 cὺν. notandum tamen videtur duobus libris, qui sunt archaeologiae tertius (21 cὺν, 9 μετά) et quintus (23 cὺν, 22 μετά), apud Iosephum quoque praepositionem cὺν praevalere. singillatim affero A. II 115 μὴ μετὰ (= ἄνευ) τῶν ἐπαγγελιῶν, A. VII 271. VIII 56. A. XVIII 56 ταῖc μὴ μετὰ τοιῶνδε κόcμων cημαίαιc ἐποιοῦντο εἴcοδον, Vit. 218, B. III 7, 31 (257, 24) μὴ μετὰ κινδύνων, item B. VI 2, 3 (82, 27); B. VII 6, 4 (142, 29) cὺν αὐτοῖc τοῖc ὅπλοιc, A. XIV 335 cὺν αὐτοῖc οἴκοιc (sed cf. V 305) ut Polyb. XVI 32, 6 cὺν αὐταῖc μητράcιν. μετὰ et cὺν interdum brevissimo intervallo se excipiunt ut A. VI 291. XII 430 μετὰ τῶν cὺν αὐτῷ, XIII 23 τοὺc cὺν αὐτῷ μετὰ πολλῆc ἀδείαc ἐνδιατρίβονταc, XIV 171. tum afferatur A. XV 346 κοινῇ μετὰ τῶν βοcκημάτων (pro simplici ceterorum dativo) δίαιτα, quae dictio nescio an apud alios non inveniatur. denique dubitationem movet A. IV 309 cὺν γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοιc.

Praep. πρὸc c. acc. et κατὰ c. acc. frequentissime apud Iosephum exstare iam Mommsenus beitr. p. 3. observavit. πρὸc c. gen., inter veteres saepius obvium apud Isaeum, Isocratem, Demosthenem, Aeschinem, Antiphontem, quaternis locis apud Lysiam et apud Dinarchum, bis apud Hyperidem, semel apud Andocidem, apud Lycurgum numquam[3]), perraro etiam inter posteriores usurpatur ab Aristotele[4]), Polybio[5]), in titulis[6]) sicut ab Aristide[7]), sed reviviscit apud Plutarchum, Lucianum[8]), Herodianum.[9]) Iosephus quoque genetivum non raro ponit. satis sit haec exempla attulisse: A. V 356 ἡ κιβωτὸc ἤγετο πρὸc τῶν πολεμίων, item ib. 359. VI 245. VIII 193. 239. 282. IX 171. 200. XVIII 105. B. III 8, 9 (270, 9) πρὸc Ῥωμαίων ζωγρηθήcεται. B. V 4, 1 (16, 22) ἡ ἄνω (πόλιc) ἀγορὰ πρὸc ἡμῶν (ἐκαλεῖτο). his locis Iosephus πρὸc cum praep. ὑπὸ confudit, quem usum apud veteres praeter Homerum et Herodotum non ita saepe (Kuehn. 441 I 2 c β),

1) R. Mücke, zu Arrians und Epiktets sprachgebrauch. progr. Nordhausen 1887 p. 11.
2) Phil. Schmidt, die syntax des historikers Herodian. I. die präpositionen. progr. Gütersloh. 1891. p. 5. Krause, praep. b. Her. progr. Breslau 1893 p. 3.
3) Lutz, die präpositionen bei den attischen rednern. Neustadt a. d. H. progr. 1887. p. 99.
4) R. Eucken, über den sprachgebrauch des Aristoteles. beobachtungen über die präpositionen. Berolini 1868 p. 68.
5) ter, Krebs p. 113.
6) Viereck p. 65, cf. etiam Geyer, observ. epigr. p. 32.
7) semel, Schmid II 241.
8) undecies, vid. Iacobitz index Graecus, Du Mesnil p. 37, Schmid I 400.
9) vicies, Phil. Schmidt p. 5. 34. sed cf. Krause p. 3.

apud oratores numquam, saepius apud Herodianum, aliquotiens apud Lucianum deprehendimus. tum notavi A. XIX 345 πρὸς ἀγαθοῦ, XX 18 τῇ πρὸς γάμου κοινωνίᾳ, ubi Germanice praepositionem 'von seiten —' interpretemur, item III 85. V 110. XVII 9. XVIII 297.

Persaepe Iosephus κατὰ c. accus. adhibet, ut genetivum circumscribat vel nomen articulo neutri generis addito velut A. XIV 358 τοῦ κατ' αὐτὸν τολμήματος, ib. 371 τὰ κατὰ τὸν ἀδελφόν, ib. 432. 451. XV 85. 139. 187 τοῦ κατ' αὐτὸν φρονήματος, ib. 208. 241 τῆς κατὰ τὴν Μαριάμμην ἀπωλείας. 243. 247. 265. 352, XVI 66 τὰ κατὰ τὴν στάσιν, 101. 117. 120 τῇ κατὰ σαυτὸν εὐσεβείᾳ. 188. 261. 378 τὸ καθ' αὑτοὺς ἀσφαλές. XVII 278 τῇ κατὰ χεῖρας ἀλκῇ. 279 (cf. etiam supra p. 361). addo ex prioribus antiquitatum libris A. II 147 τοῦ γε καθ' ἡμᾶς ἕνεκα = ἡμῶν ἕνεκα, quocum cf. XVIII 219 καίπερ μοι συγγενεστέρου Τιβερίου τοῦ (Nies., ἢ codd.) κατὰ σὲ ὄντος 'quamquam Tiberius mihi magis cognatus est te'. hic circumscribendi usus apud veteres rarissimus[1]) efflorescit apud posteriores ut apud Polybium, Diodorum[2]), Lucianum[3]), minus saepe occurrere videtur apud Herodianum[4]) et in titulis.[5]) sed sciendum est Iosephum numquam dixisse οἱ κατά ut Polybium[6]), sed semper aut οἱ περί aut οἱ ἀμφί.[7]) cum Polybio[8]) et N. T.[9]) Iosephus in eo conspirat, quod paucis locis κατὰ c. gen. significat 'per' sensu locali 'über — hin': A. XI 212 διεσπάρθαι δὲ τοῦτο (sc. τὸ Ἰουδαίων ἔθνος) κατὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένης οἰκουμένης (quamquam A. XII 68 κατὰ τὴν οἰκουμένην legimus), XI 283 τὰ γεγραμμένα προτεθήτω καθ' ὅλης τῆς ἡμῖν ὑπηκόου χώρας, XII 70 ἔλασμα χρυσοῦ ποιήσαντες καθ' ὅλου τοῦ τῆς τραπέζης πλάτους εἰς τοῦτο τοὺς πόδας αὐτῆς ἐνέθεσαν 'per omnem mensae latitudinem'.[10]) nescio an huc referendum sit A. XVI 46 ἡ ὑμετέρα κατὰ πάντων ἀρχὴ 'imperium vestrum, quod ad omnes pertinet', ubi non placet notionem 'contra' statuere. adde V 248. VIII 134. 297 κατὰ πάσης γῆς. 414.

Περὶ c. dat. inde ab anno 356 (nam hoc anno ea Isocratis epistula scripta est, in qua hic semel (9, 10) inter omnes oratores Atticos[11]) dativum post περὶ admittit) e veterum scriptis evanuit. etiam inter posteriores dativus rarissimus est apud Aristotelem[12]), Polybium[13]), nusquam in N. T.[14]), interdum vero apud Plutarchum (Caes. 39 [403, 11], δείσας περὶ αὐτῷ Nic. 24 [32, 14]), Lucianum (Alex. 14 [II 222]. Ner. 4 [III 639] περὶ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι),

---

1) Lutz p. 81. 2) Krebs p. 144. 145.
3) Du Mesnil p. 33. Schmid I 399. 4) Ph. Schmidt p. 25.
5) Vier. l. l. 6) Krebs p. 146.
7) vid. infra p. 391. 392. 8) Luettge p. 15. Krebs p. 130.
9) Winer § 47 k p. 357[7].
10) cf. delectus inscriptionum Graec. etc. ed. Cauerus 117, 11 (Teg.) λαφυροπωλίου ἔοντος ⟨κ⟩ατὺ τᾶς πόλιος 'per urbem'. vid. etiam Geyer, observ. epigr. p. 30.
11) Lutz p. 99. 135. 12) bis cf. R. Eucken l. l. p. 64.
13) semel, Krebs p. 101. 14) Winer § 48 f p. 370[7].

Herodianum[1]), saepius apud Sextum Empiricum 138, 1. 241, 23. 24. 327, 14. 470, 13. 484, 27. 521, 16. 708, 19, quocum conspirat Iosephus, sed hic plerumque in verbis timendi dativum post περὶ usurpat (ut Thucydides) velut A. XIV 107 δείcαc περὶ τῷ παντὶ κόcμῳ, ib. 166 ῥαθυμῶν περί τε cαυτῷ καὶ τῇ βαcιλείᾳ, XVII 335, XIX 153, item VII 107. X 22. Vit. 165 et in eis verbis, quae a timendi notione prope absunt: A. XVIII 189 οὐκ ἂν προcδοκῶν περὶ τῷ Ἀγρίππᾳ αὐτὸν κελεῦcαί τι τοιοῦτον, ib. 205 πονηρὰc ἔχων περὶ αὐτῷ τὰc ἐλπίδαc, XIX 128. ib. 162 interpreteris 'de, in betreff' αὐτοῖc λόγον δόντεc περὶ τοῖc ποιητέοιc, similiter ib. 214 ἐν βουλῇ περὶ τοῖc πρακτέοιc ἦcαν et 240 ἥντινα γνώμην ἔχοι περὶ τοῖc ὅλοιc, ibid. cκοπεῖν περὶ τῷ cυμφέροντι. quare etiam Naberus A. XVII 130 non sine causa περὶ τῷ πατρὶ πράττειν pro ἐπὶ ex libris A M recepisse putandus est. ad locum referas A. III 175 περὶ τῷ πυθμένι, ib. 243[2]), V 305. VII 4. XVII 226 δεινότητοc τῆc περὶ αὐτῷ. Περὶ c. gen. interdum Romanorum praepositionis 'de' vim habet: A. XIV 152 περὶ τῆc τἀνδρὸc ἀρετῆc ὑπομνήcαντοc. hoc apud veteres raro occurrit ut apud Aesch. Pers. 327 Kirchh., Plat. Phaedr. 275 d[3]), Thucyd.[4]), saepius apud posteriores ut Polybium[5]), semel in N. T. (Petr. II 1, 12). A. XIII 104 legitur περὶ τοῦ ἐμπεπρηcμένου ἱεροῦ κατηγοροῦντεc et XVII 54 κατηγορεῖ περὶ ὧν.., similiter XVI 196 περί τε τῶν ἐρώτων (sic correxit egregie Naberus[6]) pravam librorum lectionem πρώτων) ᾐτιᾶτο. illud etiam Thuc. VIII 85, 2 et in titulo anni 749 a. u. c. invenitur.[7]) huc pertinet etiam ἀγανακτεῖν περί τινοc A. XIV 182 (cf. Matth. 20, 24) et δεῖcθαί τινοc περί τινοc A. XI 251. XV 258, quod vereor ne nusquam observetur apud Atticos. ex recentioribus conferas Sapient. Sal. 13, 18 περὶ ἐπικουρίαc ἱκετεύει, Herodian. VII 8, 4 οἱ περὶ εἰρήνηc ἱκετεύοντεc. cf. etiam A. XI 134 εὐχὰc ποιήcονται περὶ τῆc αὐτῶν cωτηρίαc, ubi ὑπὲρ exspectes (vid. etiam infra p. 396). anastrophen habes A. XIX 91 εἰ δή τιc αὐτῷ νεωτέρων πραγμάτων πέρι ἀφίκοιτο πύcτιc. aut haec cum Nabero tollenda est aut concedendum Iosephum non ita severe hiatum[8]) vitare studuisse. sed illud iniuria Naberum fecisse demonstrat A. XIII 381 ἧκε κινδύνου ψυχῆc τε πέρι καὶ βαcιλείαc sicut Herodian. I 11, 5 (τῆc Πεcινουντίαc θεοῦ ⟨πέρι⟩ ex Mendelssohni certa emendatione) et Polyaen. I 19. 20, 1. 2. 25. VI 14. VII 50.[9]) transeo ad formulam οἱ περί τινα. constat eam

1) Ph. Schmidt p. 33.
2) de Arriano cf. Boehner p. 45.
3) Kuehn. II 411 adnot. 10 b.
4) Krebs p. 100 adn. 1.
5) Krebs p. 100.
6) Mnemosyn. N. S. XIII 377. 7) Viereck p. 65.
8) haud ignoro hiatum post περὶ nihil offensionis habere in universum, sed mihi persuadere non possum scriptorem, si re vera severe hiatum repudiasset, hanc anastrophen admissurum fuisse.
9) Malina l. l. p. 5.

non solum comites alicuius, sed etiam principem vel celeberrimum quendam virum ipsum cum comitibus, quin etiam hunc solum significare. haec dictio, ut Aristotelis[1]), Polybii, Diodori, Plutarchi[2]), N. T.[3]) propria est, ita praecipue Iosephi: A. XIV 270 Καῖcαρ δ' ὑπὸ τῶν περὶ Κάccιον καὶ Βροῦτον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κτείνεται 'a Cassio et Bruto eorumque sociis', similiter XIII 79. XIV 26. 131. 132. 141. 326. 343. 391. 470. XVII 151. XVIII 331. 366. XIX 200. Vit. 66. 297. 299. minus saepe ita dux vel rex quidam solus significatur velut A. XIII 187 τοῖc περὶ τὸν Ἀντίοχον ἐγχειρεῖν 'Antiocho insidiari' (Polyb. XXI 11, 2 ed. Hultsch [= 9, 2 ed. Di.] τοῖc περὶ τὸν Ἀντίοχον), XV 370 τοὺc περὶ Πολλίωνα τὸν Φαριcαῖον καὶ Cαμαίαν καὶ τῶν ἐκείνοιc cυνδιατριβόντων τοὺc πλείcτουc. cf. XVII 80. persaepe περὶ c. acc. nominis vel genetivi circumscribendi causa usurpatur ut a Polybio[4]) et Luciano[5]): A. XIV 374 τὰ περὶ τὸν ἀδελφόν, XV 22. 42. 50. 51 τοῦ περὶ τὸ γένοc ἀξιώματοc, 54 τοῦ περὶ τὸν τόπον ἰδιώματοc. 70. 83 τῆc περὶ τὴν γυναῖκα φιλοcτοργίαc. 88. 102. 142. 143. 167. 187. 237. 239. 240. 261. 274 τῶν περὶ τὴν θέαν κινδύνων. 292 τῇ περὶ τὸ φρούριον ὀχυρότητι. 309. 310. 311. 423. 425, passim. A. XV 127 optimo iure Naberus[6]) περὶ c. acc., quod ad tempus pertinet, temptavit: πολλὰ περὶ τόνδε τὸν καιρὸν γεγένηται .·. ἐναντιώματα. exhibet vers. Lat. 'per hoc tempus', quod sententiarum contextui respondet. quare vir ille doctus παρὰ coll. XV 146 παρὰ πάντα καιρόν proposuit, quam emendationem Niesius recepit (cf. etiam VI 248. XVII 315, alibi). περὶ c. acc. enim ita 'sub' (sub hoc tempus, hoc fere tempore) significat ut A. XVI 300 περὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, numquam 'per, intra'. vix opus addere compendia harum praepositionum π with ε above (= περὶ) et π with ✓ above (= παρὰ) facile et saepe confundi.

A. XVIII 196 in libris MWE ἀμφὶ τῶν πατρίων ἐρέcθαι (ἔρεcθαι codd.) αὐτόν, in codice A, quem Niesius ipse statuit esse meliorem, περὶ τῶν πατρίων. miror, quod editores hanc lectionem spreverunt, quoniam etiam XVIII 230 ἤρετο περὶ τοῦ λόγου legitur, item VIII 360. IX 20. 88. cf. etiam Plut. Arist. 20 (185, 31) et Lucian. Alex. 19 (II 227). in universum sciendum est praepositionem ἀμφὶ iam apud Atticos raro inveniri[7]), apud Thucydidem numquam c. gen., bis c. accus.[8]), apud oratores numquam, si Lutzii silentio fides est, apud Xenophontem bis c. gen., numquam c. dat., sed persaepe c. accus., potissimum in formula οἱ ἀμφί τινα.[9]) poste-

---

1) R. Eucken p. 66. 2) Krebs p. 103 sq.
3) Winer § 49 i p. 379. 4) Krebs p. 104.
5) Du Mesnil p. 39. 6) Mnem. N. S. XIII 375.
7) de titulis cf. Geyer, observ. epigr. p. 22.
8) Krebs p. 98.
9) F. Westphal, die präpositionen bei Xenophon (ἀνά, πρό, ὑπέρ, ἀμφί, ἀντί, μετά, cύν). progr. Freienwalde a. d. Oder 1888. p. 12. Simon, Xenophon-studien I. progr. Düren 1887. p. 28. 31.

riores hanc praepositionem partim omnino repudiaverunt ut Aristoteles[1]), Theophrastus[2]), Polybius[3]), LXX[4]), N. T.[5]), Herodianus[6]), partim aliquotiens admiserunt ut Plutarchus (Thes. 25 [23, 20]) et Iosephus, partim saepius revocarunt ut Lucianus[7]) et Arrianus.[8]) notandum porro videtur praepositionem ἀμφὶ apud Iosephum potissimum in libris XVII, XVIII, XIX occurrere, qui quantopere a ceteris discrepent, iam supra (p. 366) demonstravimus. itaque dubium est, utrum praepositio ἀμφί Iosepho ipsi an eius fonti tribuenda sit. genetivus quidem, quamquam libri consentiunt, A. XVII 172 μηδ' ἥντινα ἀμφὶ τοῦ cωθηcομένου ἐλπίδα ἔχων, multum offensionis habet.[9]) formulam οἱ ἀμφί τινα habes A. XVIII 165 τοὺc ἀμφὶ Κλαύδιον, ib. 248 τοῖc ἀμφὶ τὸν Ἡρώδην, ib. 276 οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Ἀριcτόβουλον, XIX 70 τοῖc ἀμφὶ τὸν Χαιρέαν 'Chaereae ipsi', B. V 1, 3 (2, 22) τῶν ἀμφὶ τὸν Ἐλεάζαρον.[10]) etiam XVII 325 ἀμφὶ circumscribendi causa usurpatur τῶν ἀμφὶ τὸ βαcίλειον. porro significat 'de, in bezug auf': A. XVIII 60 τοῖc ἀμφὶ τὸ ὕδωρ δρωμένοιc (cave putes hoc ad locum pertinere), XVII 354 τοῦ τε ἀμφὶ τὰc ψυχὰc ἀθαναcίᾳ ἐμφεροῦc, quam dictionem apud Xenophontem latius patere videmus.[11]) pro περὶ hanc praepositionem habes B. V 2, 26 (11, 26) δείcαντεc ἀμφ' αὐτῷ.

Παρὰ cum genetivo pro simplici genet. persaepe ponitur velut A. V 279 τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου, V 134. VI 75. VII 34. 196. 245. 262. VIII 120. 175. IX 21. X 2. 76. XI 132. XII 400 τὴν παρὰ Δημητρίου cυμμαχίαν, XIII 37. 150. 164. 187. 388. XIV 155. 224. 398. XV 171. XVI 55. Vit. 50. 94. B. II 21, 8 (222, 2) (sed cf. A. XIV 113). similiter circumscribendi causa usurpatur ἐκ: A. XIV 455 τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ εὔνοιαν. XIII 356. XV 170. B. II 16, 4 (181, 13). Vit. 80 nec non ἀπὸ: A. IX 50 τῆc ἀπὸ δανειcτῶν ὕβρεωc, XIV 202. 206 τὸν ἀπὸ τῶν δένδρων καρπόν, ib. 352. XV 206. XVI 140. XVII 211. haec dictio periphrastica omnium recentioris graecitatis scriptorum communis est ut Polybii, Diodori[12]), Plutarchi[13]), Herodiani.[14])

Ἀπὸ ad spatium significandum usurpatur, ubi is locus, unde

1) R. Eucken l. l. p. 36.
2) Müller, üb. d. sprachgebr. d. Theophr.
3) Krebs p. 98. Thiemann, quaest. Polybian. diss. Hal. 1882 p. 38.
4) vid. lexica. 5) Winer § 47 c p. 349[7].
6) Phil. Schmidt p. 27.
7) Iacobitz, index verborum.
8) c. gen. semel, c. dat. 13, c. acc. 208 Mücke p. 12. cf. etiam Arriani Anabas. erkl. von Abicht I 17.
9) cf. Arrian. IV 9, 9 ἀμφὶ τοῦ Ἄμμωνοc πατρὸc δόξηc. Boehner p. 39.
10) de Arriano cf. Boehner p. 40. 11) Westphal p. 13.
12) Krebs p. 45. 52. 63. M. Thiemann, quaestion. Polybian. diss. Hal. 1882 p. 42.
13) Arist. 1 (161, 17) τὰc παρὰ τῶν φίλων δωρεάc, Pomp. 80 (273, 27) ἡ ἐκ Καίcαροc δίκη, Poplic. 21 (211, 9) τοῖc ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖc.
14) Schmidt p. 1.

spatium aliquod usque ad alterum locum pertinens computatur, non nominatur, quae constructio, etsi ex Latinorum lingua ipsa fortasse non fluxit, tamen huius dictionis (Caes. B. G. IV 22, 4. V 32, 1) simillima est. hanc structuram apud Polybium semel (X 12, 6), multo saepius apud Diodorum, Dionysium Hal., Plutarchum[1]), Appianum[2]) observamus, saepe apud Iosephum velut A. V 20 ἀπὸ δέκα σταδίων τῆς Ἱεριχοῦντος, VII 225 ἀπὸ σταδίων τῆς πόλεως δύο, VIII 186 ἀπὸ δύο σχοίνων Ἱεροσολύμων, XI 177. XIV 359, XVIII 60 ὅσον ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ib. 179. 249. Vit. 399 ἀπὸ σταδίου τῆς Ἰουλιάδος, ib. 395 πόρρω τῆς Σεπφωριτῶν πόλεως ἀπὸ σταδίων εἴκοσι. huc etiam spectat Vit. 281 ἐν τῇ μεθορίῳ πόρρω τριάκοντα σταδίων ἀπὸ τῆς πόλεως, ubi, si re vera Iosephus ita scripsit nec πόρρω atque ἀπὸ librariorum neglegentia inter se permutata sunt (cf. Vit. 395), πόρρω pro ἀπὸ propter solum hiatum insolenter ita usurpatur, minus propter variandi studium.[3]) nam si Iosephus ἀπὸ τριάκοντα σταδίων scripsisset, ἀπὸ ante τῆς πόλεως omitti poterat. sed huc non pertinet A. XIII 276 περιβαλὼν .. διπλοῦν τεῖχος ὡς ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα. hic Niesius suo iure ἀπὸ seclusit. nam exspectamus a scriptore dici, quae fuerit muri longitudo, non dicat, a quanto spatio murus fossaque exstructa sint.

B. II 16, 4 (183, 28) τῶν ὑφ' ἥλιον LM, ἡλίῳ NPT, A. IV 44 codd. RO secutus τῆς ὑπ' αὐτοὺς δουλείας Niesius edidit, secundum MSPL αὐτοῖς Naberus, cf. VIII 4. X 113. XI 288. XIV 407. XV 307. 364. XIX 288, IX 30 ὄντα ὑφ' ἑαυτόν· ita libri editoresque, tantum E ὑφ' αὐτῷ exhibet, unde ὑφ' ἑαυτῷ proposuit Krebsius, accusativum iure defendente Carolo Raab l. l. p. 21. satis habeo huius viri docti sententiam aliquot exemplis confirmare, quae eum fugerunt velut A. IV 114 τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. VI 91. VIII 49. 308. IX 263. XV 340. 408. XIX 290. XX 7. 12. 164, Vit. 89. 112, Herodian. I 4, 8 τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, cf. κεῖσθαι ὑπό τι apud Polyb.[4]), etsi saepius dativus legitur post verba locutionesque, in quibus quietis notio inest, velut XI 322 τοῖς ὑπ' ἐκείνῳ τόποις. XIII 363. XIV 313. XV 182. 255. 404 ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦν. 412 τῶν ὑφ' ἡλίῳ. XVII 29 τὸ ὑφ' αὐτῷ Βαβυλώνιον. XVIII 37 τῆς ὑπ' αὐτῷ γῆς. XX 6, item V 197. 224. VI 275. IX 175. X 21. 84. Vit. 350. B. II 16, 4 (186, 4) τῶν ὑφ' ἡλίῳ. adde ὑπὸ τῷ πολεμίῳ γενέσθαι XIII 360. XII 6, τάσσειν sive τάσσεσθαι ὑπό τινι A. XIV 74. XVII 227. 266.[5])

A. XIII 243 ὗς κατέθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν· sic codices. Niesii coniecturam τῶν βωμῶν Naberus quoque recepit. per se patet codi-

---

1) Krebs, praep. p. 43, praepositionsadv. II 35, zur rect. d. cas. I 6 adn. 1.
2) L. Goetzeler, quaestiones in Appiani et Polybii dicendi genus. Wirceb. 1890 p. 71.
3) Krebs, praepositionsadv. l. l. 4) Krebs, praepos. p. 48.
5) A. X 68 τὴν δουλείαν τὴν ὑπὸ τὸν Ἀσσύριον pro τῶν Ἀσσυρίων proponam (cf. X 15 ὁ Ἀσσύριος).

cum scripturam corruptam esse. praeferam τοῦ βωμοῦ, quod saepius in hac locutione apud Iosephum invenitur velut A. III 207 ἐδαπάνα τὰ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, XII 319. XIV 319 ἱερουργούντων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, cf. etiam III 221. 227. VI 26. VIII 341. IX 223. X 66. XI 13. XII 259. XV 419. — A. XV 253 in codd. Κοςτόβαρος ἦν γένει μὲν Ἰδουμαῖος, ἀξιώματος τῶν πρώτων παρ' αὐτοῖς. num tibi Iosephus ita simplicem genetivum ἀξιώματος scripsisse videtur? lege ἐπ' ἀξιώματος καί. cf. XV 263 ὄντες δὲ ἐπ' ἀξιώματος — καὶ παρὰ τῷ πλήθει δυνατοί, ib. 266 μηδενὸς ὄντος ἐπ' ἀξιώματος κτλ., A. V 115 τοὺς ἐπ' ἀξιώματος, XVI 368 ὑπατικὸς καὶ τῶν ἐπ' ἀξιώματος. A. XII 187. etiam simplex dativus, si articulus adderetur (Ἰδουμαῖος, τῷ ἀξιώματι τῶν πρώτων), Iosephi usui dicendi responderet: A. XVIII 17 τοὺς μέντοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι (paulo aliter ib. 66. 180). certe simplex genetivus ferendus non est, ac miror, quod editores eum retinuerunt. ceterum notandum videtur in prioribus antiquitatum libris praeter V 115 non legi locutionem ἐπ' ἀξιώματος, sed ἐν ἀξιώματι velut A. III 72. IV 215 τοὺς ἐν ἀξιώματι, IV 217 τοῖς ἐν ἀξιώμασι, X 98. cf. XIV 381. XVIII 67. B. V 10, 4 (53, 10).

πρὸ sensu translato pro ὑπὲρ sive περὶ observavi: A. XV 288 θνήσκειν πρὸ αὐτῶν (τῶν κοινῶν ἐθῶν) elocutionis variandae causa, quia paulo supra ὑπὲρ praecedit, et B. IV 3, 10 (306, 25) ἀποθνήσκειν — πρὸ παίδων, ubi ὑπὲρ τοῦ θεοῦ subsequitur. cf. Polyb. VI 6, 8.[1]) cum infinitivi genetivo haec praepositio loco particulae πρὶν apud Iosephum invenitur: A. III 285 πρὸ τοῦ τελειωθῆναι, XIV 369 πρὸ τοῦ ἀφεῖναι τὴν ψυχήν, XVII 121 πρὸ τοῦ ἀπαγγέλλεσθαι κτέ., Vit. 139 πρὸ τοῦ τοὺς ὁπλίτας ὑποστρέψαι, XX 24. Vit. 141. 204 πρὸ τοῦ τελευτῆσαι. hac in re Iosephus consentit cum Aristotele[2]), Theophrasto[3]), Polybio, Diodoro[4]) nec non cum libris sacris[5]), Herodiano[6]), aliis.

Contra πρὶν praepositionis notionem induit: πρὶν ἡλίου δυσμῶν A. IV 269, πρὶν ἡμέρας VI 122, πρὶν ἀνηκέστου πάθους B. I 6, 1 (25, 4). II 12, 3 (164, 6). VI 2, 3 (83, 10), non solum ante vocales, sed etiam ante consonantes πρὶν τῆς εὐχῆς B. II 8, 5 (148, 30). ita πρὶν semel apud Pindarum legitur[7]), semel apud Plutarchum[8]), Arrianum III 18, 6[9]), sedecies apud Sextum Empiricum.[10]) Krebsius[11])

1) Krebs, praepos. p. 39. de titulis cf. Geyer, obs. epigr. 32.
2) Eucken l. l. p. 15.
3) Müller, über den Sprachgebrauch des Theophr. p. 3.
4) Krebs l. l.
5) Zeph. 2, 2. Matth. 6, 8, alibi. Winer § 44, 6 p. 309[7].
6) Schmidt p. 11.
7) J. Sturm, geschichtliche entwicklung der constructionen mit πρίν. Würzb. 1882 (= Schanz, beitr. etc. III) p. 155. 8) moral. p. 883 b.
9) Anabas. erkl. von Abicht I 17. Boehner p. 45.
10) vid. Bekkeri index, quin etiam πρὶν τοῦ βλέψαι apud eundem 226, 16, non 426, 17. 11) die praepositionsadverbien I 45.

etiam B. II 15, 3 (176, 29) πρὸ ἀνηκέςτου πάθους et ib. V 9, 3 (45, 1) πρὸ ἀνηκέςτου ςυμφορᾶς propter hiatum πρὶν corrigi iubet, quam coniecturam Schenkelio[1]) probavit. quoniam in libris de bello Iudaico hiatus accuratius vitatur, non repugno, sed non prius quicquam certi statui posse existimo quam Niesii volumen ultimum prodierit. fortasse erit, qui etiam A. VI 119 πρὸ ἡλίου δυςμῶν temptet, sed iam saepius commemoravi Iosephum in antiquitatum libris parum diligenter hiatum vitare studuisse; nam A. IV 226 (πρὸ ἐτῶν τεςςάρων) numerali τεςςάρων transposito scriptor facile hiatum vitare poterat, si voluisset. nec in universum post πρὸ hiatus multum offensionis habet. ceterum cf. etiam B. VI 5, 3 (103, 16) πρὸ γὰρ ἡλίου δύςεως et Phil. de opific. mundi 9, 18 Cohn πρὸ ἡλίου.

A. II 71 τρία κανᾶ φέρειν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔδοξα secundum RO editores scripserunt, ἐπὶ tradunt MSPLE; A. V 166 ὑπὲρ πέτρας cum RO editores, ἐπὶ πέτρας MSPL. praepositio ὑπὲρ quamquam, poetis ac Xenophonte exceptis[2]), apud Atticos rarissime cum genetivo iuncta ad locum pertinet[3]) nec ita saepius apud posteriores[4]), Iosepho usitatissima est, quare optimo iure editores codices RO secuti sunt: A. III 157 ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς, IV 112. 222. VI 166 ὑπὲρ κεφαλῆς, I 159 τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος (Nicolai Damasceni verba), ib. 279 ὑπὲρ αὐτῆς (κλίμακος), ib. 285 ὑπέρ τινος φρέατος, ib. 324 ὑπὲρ ὀρῶν, III 128. 143. 182. IV 78. V 35. 100. 274. XIV 343 ὑπὲρ θαλάττης κατάγονται 'prope mare' (Rufin.) proficiscuntur, XVII 262. 288, alibi. at cf. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς XI 331.

Obiter addere liceat ὑπὲρ et περὶ a Iosepho non minus inter se permutari quam a Polybio[5]) et Dionysio Hal.[6]) et in titulis.[7])

Restat, ut paucis dicamus de praepositionibus διὰ et ἐν. iterum ac saepius iam monuimus posteriorum proprium fuisse dictione periphrastica uti. hoc ex nulla alia re melius intellegi potest quam ex eo, quod, ut poetae veteres, his praepositionibus cum aliquot verbis velut ἔχειν, εἶναι, γίγνεςθαι, ἄγειν, ποιεῖν, λαμβάνειν, ἐλθεῖν, sim. coniunctis permultas locutiones conformant, quae loquendi forma apud Iosephum latissime patet. ex ceteris scriptoribus in hac re potissimum conferantur Polybius[8]), Plutarchus[9]), Dion. Hal. (III 22, 1. VII 62, 3), Lucianus.[10]) ex magna exemplorum copia satis sit haec attulisse:

ἔχειν: δι' ἀςφαλείας A. XV 167, δι' ἐννοίας A. III 307. XII 60. XV 165. XVI 89. 179, δι' ἐντροπῆς XVI 187, δι' ἐπηρείας XVI 160, διὰ θεραπείας XV 204, διὰ μίςους A. IV 66, διὰ μνήμης II 212.

---

1) Bursians jahresbericht, vol. 38, 284. 2) Westphal p. 8. 9.
3) bis apud oratores Atticos: Hyper. frgm. 176. Dem. 18, 260. cf. Lutz p. 88.
4) apud Polybium sexies (Krebs, praep. p. 40), Herodianum quater (Schmidt p. 27). sed ab eis discedit Aristoteles (Eucken p. 48. 49).
5) Krebs, praep. p. 40. 6) Viereck p. 63.
7) Geyer, observ. epigr. p. 33. 8) Krebs, praep. p. 68. 73.
9) Wyttenb., index s. διά et ἐν. 10) Iacobitz, ind. sub διά.

XIV 312, διὰ τιμῆς A. III 302. 313. XIV 303 (ἐν τιμῇ A. XIII 323. 386), διὰ σπουδῆς A. IV 123. 224. XIV 186. 257, δι' ὑποψίας A. II 197. 237. III 309. XIV 343. XV 326 (ἐν ὑποψίαις XVI 315), διὰ φρουρᾶς XIV 298, διὰ ψυχῆς XIX 314.
εἶναι: δι' ἔθους XV 281, δι' εὐχῆς A. IV 120, δι' ἡδονῆς A. I 266, διὰ σπουδῆς XVI 214. 302, ἐν ἀναγωγαῖς XVIII 153, ἐν ἀπιστίᾳ XVIII 239, ἐν ἐπιδόσει XIII 273 (Polyb. XXXIV 8, 10).
γίγνεσθαι: διὰ μελέτης XIX 270, διὰ μίσους XVI 311, ἐν διαβολαῖς XVI 198, ἐν ἰσχύι τοσαύτῃ XII 402, ἐν τιμωρίᾳ XV 356.
ἄγειν: δι' ἁρπαγῆς XVII 274, δι' ἐγκωμίων XIX 274, διὰ λείας XVIII 353, διὰ πάσης τιμῆς XV 195, διὰ φυλακῆς XVIII 30.
ποιεῖν (ποιεῖσθαι): δι' ὀργῆς A. III 33, ἐν διαβολῇ XV 81, ἐν ἔθει ib. 346.
λαμβάνειν: διὰ μνήμης A. II 128, δι' οἴκτου XVII 80. XVIII 200, δι' ὑποψίας A. II 116. XVIII 245.
ἐλθεῖν: διὰ λόγων XVIII 72. 196, δι' ὄψεως καὶ λόγων ib. 325.
ἀφικέσθαι: διὰ λόγου (λόγων) XVIII 69. 71.
καταστῆναι: δι' οἴκτου XVII 106.

§ 6. De verbi genere.

A. XVII 143. 161 (si quis codicem P Niesiumque sequitur). 171. 175. 223. XVIII 149 μεταπέμπειν active 'arcessendi' notione usurpatur. nisi in his libris prorsus alia dicendi ratio inesset atque in ceteris, minime medium restituere dubitarem, nam ab eodem Iosepho ceteris locis (circiter octoginta septem) nonnisi forma media usurpatur, quam consuetudinem etiam ceteri communis dialecti scriptores observant velut Plutarchus, Philo[1]), libri sacri[2]), Lucianus.[3]) activum habemus apud Thucydidem VII 42, 3.

Activum τεκνοῦν[4]) et Attici et Plutarchus[5]) ad virum referunt ut Iosephus A. I 150 Arphaxadum et A. II 213 Abramum τεκνῶσαι παῖδας dicit, sed apud eundem activum ad mulierem pertinet: A. IV 255 βουλομένην αὐτὴν . . τεκνοῦν ἐξ αὐτοῦ.

Εὐπορεῖν 'abundare aliqua re' apud Atticos tantum active usurpatur, inter posteriores apud Polybium[6]) et Lucianum[7]) sicut in V. T. et N. T.[8]) etiam medium invenitur. hoc apud Iosephum habes aliquotiens: A. XV 305 ὀλίγων εὐπορηθῆναι, XVII 214 τροφῆς ηὐποροῦντο, 327 χρημάτων εὐπορηθείς, XVIII 9 ἐραστῶν εὐπορηθέντες, XIX 48 ἀνδρὸς ηὐπόρητο, Vit. 28 εὐπορουμένους ὅπλων, qui loci maxima ex parte in tribus illis libris inveniuntur, de quibus iam saepius diximus (vid. supra p. 366). in ceteris libris activum legitur: A. II 271 ἰσχύος εὐπορῶν. ib. 316. III 55. 298. IV 99. 293. 299. V 21. 168. 324. XII 15. XIII 353. XIV 8. 226.

1) de profug. I 553 Mangey.
2) Gen. 27, 45. Num. 23, 7. Act. 10, 5. 22. 11, 13. 24, 24. 26. 25, 3.
3) dial. mort. 12, 3 (I 384).
4) cf. de Wilamowitz, Euripides Herakles II 55.
5) Lyc. 3 (81, 10). Pericl. 24 (324, 22). Philop. 6 (233, 20). Ag. 11 (117, 4). 6) Krebs, praepositionsadv. II 59.
7) Schmid I 363. 8) Lev. 25, 26. 28. 49. Act. 11, 29.

486. Vit. 63. 66. 76. 350. B. III 7, 14 (247, 11). V 10, 1 (51, 8). activum etiam apud Polybium et Lucianum et, ut videtur, apud Plutarchum, Dionysium Hal. (II 76, 1. VI 56, 2), Sext. Empir. (68, 29) praevalet, solum in usu est apud Aristidem.[1]) Polybius I 17, 2 et V 43, 8 post εὐπορεῖν dativum ponit, Iosephus omnibus locis genetivum.

Recentioris tantum aetatis est passivum ἐπιτυγχάνομαι: Ap. II 160 πράξεων μεγάλων ἐπιτυγχανομένων. cf. Polyb. VI 53, 2 τὰς ἐπιτετευγμένας πράξεις. fortasse Iosephus locutionem suam ex Polybio hausit. similiter φθάνομαι, quod saepius occurrit: A. VIII 307 ἐφθάσθη ὑπὸ τοῦ χρεών, B. III 7, 20 (250, 30) ὑπὸ τῆς φλογὸς φθανόμενοι, ib. IV 7, 2 (331, 11). V 2, 4 (10, 1). VI 7, 3 (112, 11). (cf. Dion. Hal. VI 25, 3.)

§ 7. De temporibus.

Iam pervenimus ad rem perdifficilem, quae quidem viris doctis admodum saepe negotia facessiverit. posteriores enim tempora, inprimis imperfecti et aoristi usum, non satis accurate distinguere videntur, si libris manuscriptis in tali re fides est. ita a Polybio[2]), Philone[3]), Plutarcho, Luciano[4]), Appiano[5]) haec duo tempora promiscue usurpantur nec non in libris sacris.[6]) Polybium in verborum temporibus ponendis neglegentem fuisse negat Hultschius.[7]) contra Mendelssohnius multa Appiani imperfecta multosque aoristos temptavit, sed eum refutare conati sunt Loeschius[8]) et Krattius p. 25. 26, quibuscum consentit Schenkelius[9]), cum dicit: 'In der κοινή ist das Imperfectum allgemeines Praeteritum geworden und hat teilweise den Aorist verdrängt, weshalb wir beide Tempora vielfach ohne Unterschied gebraucht finden.' inspiciamus nunc aliquot Iosephi locos, ut cognoscamus, num in hac re rationem quandam observarit. velut alternant aoristus et imperfectum A. VI 242 sqq. ἐπὶ τῷ μόνον ἥκοντα ἰδεῖν καὶ μήτε φίλον σὺν αὐτῷ μήτ' οἰκέτην παρόντα ἐθαύμασε καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μηδένα εἶναι σὺν αὐτῷ μαθεῖν ἤθελεν. ὁ δὲ πρᾶξιν ἀπόρρητον ἐπιταγῆναι παρὰ τοῦ βα-

1) Schmid II 113.
2) Kaelker p. 266. 3) Cohn l. l. p. LV.
4) Du Mesnil p. 10. 5) Kratt p. 25. 26.
6) Winer § 40, 3 adn. p. 253.
7) Polyb. ed. II vol. I (1888) praef. p. XXXIX. LX. cf. Hultsch, quaestion. Polyb. p. 21. 22. Zwickaviae 1859. accuratissime porro idem in libro, qui inscribitur 'die erzählenden zeitformen bei Polybios. ein beitrag zur syntax der gemeingriechischen sprache'. abhandl. d. kgl. sächs. gesellschaft d. wiss. bd. XIII (1891/92) p. 17. 53. 115, 2. 137, 1. idem de imperfecti et aoristi varietate capitibus XXIX et XXX pluribus se dicturum esse promittit.
8) philol. anzeiger 14 (1884) p. 517—520.
9) Bursians jahresbericht vol. 38 p. 274.

σιλέως ἔφησεν — ἠξίου δὲ λαβεῖν ἐφόδια. — τυχὼν δὲ τούτων ᾔτει καὶ ὅπλον τι μετὰ χεῖρας ῥομφαίαν ἢ δοράτιον· παρῆν δὲ καὶ Σαούλου δοῦλος. — ὁ δ' ἀρχιερεὺς ἔχειν μὲν αὐτὸς οὐδέν τι εἶπε τοιοῦτον, εἶναι δὲ τὴν Γολιάθου ῥομφαίαν, ἣν ἀποκτείνας τὸν Παλαιστῖνον αὐτὸς ἀναθείη τῷ θεῷ. λαβὼν δὲ ταύτην ὁ Δαυίδης — εἰς Γίτταν διέφυγε. aoristos recte usurpari per se patet, cum rei initium indicent. quaeritur, quae vis insit in imperfectis. imperfecta ἠξίου et ᾔτει ita explicanda sunt, ut dicamus scriptorem notionem postulandi et rogandi premi voluisse — iterum ac saepius viatica postulabat et arma petebat. imperfectum ἤθελεν describit, quo in statu fuerit summus sacerdos, huius magnam exspectationem cognoscendi, qua de causa David solus venerit. imperfectum παρῆν dicit Sauli servum iam adfuisse, priusquam David adveniret. porro A. XIV 96 εἰς Μαχαιροῦντα διέφυγεν ὠχύρου τε τὸ χωρίον καὶ πράττων κακῶς οὐδὲν ἧττον ἐλπίδος ἀγαθῆς εἴχετο. aoristus summatim refert, quod semel factum est, imperfecto εἴχετο status indicatur, imperfecto ὠχύρου exprimitur Aristobulum castellum munire conatum esse, sed rem non esse perfectam (cf. A. XII 326). addo B. VII 5, 2 (132, 9—133, 10): ἐπεὶ πλησίον ὄντα Τίτον ἐπυνθάνοντο, μένειν — οὐχ ὑπέμενον, ἔσπευδον δ' ἐπὶ τὴν ὑπάντησιν καὶ τριάκοντα σταδίων ἐπὶ πλέον προῆλθον — κἀπειδήπερ ἐθεάσαντο προσιόντα — τάς τε δεξιὰς προύτεινον καὶ — συνυπέστρεφον. συνεχὴς δ' ἦν — δέησις ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως τοὺς Ἰουδαίους. Τίτος μὲν οὐδὲν ἐνέδωκε — ἀλλ' ἡσυχῇ τῶν λεγομένων ἐπήκουεν — πολὺς — τοῖς Ἰουδαίοις ὁ φόβος ἦν· οὐδὲ γὰρ ἐπέμεινεν ἐν Ἀντιοχείᾳ Τίτος, ἀλλ' εὐθὺς — συνέτεινε τὴν πορείαν — εἰστία τοὺς βασιλικούς, κἀκεῖθεν — ἐπανέρχεται — οὐδὲ τοῦτο (sc. τὰς χαλκᾶς δέλτους ἀνελεῖν, quibus Iud. leges continentur) Τίτος ἐπένευσεν αὐτοῖς, ἀλλὰ — εἰς Αἴγυπτον ἀπηλλάττετο. aoristo προῆλθον res gravissima, Antiochiensium obviam itio, primo loco ponitur. imperfecta ἐπυνθάνοντο, ὑπέμενον, ἔσπευδον, προύτεινον, συνυπέστρεφον describunt, quomodo huius salutationis consilium prius paulatim ineatur, tum perficiatur ac procedat. aoristi ἐνέδωκε, ἐπέμεινεν, συνέτεινε, ἐπένευσεν summatim tradunt, quae semel ac celeriter facta sunt. imperfectum ἐπήκουεν significat Titum per longius tempus et cum benevolentia, etsi precibus ipsis non obsequeretur, tamen eis aures praebuisse. imperfectum ἦν statum designat, Iudaeorum suspensos animos, εἰστία epulas non una hora actas describit, denique imperfectum ἀπηλλάττετο nos monet Titum in Aegyptum proficisci paravisse, non ad iter totum iam confectum spectat, sed ad itineris initium: 'er traf anstalten, sich nach Aegypten auf den weg zu machen.' (cf. A. VI 35 sq.) vides Iosephum haec tempora non ita pro arbitrio et neglegentia posuisse, ut de Appiano hoc statuit Krattius l. l.

Pari modo saepe in eodem enuntiato participia perfecti et

aoristi alternant[1]) velut A. I 8 Ἐπαφρόδιτος, ἀνὴρ ἅπασαν μὲν ἰδέαν παιδείας ἠγαπηκώς, διαφερόντως δὲ χαίρων ἐμπειρίαις πραγμάτων, ἅτε δὴ μεγάλοις μὲν αὐτὸς ὁμιλήσας πράγμασι καὶ τύχαις πολυτρόποις, ἐν ἅπασι δὲ θαυμαστὴν φύσεως ἐπιδειξάμενος ἰσχὺν καὶ προαίρεσιν ἀρετῆς ἀμετακίνητον. suo iure hoc loco Iosephus aoristi participia posuit, nam in universum refert aliquando factum esse, ut Epaphroditus magnis rebus interesset magnasque res ipse gereret, perfecti autem participio idem disertis verbis explicat Epaphroditum litteras ita adamasse, ut etiam tum ei in deliciis essent (quod participium χαίρων quoque probat), eo ipso tempore, quo ipse (Iosephus) scriberet (cf. XIII 407). similiter Iosephi verba explicanda sunt A. XIV 297 Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου στρατιὰν ἀθροίσαντα καὶ Φάβιον τεθεραπευκότα et XI 19, alibi. huc etiam infinitivorum varietas pertinet, de qua non iam opus est pluribus disputare: A. VI 257 προφητεῦσαι δὲ οὐ νῦν πρῶτον αὐτῷ, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοτε τοῦτο πεποιηκέναι.

A. VI 96 κεχρῆσθαι RO, χρῆσθαι MSPE editores, XVII 304 χρῆσθαι codd. Nies., κεχρῆσθαι Naberus Ernestium secutus recepit. ratione inversa apud Alciphr. ep. 57 (φειδωλῷ τῷ μίτρῳ κέχρηται) Cobetus (var. lect. p. 66²) χρῆται commendat sicut Stichius (act. sem. Erl. II 185) pro κεχρῆσθαι (Polyb. V 51, 3) scribi iussit χρῆσθαι. sed hunc optimo iure refutavit Paulus Viereck p. 66, cum dicit hoc perfectum apud Polybium et in titulis saepius vi praesenti instructum inveniri. apud Iosephum quoque interdum perfectum ita usurpatum deprehendimus velut X 49. XII 36 πάσῃ κεχρημένος σπουδῇ, XIII 319 φύσει δ' ἐπιεικεῖ κέχρητο, XIV 136. XVI 81. 125 σπουδῇ πλείονι ἀξιώσουσι κεχρῆσθαι. 150. 372. XVII 191. 192. 247. XIX 211. B. II 17, 5 (192, 12). Ap. II 125. Vit. 130. similia perfecta apud Iosephum occurrunt: A. XV 248 τούτων (sc. φρουρίων) οἱ κρατοῦντες ὑποχείριον τὸ πᾶν ἔθνος ἐσχήκασιν. habemus hic perfectum praesens sive logicum, quod dicunt. nihil enim aliud ἐσχήκασιν significat nisi ἔχουσιν. pari modo XVI 223 πῶς τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐσχήκασιν, cf. euang. Petri 6 Harnack σύρωμεν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐξουσίαν αὐτοῦ ἐσχηκότες, XVI 203 ἐστυγήκασι δὲ τὸν πατέρα 'oderunt', ib. 383 μῖσος ἐσχήκασιν 'sie haben hafs gefafst und hassen nun', pariter A. III 274 μεμίσηκεν, B. IV 5, 4 (323, 1) διαμεμισηκότες τὸ φονεύειν et XVI 218 τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν μεμισηκώς, A. VIII 202 τί παθὼν ἐσπούδακε καταλιπεῖν αὐτὸν 'quaerit rex, quare ipsum relinquere studeat', ib. 218 τοῦ λαοῦ —

1) cf. Col. 1, 16 ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα — τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. aoristo summatim exprimitur omnia aliquando creata esse, perfecto autem omnia creata per eum (deum) etiamnunc permanere. Lucian. dial. deor. 19, 1 (I 250) ἀφώπλισας αὐτὸν καὶ νενίκηκας 'aliquando factum est, ut eum armis spoliares et victoriae eventus etiamnunc manent.' cf. Winer § 40, 4. 45, 1 a in. fin. p. 255. 322⁷. Hultsch, die erzähl. zeitf. l. l. p. 15, 1. 459.

ἀκοῦςαί τι τοῦ βαςιλέως ἐςπουδακότος, VI 263 περὶ τοῦ θείου πεπιςτεύκαςιν ('credunt') ὅτι πᾶςι τοῖς γινομένοις ἐν τῷ βίῳ πάρεςτι. porro huc referendum est XV 325 οὐ γὰρ οὗτος ὁ τόπος ἔςχηκεν 'hic enim locus aquam non habuit' (nec nunc habet), XV 330 τῆς ἐκείνων τιμῆς ἐςτοχάςθαι. cf. Lucian. histor. conscr. 61 (II 67) τοῦ cύμπαντος αἰῶνος ἐςτοχαςμένος. iam non offendemus in perfecto, quod legimus A. XIX 107 Χαιρέαν δὲ, εἴπερ οὕτως ἐφρόνει, πάντων ἥγημαι μωρίᾳ διαφέρειν, quamquam A. XII 31 praesens scriptum videmus τοῦτο — ἡγοῦμαι ςυμφέρειν.[1]) nec magis reiciendum est perfectum A. XIX 347 δεκτέον τὴν πεπρωμένην, ᾗ θεὸς βεβούληται, etsi epitome βούλεται interpretamentum exhibet: 'fatis ita cedam, ut deus constituit atque etiam nunc vult.' ceterum plurima huius dictionis exempla (excepto perfecto κέχρημαι) in posterioribus antiquitatum libris occurrunt (vid. supra p. 366). haec dicendi ratio etiam apud Lucianum[2]), Aristidem[3]), Polyaenum[4]), saepius apud Philonem Alexandrinum[5]) invenitur.

§ 8. De modorum usu.

Iam omnium codicum archetypum corruptum fuisse cum ex aliis rebus tum ex aliquot exemplis intellegitur, ubi modi a librariis prorsus perversi sunt velut A. IV 54 ἐκάλει τοὺς ἁμιλλωμένους ἵν' οὗ προςδέξηται τὴν θυςίαν ὁ θεὸς ἥδιον, εἴη κεχειροτονημένος· correxit Niesius προςδέξεται assentiente Nabero. A. IV 179 exstat in omnibus codicibus ὑποθέμενος, ὃν τρόπον ὑμεῖς τ' ἂν εὐδαιμονήςητε, quod Dindorfius correxit in εὐδαιμονήςαιτε, quam emendationem sine ulla dubitatione editores receperunt. similiter A. IV 180 οὐκ ἂν ὄντες μακαριςτοὶ καὶ ζηλωτοὶ πᾶςιν ἀτυχήςητέ (ita ROM²PE, ἀτυχήςεται M¹, ἀτυχήςετε SL) ποτ' ἢ παύςηςθε (ROM², ἐπαύςηςθε P, παύςεςθε M¹SL), ubi eodem Dindorfio commendante editores παύςαιςθε rescripserunt deleto glossemate ἀτυχήςητέ ποτ' ἤ. A. VII 175 in omnibus libris legitur ὁπηνίκα ἴδωςι, quod editores suo iure praeeunte Holwerda emend. Flav. p. 96 in ὁπηνίκ' ἂν ἴδωςι mutaverunt. pari modo A. XI 206 post ὅταν deprehendimus indicativum[6]) in codicibus (ὅταν τινὰ ςώζειν ἤθελε), sed Iosephum ὅτε scripsisse Dindorfio (p. 826) libenter concedimus. A. XII 401 libri tradunt εἰ μὴ προκαταληφθείη καὶ δῷ δίκην. correxit δοίη Dindorfius. huc pertinet etiam A. IV 191 εἰ βούλοιςθε τούτους ὑμῖν μένειν, τῶν πολεμίων μηδένα (ita RO,

---

1) cf. etiam Cob. nov. lect. p. 123. huc non pertinet ἥγημαι A. XX 90 nec XIV 308.

2) vid. supra et Schmid I 240. 3) Schmid II 53.

4) Malina, de dictione Polyaena p. 51.

5) Cohn, de opificio mundi praef. p. LV.

6) cf. A. IV 199, ubi in omnibus codd. plenis invenitur: ἐπειδὰν — προαιρεῖςθε. sola epitome veram lectionem προαιρῆςθε exhibet.

μηδένας MSP) ὑπολείπηcθε (ita ROME, ὑπολείπεcθε SPL). correxit una littera mutata (ει), quam persaepe in libris cum ι confusam videmus, Naberus: μηδένας ὑπολίπηcθε 'nolite ullos hostes conservare', minus placent, quae Niesius proposuit: μηδέν' ἂν ὑπολείποιcθε. imperativum negatum hic legi posse vel ex eo elucet, quod sequitur imperativus κρίνατε. in protasi optativum, in apodosi imperativum ponere Iosepho non est inusitatum ut XI 254 εἰ βούλοιο — ποίηcον.[1])

Pari modo ei loci corrigendi sunt, ubi ἐπειδάν (ὅταν) cum optativo[2]) librorum memoria traditur ut B. I 2, 4 (14, 2—5) ὁπότε

---

1) talia menda etiam in aliorum scriptorum libris manuscriptis inveniuntur. ex Lysiae in Alcibiadem oratione priore (14, 13), ubi codices ἐὰν καταψηφιεῖcθε exhibent, vitium sublatum est, nam editores aut, quod Coraes proposuit, ἐὰν καταψηφίcηcθε receperunt aut, quod mihi veri similius videtur facileque revocatur, εἰ καταψηφιεῖcθε posuerunt ut editores Turicenses, similiter ex Isocr. 18, 42. 21, 8 al. nec non in titulis lapicidarum neglegentia haec vitia deprehenduntur velut CIG. II 2485 (=Viereck XXI 40) ἐὰν βούλονται et ibid. ἐὰν θελήcει, sed correxit Viereck p. 67. miramur, quod apud Polybium IV 32, 5. 6 Hultschius etiam in editione novissima post ὅταν indicativum admisit ut in priore XIII 7, 10 nec Bekkerum ὅτε iam pridem proponentem sequi voluit neque IX 31, 2 ἂν δὲ καὶ προκατέχεcθε καὶ προδιειλήφατε Luettgius p. 13 Stichiusque (act. semin. Erlang. II 195) delendere debebant. etiam ex Philonis Alexandrini libris haec vitia tollenda sunt ut de poster. Caini I 229 Mang. ὅταν — ζητεῖ, ubi ζητῇ facile restituitur et de ebriet. I 372, 23 Mang. ἐπειδὰν δὲ ἤρξαντο, ubi non dubium est, quin ἐπειδὴ scribendum sit. similiter quod deus s. imm. I 293, 7 Mang. κἂν τινες ἐν αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) νόcοι γεγόναcιν corrigendum erat εἰ pro ἐάν· cf. Treitel, de Philonis Iudaei sermone p. 24, qui frustra hos locos defendit. nec apud Ps. Lucianum Philop. 26. III 615 (ὅταν ὀνειροπολεῖτε) Iacobitzius indicativum tolerare debebat, sed ὀνειροπολῆτε scribendum erat. cf. Du Mesnil p. 19. eadem menda permultis locis scribarum incuria in libris sacris orta cernimus, quorum nonnulla ex libris optimis corriguntur velut Exod. 8, 21 (ἐὰν δὲ μὴ βούλει) in codice Alexandrino βούλῃ legitur. similiter Lev. 1, 14 ἐὰν προcφέρει ex eodem codice προcφέρῃc recipiemus sicut Marc. 11, 25 (ὅταν cτήκετε) codicem Sinaiticum cτῆτε exhibentem sequemur nec minus eundem Ioh. I 5, 15 (ἂν οἴδαμεν) ἴδωμεν tradentem. quod editio Elzeviriana (1624) Apoc. 8, 1 (ὅταν ἤνοιξεν) coniunctionem ὅτε rescripserat, hanc coniecturam codice Sinaitico confirmatam videmus. quare iam non dubitabimus etiam aliis locis ὅτε pro ὅταν reponere velut Ex. 16, 3 ὅταν ἐκαθίcαμεν, ib. 17, 11 ὅταν ἐπῆρε, Num. 11, 9 ὅταν κατέβη, Marc. 3, 11 ὅταν ἐθεώρουν, Apoc. 4, 9 ὅταν δώcουcιν. cf. Winer § 41, 2c adn. § 42, 5 adn. p. 277. 290[7]. Hatzidakis, einleitung in die neugriechische grammatik. p. 216.

2) ex Atticorum scriptis haec vitia nunc sublata sunt velut ex Xen. Cyr. 1, 3, 11. 18. 4, 2, 6. 5, 3, 47. 8, 1, 44. Demosth. 30, 6, al. (non iam recte Kuehnerus § 594 adn. 4), item ex Aesch. Pers. 449. similiter plerumque Dindorfius posteriorum exempla, quae huc pertinent, correxit ut Polyb. X 3, 7. XVIII 32, 6 (corr. Bekk.), plurima Luciani (Du Mesnil p. 18. 19. Schmid I 244) Iacobitzio partim assentiente partim discrepante ut hist. conscr. 5 (II 7) ἤν τιc cυντιθείη (Iacob., cυντιθῇ Dindf.), Anach. 30 (II 912) ὁπόταν — φαίνοιτο (ὁπότε Di. Iac.), disput. c. Hes. 7 (III 245) ἤν μὴ καλύψαιc (Iac., καλύψηc Di.), de merc. cond. 26 (I 648) ἤν ἐπιλίποι

μὲν ἐνθυμηθείη τὸ παράϲτημα τῆϲ μητρὸϲ καὶ κατακούϲειε τῆϲ ἱκεϲίαϲ, ὥρμητο προϲβαλεῖν, ἐπειδὰν δὲ κατίδοι τυπτομένην τε καὶ ϲπαραττομένην, ἐθηλύνετο. correxit Bekkerus ἐπεὶ, sed malim cum Dindorfio p. 826 ἐπειδή. B. I 24, 1 (90, 23. 24) καὶ ἐπειδὰν ἀπαγγελθείη (ἐπειδὰν λεχθείη LNT) τι κατὰ Ἀλεξάνδρου, παρελθὼν ὑπεκρίνετο. miror, quod idem Bekkerus ἐπειδὰν retinuit. recte ἐπειδὴ Dindorfius l. l. A. III 244 ὅταν πατρίδων ἐπιτύχοιεν. recte idem ὅτε, quod recepit Naberus, sine causa repudiavit Niesius etiam in editione minore, quamquam hic non veritus est A. I 60, ubi libri omnes κἂν — δέοι exhibent, Coccejium δέῃ ponentem sequi nec A. VI 166, ubi codices ὁπόταν (ὁπότ' Dind. Nab.) αὐτῷ προϲίοι τὰ δαιμόνια καὶ ταράττοι legunt, vel VI 231 coniunctivum ponere dubitavit, ut A. IX 152 secundum Dindorfium. Ap. II 202 (ἣν φανείη) totus locus spurius videtur, quare nihil certi statui potest. addo paucos locos, ubi codices inter se dissentiunt: A. IV 257 ἄν τιϲ λάβοι SP, λάβῃ recte ROMLE, item VI 108. 124. XI 228. XIII 307. XIV 46. XVI 248 ὅταν..περιπατοίη M et ex corr. A (περιπατώη A'E, περιπατῶν PW Niese), ubi Dindorfius Nabero mihique coniunctionem ὅτε probavit, cum Niesius in editione minore totum locum spurium indicet ac post περιπατῶν lacunam esse statuat, XVI 315 ἐπὰν προλάβοι AM, ἐπείτε PW, ἔπειτ' E, unde ἐπεὶ correxit editio princeps, quam editores iure secuti sunt, XX 128 ἐπειδὰν..ἐπιγνῷ A, ἐπιγνώῃ MWE (de optativi forma vid. infra § 24). vides librariis in hac re fidem non esse habendam. (cf. ὁπότε c. opt. VI 168. XVII 2. 39. XVIII 91. 107. 241. XIX 52, passim.)

§ 9. De enuntiatis finalibus.[1])

A. I 112 προϲετίθεϲαν —, ἵνα — γένωνται secundum RO Niesius legit, γένοιντο cum MSPL Naberus, ib. 335. II 113 solus codex O a ceteris differt, IV 54 Μωυϲῆϲ ἐκάλει τοὺϲ περὶ τῆϲ ἱερω-

---

(Iacob. Sommerbr., ἐπιλίπῃ Di. Fritzsche), As. 37 (II 605) ἐπὰν εἰϲέλθοιμεν, ib. ἐπειδὰν κατακόψειαν (Iac., ἐπειδὴ Di.), Am. 16 (II 415) ἐπειδὰν θελήϲειε (Iacob., ἐπειδὴ Di.), As. 21 (II 588) ἐπειδὰν ἴδοιμι (Iac., ἐπειδὴ Di.), Tim. 39 (I 151) ὁπόταν (Iacob.) βιάζοιντο (ὁπότε C. F. Herm. Di. Somm. Fritz.), V. H. II 29 (II 126) ἐὰν καταχθείημεν (εἰ Di. Iacob.), Paras. 26 (II 856) ἐπειδὰν ἀποδείξαιμι (ἀποδείξω Di. Iac.), As. 30 (II 599) ἄν ποτε δέοι (Iac., εἴ ποτε Di.), Necyom. 12 (I 474) ἣν δοίη (Iacob. Sommerbrodt, εἰ Di. Fritzsche), Pisc. 33 (I 602) ἤν τιϲ ὑποκρίνοιτο (Iacob. Sommerbr., sed cum libr. ΩΓ ὑποκρίνηται scribendum erat, id quod Fritzschius fecit), dial. mer. 4, 5 (III 288) ἐπὰν ἀπολίποι (Iac., ἀπολίπῃ Di). etiam apud Hippocr. I 608 ed. Littré (ὅταν ἀποκριθείη) cum cod. Par. 2253 ἀποκριθῇ legendum erat. Polyaeni quoque exempla V 23. VII 28, 2 nunc correcta sunt ut Cor. I 15, 24 ὅταν παραδιδοῖ ex codice Sinaitico παραδιδῷ exhibente.

1) de his praeclare egit Ph. Weber, entwickelungsgeschichte der absichtssätze. I. von Homer bis zur attischen prosa. II. die attische prosa und schlufsergebnisse. Würzburg 1884. 85. (Schanz, beitr. etc. IV. V). de Thucydidis genere dicendi dixit Stahl, quaestion. gramm.

cύνηc ἁμιλλωμένους, ἵν' οὗ προcδέξεται (vid. supra p. 401) τὴν θυcίαν ὁ θεὸc ἥδιον, ἐκεῖνος ᾖ κεχειροτονημένος ML Naberus, εἴη RSPE Niesius, V 8 ἐκέλευcεν ἀγαγεῖν cυλλαβόντας, ἵνα βαcανίcας μάθῃ RSP Niesius, μάθοι OM Naberus, VI 117 ἐπαρᾶται (praes. hist.), ἵν' εἴ τις φάγοι, ἐπάρατος ᾖ cum ROMSP Niesius, εἴη secundum epitomen et Glycam Naberus, VII 160 γράφει (praes. hist.).., ἵνα τὴν νίκην αὐτὸc ἐπιγραφῇ cum RO editores, ἐπιγραφείη MSP, VIII 301 ἵνα μὴ τύχῃ in plurimis libris, τύχοι M, item IX 109, XII 180 ἠξίωcε βοήθειαν λαβεῖν, ἵνα — ἔχῃ cum plurimis libris Niesius, ἔχοι cum epitome Naberus, XV 94 ἵν' οὖν μήτ' ἀρνηθῇ — ἐδωρήcατο cum PFVE legit Niesius, ἀρνηθείη ex LAMW recepit Naberus, XIX 294 (τὴν ἅλυcιν) ἀνεκρέμαcεν, ἵν' ᾖ δεῖγμα cum AMW Niesius, εἴη secundum epitomen Naberus. similiter et libri et editores in modis ponendis post coniunctionem ὅπωc fluctuant velut A. V 31 ἀρὰc ἔθετο, ὅπωc cτερηθῇ cum codicibus plenis editores legunt, cτερηθείη epitome exhibet, VIII 241 ταῦτα δ' ἐγένετο, ὅπωc μὴ προcέχοι MSP editores, προcέχῃ RO, X. 261 προcέταξεν — ὅπωc μάθοι ROSPV editores, μάθῃ LE, A. XIII 308 παρακαλεῖ —, ὅπωc ἴδοι cum PFLA editores, ἴδῃ V. neque aliter post coniunctionem μὴ res se habet: A. I 270 μὴ παροξύνῃ cum R Niesius scribit, παροξύνειε cum L Naberus (παροξυνεῖ SP), II 171. IV 36 unus codex O dissentit, item V 139. VIII 333 solus codex Marcianus, similiter XIV 11 Mediceus, ib. 344 μὴ διαφύγοι secundum FLAMWE editores legunt, διαφύγῃ PV exhibent, XV 212 μὴ λάθῃ cum PFVE Naberus edidit, λάθοι cum LAMW Niesius, Vit. 53 μὴ διαδράc τις ἀπαγγείλειε ex PRA editores receperunt, ἀπαγγείλῃ MW tradunt. quaeritur, uter modus Iosephi usui dicendi respondeat, coniunctivus an optativus. hoc ut diiudicari possit, ex omnibus antiquitatum vitaeque libris eos locos congessi, qui huc pertinent. ex his sine dubio colligitur coniunctivum post ἵνα et ὅπωc praeferendum esse, nam post ἵνα circiter centies quadragies semel post tempora secundaria coniunctivum librorum consensu traditum repperi, optativum sedecies (A. I 110. 270. 311. III 20. 89. 205. IV 67. V 127. VII 96. 170. 246. XI 232. XVII 69. 76. 114, ubi optativus cum coniunctivo alternat, XIX 365) plerumque in oratione obliqua, tum post ὅπωc duodenonagies coniunctivum, optativum bis et vicies (A. I 98. 328. II 258. IV 170. V 112. 324. VI 70. VII 181. X 253. XIII 63. 410. XIV 41. 393. XVII 110. 237. XVIII 171. 201. XIX 27. 90. 191.

---

p. 24—26[2] et Lange, de coniunctivi et optat. usu Thucydideo. progr. Cassel 1886; de Aristotelis Ph. Weber, die absichtssätze bei Aristoteles. progr. Speier 1885; de Polybii Fafsbaender, quaestiones grammaticae ad Polybium pertinentes a) de Polybii sententiis finalibus b) aliquot aoristi et futuri falso in Polybii codicibus traditi. progr. Crefeld 1889; de Luciani H. Heller, die absichtssätze bei Lucian. I. ἵνα ὡc ὅπωc, quae commentatio inserta est libro, qui inscribitur 'symbolae Ioachimicae'. Berolini 1880, de Iosephi iam pluribus disputavit Raabius l. l. p. 22—36.

288. Vit. 347). paulo aliter modorum usus post coniunctionem μή, quae maxima ex parte post verba timendi usurpatur, se habet. etsi in universum in libello de vita omnibusque antiquitatum libris praeter XI et XII, quos doleo quod de hac re perscrutari neglexi, coniunctivus multo praevalet (nonagies sexies), cum optativus duodesexagies legatur, tamen sciendum est etiam in modorum usu post hanc coniunctionem quidem tres illos libros (XVII—XIX), quos iam saepius commemoravimus (vid. supra p. 366), nec non librum XX longe differre a ceteris. optativus enim ita praevalet, ut coniunctivus ex libro XVII prorsus evanuerit. ex tribus ceteris coniunctivus ter vel quater in libris XVIII et XIX, quater in libro XX invenitur (XVIII 24. 96. 331. [XIX 92 Homeri est.] XX 7. 63. 106. 248). optativum autem habes undetricies in libris XVII—XIX: A. XVII 10. 52. 67. 83. 84. 122. 145. 164. 209. 215. 335. XVIII 118. 225. 236. 331 (optativus cum coniunctivo et futuri indicativo alternat). 352. 362. XIX 61. 73. 74. 96. 133 (bis). 151. 153 (bis). 160. 218. 241, in libro extremo septies: A. XX 22. 41. 47. 117. 133. 151. 162. quare etiam A. XIX 47 optativum recipiendum censeo. in universum apud posteriores coniunctivus longe primo loco ponitur sicut post ἵνα ab Aristotele et Theophrasto semper exceptis singulis locis[1]), a Polybio[2]) et a Luciano[3]) saepissime, semper in N. T.[4]) sed in ea re Iosephus a Polybio dissentit, quod apud hunc post verba timendi ex praeterito semper fere coniunctivum pendere videmus (circiter quadragies bis), rarissime (bis) optativum.[5]) coniunctivus post coniunctiones finales inter veteres iam ab Herodoto et Thucydide adamabatur (Lange p. 3—9), cum optativo alternabat apud oratores Atticos[6]), repudiabatur a poetis inde ab Homero usque ad Aristophanem sicut a Platone et Xenophonte, quorum dictionem a poetis prope abesse nemo ignorat.[7])

1) Weber, absichts. b. Arist. p. 25. Guil. Müller, de Theophrasti dicendi ratione. diss. Gotting. Arnstadtiae 1874 p. 52.

2) Stich, act. sem. Erlang. II 193, Kaelker l. l. p. 288. 289. Faſsbänder p. 5.

3) Heller p. 284. 4) Winer § 41, 1 a β p. 271[7].

5) Faſsbänder p. 8. 9.

6) Weber II 104.

7) A. VIII 235 ὅπως cum plurimis libris iure legunt editores, ἵνα, quod codex Oxoniensis exhibet, a librario interpolatum existimem, qui observarat hoc apud Iosephum saepius inveniri quam illud. ἵνα enim in omnibus antiquitatum vitaeque libris circiter ducenties novies legitur, ὅπως circiter centies quadragies quinquies. apud Atticos ἵνα ab Aristophane, Herodoto, oratoribus omnibus, Platone longe praeferebatur, sed a tragicis, quod me monuit Fridericus Leo, propter metrum vitabatur. Thucydides et Xenopho ὅπως adamabant. coniunctio ἵνα etiam apud Aristotelem (207 ἵνα, 180 ὅπως, Weber p. 18), Polybium (ter ὅπως, Faſsbänder p. 4), Lucianum (107 ἵνα, 90 ὅπως, Heller p. 284. 329) praevalet. sed Theophrastus cum Thucydide faciebat (G. Müller l. l. p. 52). ceterum non obliviscendum est multas coniunctiones in scriptis publicis, quae Iosephus antiquitatum libris inseruit, legi, sed tamen eas Iosepho ipsi tribuere non dubitamus. vid. supra p. 356, 1.

Dignus porro est, qui commemoretur, optativus, qui post praesens ponitur A. XVIII 336 ὥρα σοι, φησίν, ὦ νεανία, χωρεῖν ἐπὶ τὰ σαυτοῦ, μὴ — τὴν ὀργὴν ἐρεθίσειας (ita cum AE editores, ἐρεθίσας MW). duo alia in hanc rem exempla iam Raabius p. 24. 25 attulit, quorum alterum (A. XIX 90) Niesius imperfecto εἶχε pro ἔχει proposito sustulit. Naberus ἔχει retinet, sed Raabio concedendum est ob eam causam hoc loco tempus praeteritum requiri, quod hoc theatrum eo tempore, quo Iosephus eam narrationem componebat, iam rescissum erat, nam illud theatrum in eis erat, quae quotannis (πηκτὸν [sc. ex lignis] δ' ἐγίγνετο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν) construerentur. cf. Vitruv. V 5, 7. itaque Iosephus tum de hoc uno theatro dicere non poterat: θύρας ἔχει. praesens tolerari non potest, nisi quis sumat in universum talia theatra hoc loco describi. altero autem loco (B. II 17, 6 [192, 22]), si vir doctus Cardwelli editionem inspexisset, in optimo codice Parisino re vera post ἔθος exstare ἦν vidisset: ἔθος ἦν ὕλην προσφέρειν, ὅπως μήποτε τροφὴ τῷ πυρὶ λίποιτο, quare hic locus conferendus non est. eo autem loco, quem ipsi attulimus, neque ἦν in libris legitur neque supplendum est, sed ex toto sententiarum contextu apparet supplendum esse ἐστίν. post praesentis imperativum habes optativum A. IV 283 οἱ φρέαρ ἢ λάκκον ὀρύξαντες ἐπιμελὲς ποιείσθωσαν ὥστε σανίδων ἐπιβολαῖς ἔχειν κεκλεισμένα, οὐχ ὅπως τινὲς εἴργοιντο ὑδρείας, ἀλλ' ἵνα μηδεὶς κίνδυνος ὡς ἐμπεσουμένοις ᾖ. sed tamen hos locos qui temptaverit, non recte fecerit. nam etsi apud Atticos hic optativi ex temporibus primariis pendentis usus rarissimus erat[1]), tamen non desunt exempla apud posteriores. ita optativum post ἵνα semel apud Lucian. (de dom. 9 [III 195]) legimus, quinquies apud Aristidem (Schmid II 59)[2]), tum post ὅπως semel apud Theophrastum[3]), ter apud Lucianum[4]), septies apud Aristidem et semel in titulis[5]), denique post μὴ quaternis locis apud Lucianum[6]) et Aristidem.[7]) saepissime vero hic usus invenitur apud Lucianum post ὡς.[8]) accedit, quod Iosepho quoque in libro XVIII quidem post μὴ optativus usitatior est.[9]) itaque nihil mutandum censeo. sed A. VII 184, ubi in plurimis libris exstat ἵνα βέβαια τὰ παρὰ τῆς σῆς μοι εἴη φιλανθρωπίας, iure editores codicem Marcianum ᾖ exhibentem secuti sunt.

---

1) Weber II p. 101. 102.

2) Ephes. 3, 16 optativus nunc sublatus est, similiter ib. 1, 17 coniunctivum cum codice Vaticano legendum putamus (Winer § 41, 1 adn. p. 273[7]).

3) Müller l. l. p. 52.

4) Prom. s. Cauc. 196 (I 202). Anach. 14 (II 892). adv. ind. 24 (III 120). Heller p. 328.

5) Schmid II 58.

6) Prom. es in verb. 7 (I 35). Char. 1 (I 489). Dem. enc. 10. 16 (III 499. 503).

7) Schmid II 59. 8) Schmid I 243. 9) vid. supra p. 405.

Batavorum viri docti ut Cobetus[1]) iniuria affirmant Atticos post ὅπως futurum ponere maluisse quam aoristi coniunctivum nec recte faciunt, quod locos obstantes mutare conantur. nam Weberus (II 111) satis docuit hanc dictionem non omnium Atticorum, sed nisi Aristophanis nullius propriam fuisse. inter posteriores hoc tempus ita quinis locis apud Aristotelem[2]) et Theophrastum[3]), numquam apud Polybium[4]) nec in N. T.[5]), quinquies decies apud Lucianum[6]) invenitur. apud Iosephum Naberus futurum aliquot locis reducere studuit bis (VII 321. 331) ipsa codicum memoria adversante. videamus singula: A III 258 ὅπως ὑπηρετήσωσιν ROPE editores, ὑπηρετήσουσιν MS¹L [V 215 ὅπως νομίσουσιν ex codicum lectione νομίζουσιν elicuit Niesius reposuitque in editione minore, νομίζωσιν, quod codicis S altera manus praebet, recepit Naberus, at cf. Raabius p. 25], VIII 143 ὅπως σαφηνίσει pro ceterorum lectione σαφηνίσῃ codex M tradit, IX 108 ὅπως ἐκδικήσῃ cum ROSP Niesius scribit, ἐκδικήσει secundum M (E) Naberus, X 176 ὅπως ὑποδείξῃ RSPVE Niesius, ὑποδείξει OL Naberus. — XI 101 ὅπως ἀφέξονται P editores, ἀφέξωνται ceteri libri. hoc loco futurum tolerandum esse libenter concedo — ib. 134 ὅπως εὐχὰς ποιήσονται cum editores P, ποιήσωνται ceteri codices, XVII 212 ὅπως καταστήσονται ME Naberus et Niesius in editione maiore, καταστήσωνται cum A Niesius in editione minore. huc non pertinent A. I 46. XVIII 200. vides libros magnopere fluctuare praeter XI 101, ubi ἀφέξωνται manifestum est librarii errori deberi. ceteris vero locis coniunctivum recipiendum censeo, quippe qui ceteris quoque communis dialecti scriptoribus usitatior sit. A. I 59 μὴ ἀπόληται cum S² editores, ἀπολεῖται omnes ceteri libri, in iis S¹, II 219 μὴ ἀπόληται Dindorfio hortante pro codicum lectione ἀπολεῖται editores legunt, IV 298 μὴ ὠφελήσῃ, quod codex S in litura praebet, editores receperunt, ὠφελήσει in ROMPL legitur, VII 31 μὴ ποιήσεται librorum consensu traditur, editionis principis scriptura ποιήσηται Nabero probatur, cum Niesius propter optativos subsequentes ποιήσειε scribi iubeat, X 99 μὴ ἀποστήσῃ cum R²SPLV editores ponunt, ἀποστήσει OM, XIII 160 μὴ ἀπολοῦνται sola epitome exhibet, XIV 477 μὴ διακωλύσουσιν PF, διακωλύσωσιν ex ceteris libris editores receperunt, XV 388 μὴ οὐκ ἐξαρκέσει cum plurimis libris Niesius in editione maiore (ἐξαρκέσοι in minore), ἐξαρκέσῃ AM Naberus, XVIII 331 μὴ αὐξηθῶσιν ἤτοι γε συστήσονται ἢ διαμάρτοιεν omnes libri exhibent, quos Niesius in editione maiore ut Naberus sequitur, in minore ille Gutschmidi coniecturam συστήσωνται reposuit. vides, quam non firmo fundamento futurum nitatur. quoniam apud ceteros quoque posteriores futurum post μὴ

1) var. lect. p. 266. 491. 617.
2) Weber p. 24. 3) Müller l. l. p. 53.
4) Faſsbänder p. 8.
5) post ὅπως numquam, post ἵνα aliquotiens. Winer § 41 p. 271⁷.
6) Heller p. 319.

rarissime usurpatur (Lucian. Herc. 7 [III 85] ἐδεδίειν, μὴ δόξαιμι.. κἆτά τις ἐπιπλήξει μοι), apud Polybium certe numquam[1]), non ita saepe apud veteres[2]), eis locis, ubi codices dissentiunt, futurum damnaverim neque obloquar, si quis, ubi consentiunt (VII 31. XVIII 331), hoc repudiaverit.

Iam ut ad A. VII 31 redeamus, Niesius propter modorum varietatem editionis pr. coniecturam ποιήσηται sprevisse videtur. sed minime offendit, quod coniunctivus et optativus ita alternant. hoc ut iam Atticis[3]) non incognitum erat, ita ne posterioribus quidem ut Polybio[4]) et Herodiano I 5, 1 et Luciano.[5]) Iosephi editores in hac re sibi non constant, cum alios locos mutare conentur, alios intactos relinquant. velut consentiente librorum memoria traduntur: A. VIII 108 ὡς ἂν..ἀναπέμπωμεν — καὶ διατελοίημεν, quae verba uterque editor intacta reliquit; VIII 220 ἵνα καταπραΰνῃ καὶ ποιήσειεν (ποιήσειν libri), editores ποιήσῃ receperunt; A. XIII 63 ὅπως οἰκοδομήσειεν καὶ καταστήσῃ cum libris Niesius, καταστήσειε legit Naberus; XIV 46 μὴ τὴν χώραν ἀποστήσῃ καὶ διακλεισθείη. cur editores διακλεισθῇ Dindorfium p. 827 secuti mutaverint, non intellego, quoniam A. VIII 108 librorum scripturam sine ulla dubitatione agnoverunt. similiter A. XVII 114 (ἵνα μὴ ἐλεγχθῇς καὶ εἰσπράξαιο) et Vit. 20 (δείσας, μὴ ἀφικοίμην καὶ κινδυνεύσω) nihil mutarunt editores. adiungam paucos locos, ubi codices inter se dissentiunt velut A. I 98 ὅπως ζῆν ἔχοιεν καὶ μηδενὸς ὑστερῶσιν ἀγαθῶν cum ROL Niesius, ὑστερήσειαν ex MSP lectione ὑστερήσειν elicuit Naberus, A. II 145 ἵνα φανῇς — ἀλλὰ μὴ δοκοίης cum RO Niesius, δοκῇς cum SLP Naberus, porro B. I 19, 1 (70, 27—29) ἵνα.. γένηται δεσπότις καὶ καταλύσαι cum plurimis libris Cardwellus, καταλύσῃ codicum MT testimonio nisus Bekkerus. his locis nihil nos impedit, quominus modorum varietatem agnoscamus ut Holwerda emendat. Flav. p. 149. cf. Raab l. l. p. 19. aliter Erhardus Iahn, observ. crit. p. 19—22, qui accurate in modorum aequalitatem sive varietatem inquisivit, sed tamen mihi persuasum est Iosephum minime concinnitatis studiosum fuisse. immo scriptorem elocutionem variare voluisse cum ex aliis rebus (vid. supra p. 362, 2) tum ex eo elucet, quod similis est ratio in oratione obliqua[6]) velut A. VI 58. 60. 317. XIII 47, passim, ubi optativus et indicativus invicem se excipiunt.

Transeo ad coniunctionem ὡς, de cuius usu pluribus dixit Carolus Raab p. 27—31, sed tamen res digna est, quae iterum pervestigetur. nam praeterquam quod vir doctus aliquot exempla omisit, ne verum quidem est simplicis coniunctionis ὡς structuram paene

1) Faſsbänder p. 8.
2) Weber II 94. 110. 3) Weber I 135. II 11. 103.
4) VIII 28, 5 Hu. (26, 5 B. W.). Kaelker p. 266.
5) Asin. 25 (II 594). Fug. 7 (III 369). Du Mesnil p. 22, sed cf. Heller p. 303. 6) de Polybio cf. Kaelker p. 265.

ex antiquitatibus remotam esse. qui quae Raabius disputavit perlegerit, credat necesse est in antiquitatum libris ὡς bis vel ter occurrere, sed ceteris locis coniunctionem impuram (ὡς ἄν), quam dicunt, legi. quod ita non esse mihi persuasi collectis omnibus exemplis, quae huc pertinent, ex decem antiquitatum libris prioribus septemque posterioribus. nam ὡς particula ἄν non addita cum optativo invenitur: A. I 228. VII 175. X 239. XIV 169. 418. XV 203. 365. XVII 71. 79. 91. XVIII 149. 164. XIX [191?] 226. 318, non bis, ut ait Raabius p. 28, I 218 cum coniunctivo. notandum videtur plurima optativi exempla in tribus illis libris legi, quorum identidem mentionem fecimus (vid. supra p. 366). concedo autem saepius coniunctionem impuram ὡς ἄν cum optativo inveniri. exemplis, quae Raabius p. 30. 31 in hanc rem attulit, haec addere liceat: A. I 116 ὡς ἄν μὴ περιρρέοι, III 136 ὡς ἄν ἄγοιτο, IV 58 ὡς ἄν εἴη, ib. 311 ὡς ἄν γένοιντο, V 280 ὡς ἄν δραθείη, ib. ὡς (ἕως Niesius in editione minore, fortasse non iniuria) ἄν ἀγάγοι (ἀγάγῃ L), XII 241 ὡς ἄν εἶεν, XIV 123 ὡς ἄν εὐτρεπίζοι (-πίζῃ E). porro ὡς ἄν cum coniunctivo his quoque locis legitur: A. V 282 ὡς ἄν κομίσῃ, VI 338 ὡς ἄν ἀποσωθῇ (cum ROM Niesius, ἀποσωθείη secundum SP Naberus), X 234 ὡς ἄν δηλώσωσι, XI 315 ὡς ἄν ὑποστρέψῃ.

A. I 18 ὅπως μὴ διαπορῶσι cum ROE editores legunt, ὅπως ἄν SPL, IV 104 ὅπως ποιήσηται RO editores, ἄν add. MSPLE, XIII 76, ib. 192 ὅπως ἄν ἀπολέσωσιν PFLV editores, ἄν om. AMW, XIV 396 ὅπως μηδὲν ὑπολείπηται ex plurimis libris a viris doctis edita sunt, ὅπως ἄν epitome exhibet. semel in antiquitatum libris haec coniunctio impura consentiente codicum memoria cum coniunctivo iuncta traditur: XIII 382 ὅπως ἄν μὴ ξυνάρηται. vides quam debili fundamento ὅπως ἄν cum coniunctivo nitatur. quare locis dubiis ἄν eiciendum esse censeam. irrepsisse videtur librariorum temeritate ex libris sacris Veteris Testamenti, ubi ὅπως ἄν cum coniunctivo saepissime legitur (Gen. 12, 13. 18, 19. Psalm. 118, 11, passim).

A. I 327 ὅπως αὐτὸς σώζοι RO editores, ὅπως ἄν MSPL. hoc loco fortasse ἄν ex αὐτὸς, quod subsequitur (αναυτος), ortum est. libri consentiunt A. IV 311 ὅπως ἄν ἐξίοιεν, II 203 ὅπως ἄν εἴργοι, quae verba in ἀνείργοι contraxit Naberus, XIII 265 ὅπως ἄν ἐπανέλθοιεν, ubi Naberus ἄν delevit. sed vir doctus sibi non constat, quod A. IV 311 ἄν intactum reliquit. hic quoque hanc particulam dubitationi obnoxiam esse ex eo intellegitur, quod ne in libris sacris quidem ὅπως ἄν cum optativo conectitur.

Denique sciendum est semel post ὡς ἄν optativum ex praesente pendere: A. XIV 3 (δίιμεν secundum plurimos libros, δεῖ μὲν in P), ὡς ἄν παραλαμβάνοιεν ut B. I 20, 2 (76, 7) post ὡς.

Ut mittam Atticos, quibus ὡς ἄν cum optativo teste Webero II 115 sq. paene incognitum, ὡς ἄν cum coniunctivo excepto Xeno-

phonte non magis usitatum erat[1]), a Polybio ὡς omnino non adhibetur[2]), ab Aristotele ὡς cum coniunctivo bis, ὅπως ἂν cum coniunctivo quinquies (Weber p. 18. 22). apud Theophrastum[3]) demum ὡς ἂν cum optativo occurrit, quocum consentiunt Herodianus I 1, 1. 5, 1. 8, 2. 9, 1 et Polemo[4]) nec minus Lucianus, apud quem ὡς ἂν cum optativo novies, cum coniunctivo octies legitur.[5]) a libris sacris N. T. huius particulae impurae usus prorsus abest[6]), eam exstare apud LXX interpretes testatur idem Winerus, sed exempla, quae attulit, partim non repperi, partim huc minime spectare vidi. plurima huius dictionis exempla haud scio an apud Iosephum inveniantur, cui ea in deliciis fuisse videtur, nam apud eum si quis mea exempla eis, quae Raabius p. 29—31 attulit, addiderit, ὡς ἂν cum optativo vicies septies reperiet, cum coniunctivo quattuordecies, qui numerus vereor ne quaestione de industria instituta paulo augeri possit. addere liceat in titulo Attico CIA. III 5, 12. 13. 27. 28. 30, quam inscriptionem non antiquiorem esse Hadriani tempore, sed non Septimii Severi aetate recentiorem iudicat Kirchhoffius[7]) ὡς ἂν c. optat. occurrere: vers. 12. 13 ὡς ἂν κόσμ[ος] τε πλείων καὶ φρουρὰ μείζων | [περὶ] τὰ ἱερὰ ὑπάρχο[ι], ibid. vers. 25—28 ὡς ἂν τά τε ἱερὰ φρουρ[ᾶς ἰσχυρο]|τέρας καὶ πομπῆς μακροτέρας ἄγοιτο οἵ τε ἔφ[ηβοι] παρακολουθοῦντες τῇ περὶ τὸ θεῖον τῆς πόλεω[ς] | θεραπείᾳ καὶ ἄνδρες εὐσεβέστεροι γείνοιντο, sed in eiusdem tituli vers. 20 simpliciter ὅπως cum optativo invenitur: ὅπως μηδέποτε τοῦτο ἐκλε[ιφθείη μη]δὲ ὀλιγωρηθείη ποτὲ τὰ τῆς εὐσεβείας.[8])

§ 10. **De particula ἄν.**

A. IV 34 οὗπερ ἂν τὴν θυσίαν ἥδιω κρίνειεν ROMSPE, κρίνῃ codicis S altera manus editoresque, ib. 246 οἷς ἂν ἔχῃ τεκμηρίοις cum ROSP editores, ἔχοι ML, ib. 256 ᾧπερ ἂν βουληθῇ cum plurimis libris editores, βουληθείη epitome, ib. 274 οἷς ἂν ἐντύχῃ codices pleni, ἐντύχοι eadem epitome, V 349 ἐφ' οἷς ἂν θελήσειε ROSPL Exc. Suid., θελήσῃ (ει superscr.) M, θελήσῃ Niesius, ἂν secludit Naberus, VI 130 οἷς δὲ πολεμήσειε cum RO editores, δ' ἂν MSPE, XVII 285 ὃς παρατύχοι P, ἂν add. AM, sed hic locus omnino corruptus est). B. III 7, 21 (251, 20) καθ' οὓς ἂν ἐφορμήσειαν cum plurimis libris Cardwellus et Bekkerus, ἂν omittunt codices LP, ib. IV 7, 2 (331, 10) ἐφ' οὓς ἂν ὁρμήσειαν cum aliquot codicibus editores, sed ἂν a libris MNPT plane abest. ex his locis satis, opinor, intellegitur, quam non ex libris diiudicari possit, utrum scriptor particulam ἂν

1) cf. etiam Stahl, quaest. gr.² p. 24 sq.
2) Faſsbänder p. 4. 3) G. Müller l. l. p. 54.
4) Schmid I 50. 5) Heller p. 302. 303.
6) Winer § 42, 6 adn. p. 291⁷.
7) cf. Riemann, revue de philologie V 180. Schmid I praef. p. XIX. II 58.
8) de coniunctione ὅπως ἂν in titulis obvia cf. Weber II 3. 4.

posuerit an omiserit, nec quemquam spero repugnaturum esse, ne, si quos locos deprehenderimus, qui usitatae particulae ἂν rationi obsistant, mutare conemur. constat autem inter omnes ἂν particulam optativo rem iteratam indicanti non addi. quare sine ulla dubitatione his locis aut ἂν secludemus aut, ubi res ad tempus praesens pertinet, coniunctivum pro optativo reponemus, quamquam in omnibus codicibus exhibetur: A. I 167 δεινὸς πεῖσαι λέγων, περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειε διδάσκειν.. χαρίζεται (praes. hist.), A. III 317 θαυμαστὸς..πιστεύεσθαι, περὶ ὧν ἂν εἴποι (RO, nihil refert, quod ceteri codices εἴποιεν exhibent) . . ὑπῆρξε, IV 315 τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, οἷς ἂν ἐπιχειρήσειε, ib. 329 ὅτι ἂν φθέγξαιτο, V 171 ἃς ἂν δυνηθεῖεν, Naberus ἂν secludit, sed malim δυνηθῶσι, V 216 ὅσοι δ' ἂν ἐσπευσμένως πίνοντες τύχοιεν, XII 104 παρεκάλει πάντων, ὧν ἂν δεηθεῖεν, παρόντων (cf. XVI 26 καθὸ δεηθεῖεν παρίστατο), XII 141 ἐν οἷς ἂν ἐπιφανεστέραν γίγνεσθαι τὴν τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευὴν δέοι, correxerunt δέῃ editores, XIII 231 ὅσον ἂν ἐνδοίη (ἐνδῶν P, ἐνδώῃ ceteri libri, de hac optativi forma vid. infra § 24). iure editores ἂν seclusisse iam ex eo elucet, quod paulo infra (§ 223) sequitur: ἡνίκα δ' αὐτὴν ἴδοι τυπτομένην, ἐξελύετο omissa particula ἄν. hoc, quem tractamus, loco ἂν ex repetitis litteris sive ον sive εν ortum esse videtur (οσοναvενδοιη), XVI 141 εἰς πάντα γὰρ ἅπερ ἂν ἐπιτηδεύσειεν ἐφιλονείκει, ib. 146 παρ' οἷς ποτ' ἂν ἀποδημήσας τύχοι (Niesii coniecturam οὖν pro ἂν recipiendam esse demonstret A. XII 99 ἐκείνων περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν λέγειν αὐτοῖς προβληθείη διασαφούντων, similiter editio princeps A. XIX 149 correxit: οἳ καὶ ὁπωσοῦν [ὅπως ἂν codd.] περιτύχοιεν), XVIII 212 εἰς ἐκεῖνον ἥξειν τὴν ἡγεμονίαν, ὃς ἂν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀφίκοιτο πρότερος· hoc loco Dindorfium p. 825 audiendum esse probet A. XI 340 πάντων δ' αὐτὸν πρὸς οὓς ἀφίκοιτο φιλοφρόνως ἐκδεχομένων. sed quidquid de hac re senties, id minime committendum esse concedes, ut scriptori ἂν in talibus enuntiatis obtrudatur, id quod Niesius A. XVI 378 in editione minore fecit: πάνθ' ἅπερ αὐτὸς ἕκαστος εἴποι ἂν (εἴποιεν codd.), quamquam idem A. XVII 32 (κἀφ' οἷς εἴποιεν [codd.] πιστότατος) simpliciter εἴποι (in editione minore) corrigere satis habuit atque eum hoc loco recte fecisse intelleges ex A. XVIII 41 ἐπὶ πᾶσιν οἷς εἴποι πιθανή.

Qui in editionibus novissimis hos locos inter se comparaverit, facile videbit editores in hac re diversam ingressos esse viam, nam Naberus Dindorfium secutus omnibus locis, quotquot in antiquitatum libris exstant, aut optativum ἂν particula sublata retinet aut hac retenta coniunctivum reponit, non ita Niesius, nec tamen sibi constat; nam partim in his enuntiatis relativis optativum cum ἂν tolerat velut I 167. IV 329. XII 104 (in editione maiore). XVIII 212, quin etiam semel (XVI 378) scriptori obtrudit, partim hanc structuram improbat aut coniunctivo restituto (III 317. IV 34. 315 [in editione minore]. V 349. XII 141) aut ἂν particula deleta (V 216

[in editione minore]. VI 130. XII 104 [edit. min.]. XIIII 231. XVI 141). quantopere Niesius fluctuet, cognoscet, qui hos locos (A. III 317. XVI 378. XVII 32) inter se contulerit.

Quid ipsi de hac re sentiamus, quamquam supra iam indicavimus, tamen rursus monemus in his sententiis relativis optativum particula ἂν addita tolerandum non esse. nudum autem eius generis optativum Iosepho non inusitatum fuisse haec probent exempla: A. I 154 περὶ ὧν εἰκάσειεν, οὐ διαμαρτάνων, III 136 ὁπότε δεήσειεν, 214 ὁπότε θελήσειε, 215 ὁπότε παρείη, IV 37 πρὸς ὅ τις εἴποι, ἐθορύβει, XI 205 ὁπηνίκα καθέζοιτο, XI 340, XII 256 ἠφανίζετο δ' εἴπου βίβλος εὑρεθείη ἱερὰ καὶ νόμος, καὶ παρ' οἷς εὑρεθείη (ita enim cum FLV legendum puto, non εὑρέθη cum PME ut editores censent) καὶ οὗτοι κακῶς ἀπώλλυντο, XIV 100 ὅσοις (ex Niesii coniectura, ὅσους codd.) ἐπιτύχοι, XVI 26. XVII 30 ὅπῃ ἐξοδεύειν δεήσειεν, ib. 32 κἀφ' οἷς ἐθελήσειεν (sic cum AM pro ὠφελήσειεν scribendum est), ib. 200 καθ' οὕστινας ἴοι, XVIII 41, XIX 31 ὁπότε παραλαμβάνοι τὸ σημεῖον, ὀργῇ παρίστατο, ib. ὁπότε μέλλοι κομίζειν, προύλεγον κτέ., XX 187 οὓς βουληθεῖεν ῥᾳδίως ἀπέσφαττον, B. V 1, 4 (3, 26. 30). 2, 4 (10, 8), alibi. ne in libris sacris quidem N. T. in his enuntiatis particula ἂν cum optativo usquam coniuncta occurrit. itaque miramur, quod Hultschius in Polybii editione novissima III 53, 8 in sententia rem iteratam indicante (cf. etiam I 68, 5) ἂν retinere maluit quam Dindorfium hanc particulam delentem sequi. ex Luciano pauca in hanc rem afferuntur exempla[1]), sed partim ut Iup. Trag. 12 (II 655) a Dindorfio correcta sunt, partim ut Gall. 1 (II 703) optativum potentialem statuas necesse est, partim ut Cyn. 13 (III 546) Luciano ἂν a viris doctis (Iacobitzio) mirum in modum obtrusum est (ἐφ' ὅτι γὰρ ἂν ὁρμήσειεν, ἐκράτει). Atticorum exempla, quae huc pertinere videbantur[2]), nunc correcta sunt.

Adiungere liceat paucos locos similes: A. IV 192 libri exhibent νεὼς, ὁπόσους ἂν ἔχοιεν, κατερείπεν παραινῶ 'hortor, ut templa evertatis, quotquot habebunt'. hoc si Iosephus dicere voluit, tantum ἂν ἔχωσι verum esse potest. Niesius optativum cum particula ἂν retinuit, etiam in editione minore, Naberus nudum optativum deleto ἂν scribit. sed hic nullo modo ferri potest, quamquam similis locus exstat A. XVIII 222 θεοῖς οὐκ ἀτιμώρητα, ὁπόσα παρὰ δίκην πρασσόμενα ἀφανίζοι τοῦ νόμου τὸ ἑτέρως πράσσειν παρακαλοῦν 'dei ulciscuntur, quidquid non ex aequo factum legem evertit, quae postulat, ut aliter agamus'. vides etiam hunc locum spurium esse, quare suo iure ne Naberus quidem Bekkeri scripturam ἀφανίζει recipere dubitavit. porro A. XI 226 viri docti ex codice Palatino ᾧ γὰρ τοῦτο ποιήσειεν ὁ βασιλεὺς (Artaxerxes, is qui Amani et Mardochai tem-

---

1) Du Mesnil p. 19. 25, Schmid I 244.

2) Xenoph. Cyr. 7, 5, 49. 8, 3, 38. Anab. 1, 3, 17. 2, 4, 26. 6, 25. Mem. 1, 2, 6. Krueg. I 54, 15, 4. Kuehn. § 594 adn. 4 p. 1055².

poribus florebat) ἀκλήτῳ προςελθόντι, οὗτος οὐκ ἀποθνήσκει ediderunt, sed ᾧ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειεν omnes ceteri libri (FLAVW) praebent. manifesta est loci corruptela. num quis dubitabit, quin ᾧ γὰρ ἂν ποιήσῃ legendum sit? optativum ποιήσειεν ex optativo προτείνειεν, qui brevi intervallo praecedit, librarii errore ortum esse suspicer. idem valet in B. II 8, 5 (149, 2—4): δειπνοῦσι συγκαθεζομένων τῶν ξένων, οἳ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. lege τύχωσιν ἄν.

Maxime miramur, quod haec particula etiam cum indicativo, potissimum imperfecti, coniungitur, ubi secundum Atticorum morem aut simplex imperfectum aut optativus requiritur velut A. II 50 ἐφ' οἷς ἂν (retinet Niesius, delet Naberus) αὐτῷ συνῄδει (ita cum MPL Exc. Naberus, συνίδῃ ROS, unde Niesius συνειδῇ elicuit) ἀπολουμένῳ, III 53 ὁσάκις γὰρ ἂν αὐτὰς καθίει (ἂν iure delet uterque editor, Niesius in editione minore. in editione maiore idem iniuria καθίοι coniecerat. neque, si hoc verum esset, ἂν retineri poterat). A. VIII 162 ἐφ' ἃς ἂν αὐτῶν ἔχρῃζεν, ἂν iure delent editores, ut probat A. III 107 περὶ τὰ ἄλλα, ὅσων ἔχρῃζε. vix dubium esse potest, quin ἄν, cum tribus his locis ante αὐτῷ sim. (αναυτω, αναυτας, αναυτων) inveniatur[1]), ex iteratis litteris αυ ortum sit. quamquam haec observatio non cadit in Lucian. Demon. 10 (II 379) ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν, tamen ex hoc quoque loco ἂν particula tollenda est. etiam in libris sacris hunc usum observamus, sed non magis libris fides est, praesertim cum plerumque in vetustissimis codicibus, et Sinaitico et Alexandrino, ἂν omittatur velut Gen. 30, 42 ἡνίκα δ' ἂν ἔτεκε. ita ex Vaticano Tischendorfius, sed ἂν abest ab Alexandrino, Ies. 55, 11 ὅσα ἂν (exhibet Vaticanus, om. Alexandrinus) ἠθέλησα, consentiunt codd. Ezech. 1, 20 οὗ ἂν ἦν νεφέλη, ἐπορεύοντο, ib. 10, 11 εἰς ὃν ἂν τόπον ἐπέβλεψεν. in N. T. Marc. 6, 56 ὅσοι ἂν ἥψαντο (ita Vaticanus) ἂν in Sinaitico deest.[2])

Similiter librarii, non Iosephus, ut bis Luciano[3]) coniunctivo dubitativo particulam ἂν affinxerunt: A. II 271 ἀπορῶ πῶς ἂν (retinet Niesius, delet Naberus) ἰδιώτης.. ἢ πείσω (ita omnes libri, sola codicis S tertia manus, sine dubio ex coniectura, πείσαιμι scripsit) ἢ πῶς ἂν βιασαίμην et A. VIII 379 πῶς ἂν ἐπιστρατεύσηται, Naberus ἂν eicit, Niesius retinet nec optativum, quem in editione maiore proposuerat, in minore ponere ausus est.[4])

Transeamus nunc ad particulam ἂν singulis futuri formis sive optativo sive participio sive infinitivo additam. A. IV 224

---

1) cf. Dindorf. p. 826.

2) cf. Matth. 14, 36 ὅσοι ἥψαντο. cf. etiam Act. 2, 45. 4, 35. Winer § 42, 3 adn. p. 287⁷, Hatzidakis, einleitung in die neugriechische grammatik p. 217.

3) Schmid I 244.

4) cf. etiam Dindorf. p. 826 et Polyb. I 79, 8 ἐβουλεύοντο πῶς ἂν ἀποθηριώσαιεν. Stich, act. sem. Erl. II 200.

librorum consensu legimus μηδὲ πλῆθος διώκων χρημάτων μηδ' ἵππων, ὧν αὐτῷ παραγενομένων ὑπερήφανος ἂν τῶν νόμων ἔσοιτο. Ludovicus Dindorf p. 824 ἂν in dubium vocavit, Naberus ἂν..γένοιτο coniecit, Niesius codicum lectionem retinet. item V 308 εἰ κλήμασιν ἑπτὰ δεθείη (sc. Simson), ἀσθενέστερος ἂν πάντων ἔσοιτο. Niesius in utraque editione ἂν toleravit, Naberus hoc quoque loco γένοιτο pro ἔσοιτο substituit. priore loco (A. IV 224) particulam ἂν, quamquam Iosephus admodum libere in verborum collocatione versatur, ad participium παραγενομένων referri posse mihi non persuadeo. porro etsi concedo Naberi coniecturam defendi posse, tamen cum Dindorfio facio ratus Iosephum ipsum ἂν omisso simplicem futuri optativum scripsisse, nam aliquotiens (in tribus illis libris potissimum) futuri optativum, praesertim in enuntiatis relativis, adhibet velut A. IV 230 ἐξ οὗ παρατροπή τις ἔσοιτο, XIX 104 οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο, similiter XVII 74. 75. 78. 83. 123. 146. 156. 211. 212. 252. 285. XVIII 95. XIX 138. 157. 215. XX 23, etsi negari non debet omnibus fere his locis condicionem desiderari. Atticorum exempla, quibus optativum futuri cum ἂν coniunctum defendere solent[1]), nunc correcta sunt.[2])

Similiter librarii in participio futuri peccaverunt. A. XV 345 in omnibus libris μηκέτ' ἂν ὀχληρῶν..γενησομένων, A. XVIII 41 tantum in codice Ambrosiano μὴ ἂν ἄλλως γενησομένην, ceteri (MWE) ἂν omittunt, quibuscum hic Niesius facit, etsi ibi ἂν Dindorfii p. 824 admonitione neglecta intactum reliquit. his duobus exemplis participii futuri cum ἂν coniuncti, quorum alterum etiam incertum est, infinita quaedam copia exemplorum huius participii opponitur, quibus ἂν additum non est velut ita in libris antiquitatum XI—XX 287 participia futuri leguntur ut in quattuor prioribus 161. cf. e. g. XIII 330 ἐπ' ἀδήλῳ τῷ γενησομένῳ, XIV 323 ταῦτα εὐκαίρως τεκμήρια γενησόμενα, XI 324, alia. iam nemo, opinor, ἂν delere dubitabit. Dind. γενομένων postulat coll. XVII 113. cf. etiam A. XIX 156, ubi in M γενησομένην pro γενόμενον [γενομένην AW]

---

1) Arist. Vesp. 1097. Thuc. V 94. Plato legg. 719 e. Lys. I 22. Lyc. 14, 15. Stahl, quaest. gr. p. 22. 23².

2) particulam ἂν indicativo futuri iunctam apud Iosephum non in libris mss. observavi. apud Dionysium Hal. A. VIII 8, 3 pro ἂν ὁμολογήσουσιν codex Chisianus ἀνομολογήσουσι praebet, cuius testimonium cur Iacobyus neglexerit, non intellego, sed idem viris doctis ἂν eicientibus assentitur A. VI 24, 3, atque etiam XIV 9 (204, 8) a Kiesslingio ἂν deletum est, quamquam exstat in omnibus libris (cf. Baumann, observ. gramm. de modorum usu p. 6 sq., Iacoby, philol. 37 p. 338). Schenkl, jahresber. d. klass. altert. 1883, 1 p. 209. sexies codicum lectiones fluctuant (Baum. p. 35, phil. 37 p. 340). in titulo (XVIII 48 ἃς ἂν συντελέσουσιν) ἂν sustulit P. Viereck p. 67. idem censeo de Philon. de spec. legibus II 329, 32 Mang. μέμψεται (Mang. conicit μέμψαιτο) δὲ ἄν τις, quamquam repugnat Treitel p. 19 nec minus de Luciani Philop. 4 (III 589) τί γὰρ ἂν δυνήσεται (cf. Dion. H. XIV 9). vid. Du Mesnil p. 23. etiam Philon. mech. synt. 97, 5 (cf. ib. 101, 41) Buechelerum iure ἂν delevisse existimo.

legitur. nec iam quisquam particulam ἂν defendere poterit exemplis aliunde petitis. nam quae adhuc apud Atticos et apud posteriores afferebantur, nunc correcta sunt.[1]) pariter viri docti posteriorum locos correxerunt vel in dubium vocaverunt, qui huc spectant, velut Dion. Hal. I 57, 3. III 20, 3 (etiam VI 77, 1 ὡς οὐκ ἂν . . φενακισθησόμενοι particula ἂν delenda est. cf. Baumann l. l. p. 52), Diod. I 53, 8 ἂν ἐσομένην (ἂν del. Dindorfius, γενησομένην Vogel, Diod. edit. III praef. p. XLIII), Lucian. Anach. 25 ἂν φόβον ἐμποιήσοντας (correxit ἐμποιήσαντας Dindorfius assentiente Iacobitzio, cf. Schmid I 245). nec non seclusa particula ἂν corrigendi sunt Plutarchi loci Dem. 5 (213, 5) ὡς ἂν . . ἐσόμενος et Lucian. Soloec. 2 (III 555) συνήσων ἂν εἴπερ ἐθελήσειας.

Quam parum fidei sit libris in aoristi vel futuri infinitivis tradendis, paucis exemplis comprobare liceat: A. XII 35 omnes libri ποιήσειν exhibent, ubi cum Niesio ποιῆσαι requirimus, XV 168 in codd. PFLVE πέμψειν legimus, ubi vel πέμπειν exspectatur, quod AMW praebent vel πέμψαι, quod Dindorfius coniecerat, XVIII 59 τολμήσειν παραβήσεσθαι perverse omnes libri pro παραβῆναι, quae Herwerdeni coniectura recipienda erat, similiter etiam XVIII 319 ἀντιστατῆσαι legendum puto (cf. B. V 8, 2 [41, 12]), XIX 43 perverse ψηφίσεσθαι in M pro ψηφίσασθαι, quod ceteri codices habent, ib. 179 μεταστήσεσθαι in AW pro μεταστήσασθαι, quod M exhibet, ib. 223 in omnibus libris στήσεσθαι pro στήσασθαι.[2]) iam nemini spero dubium fore, quin nostrum sit diiudicare, utrum legendus sit aoristi an futuri infinitivus, si qua alia difficultate scriptoris verba laborant. velut ex hac tam facili temporum mutatione ortos esse aliquot locis futuri infinitivos particula ἂν instructos, ubi scriptor re vera aoristi infinitivos posuerat velut A. I 299 οὐκ ἂν πέμψειν in omnibus libris, πέμψαι correxerunt editores. XIII 414 ἀντὶ παντὸς γὰρ ἂν (om. P) τιμήσεσθαι (FLAMW, τιμήσασθαι PV) Ἀρέταν. legen-

1) Thuc. V 15, 2. VI 20, 2. VII 67, 4. Xen. Mem. II 2, 3 (Cobet, nov. lect. p. 693). Lys. 31, 21. Plat. Apol. 30 b. Isocr. VI 62. 63. VIII 81. Dem. 9, 70 (Stahl, quaest. gr. p. 22. 24 adn.[2]). 18, 168 (Cobet, var. lect. p. 92[2]. Rehdantz-Blass, indices p. 44[4] s. v. ἂν), alibi.

2) multo plura exempla in codicibus occurrunt, ubi pro aoristi infinitivo forma futura requiritur velut A. XIII 76 ὤμοσαν ἦ μὴν ποιήσασθαι, correxit ποιήσεσθαι Dindorfius, ib. 403 epitomes bonitas cernitur, nam sola ὑπόσχου . . διαπράξεσθαι exhibet, cum ceteri libri διαπράξασθαι tradant, ib. 427 recte FAMV καρπώσεσθαι, perverse καρπώσασθαι PLW, similiter XV 47 ὑπαλλάξασθαι PFLAM, ib. 206 χαρίσασθαι PFV, ib. 257 ἄρξαι in omnibus libris, XVI 317 in omnibus libris δέξασθαι, quod ex § 318 irrepsit, ib. 334, XVII 7 ὑποδέξασθαι AMW, ib. 42 εὐνοῆσαι codd., ib. 246 μιμήσασθαι codd. solus Rufinus 'imitaturam esse' vertit, ib. 272 κτήσασθαι AM, XVIII 100. 278. 293. XIX 151. 165. 177. iam non miraberis βιώσασθαι, quod A. XIV 157 in FLWE et XV 204 in PLE legitur, vel διαφεύξασθαι in PFL, XIV 177, vel τεύξασθαι in LE XV 73. etiam ex prioribus antiquitatum libris in hanc rem plurima exempla afferri possunt. sed haec hactenus.

dum esse ἂν τιμήcacθαι vel ex eo cognoscitur, quod XVIII 225 legimus πρὸ πολλῶν γὰρ ἂν ἐτίμηcαν χρημάτων. XVII 243 τῷ βλάψειν ἂν δοκεῖν. quamquam hiatus exsistit, tamen Niesii coniecturam βλάψαι improbari nolim, nam in antiquitatum libris, praesertim in posterioribus, ne gravis quidem hiatus multum offensionis habet. Naberus hoc loco ἂν cum futuri infinitivo toleravit. ib. 312 ἐπάξειν ἂν τῷ ἔθνει, correxit Naberus ἐπαγαγεῖν τὴν ἀπόνοιαν deleto ἂν, quod epitome omittit. XVII 10 ὀμωμοκότος Ἡρώδου μὴ ἂν εὐνοήcειν Cαλώμῃ μὴ ἀποδεξαμένῃ (ὑποδ. codd.) τὸν Ἀλεξᾶ γάμον, ubi invito Niesio aut cum Nabero ἂν delendum censeo (cf. A. XVII 42. Vit. 78. Ap. I 261. Dindorf p. 824) aut εὐνοῆcαι legendum, B. VII 6, 4 (142, 24) νομίζων οὐκ ἂν ἔτι τῶν πολεμίων οὐδένα τότε μάχης ἄρξειν codices editoresque. legendum est ἄρξαι, in qua forma etiam XV 257 (vid. supra p. 415, 2) librarii peccaverunt. sunt etiam loci, ubi ἂν ex αὐτὸc sim. librariorum incuria repetitum videamus. velut XII 188 ἧc (τῆc ὀρχηcτρίδοc) ἴcωc οὐκ ἂν αὐτῷ παραχωρήcειν τὸν βαcιλέα, ubi cum Dindorfio p. 826 ἂν delendum esse putem (Niesius in editione maiore παραχωρῆcαι commendaverat), XVIII 269 μὴ ἂν ἀμαχεὶ δύναμιν αὐτῷ γενήcεcθαι..πολὺν δ' ἔcεcθαι φόνον epitome, ἂν facile ex ἀμαχεὶ oriri poterat, sed non intercedo, quominus codicis Ambrosiani lectio γενέcθαι probetur, nam haec quoque Iosephi usui dicendi respondet: A. I 20 οὔτε.. ποτ' ἂν γενέcθαι..οὔτε ἀποβήcεcθαι, XVII 100 ἃc μὴ ἄν ποτε γενέcθαι. B. V 8, 2 (41, 12) οὔτ' ἂν Ῥωμαίουc εἰc τὴν πόλιν τολμήcειν ἔτι παρελθεῖν οὔτ' ἂν αὐτοὶ παρελθόντεc ἡττηθήcεcθαι δοκοῦντεc cum libris Cardwellus et Bekkerus. apparet, unde alterum ἂν ortum sit. cf. XVIII 218 (ἂν αὐτῷ), ubi ἂν nunc deletum est, quamquam in omnibus codicibus exstat, et A. I 99 (ἂν αὐτοὺc SP). in priore sententiae parte τολμῆcαι legendum censeo. nec enim ullo modo aoristi (cum ἂν) et simplicis futuri infinitivorum mutatio offendere potest. cf. A. I 20. XVIII 269. vid. supra. tum non desunt loci, ubi καὶ et κἂν aut ἂν et δὴ (ΑΝΔΗ) inter se permutata sint velut A. II 33, si codices MSPLExc. sequeris, ἐκεῖνον κἂν τεθνήξεcθαι leges, sin autem RO, καὶ pro κἂν substitues. horum autem lectionem tuentur A. VII 152 τεθνήξεcθαι δὲ καὶ τὸν παῖδα, B. I 26, 2 (100, 29) ἡδέωc καὶ τεθνήξεcθαι. similiter A. XIX 66 ἐλπίδι τοῦ κἂν εἰc ἐκεῖνον ἥξειν τὴν ἡγεμονίαν, ubi ἂν non tolerabit, qui A. XVIII 212 comparaverit: οἰώνιcμα δ' οὖν αὐτῷ προύκειτο εἰc ἐκεῖνον ἥξειν τὴν ἡγεμονίαν, quare Niesius καὶ scribere debebat, id quod Naberus fecit, etsi ita hiatus exsistit. hic enim post καὶ nihil habet offensionis. statim adiungere liceat A. I 182 οὐδ' ἂν ἄλλην ὠφέλειαν..εἰc αὐτὸν ἥξειν, ubi iure editores ἂν secluserunt (Niesius in editione minore). huc spectat etiam A. XVII 163 ἐλπίδα μὲν αὐτῷ γενέcθαι κἂν μεθὸ θάνοι καταλελείψεcθαι μνήμην αὐτοῦ. sic PAM, quos sequuntur editores, qui qua de causa epitomes testimonium καὶ exhibentis aspernati sint, non intellego,

nisi vero κἂν ad γενέσθαι referunt. B. V 7, 4 (38, 26) οἱ λοιποὶ δ' οὐκ ἄν ποτε δουλεύσειν Ῥωμαίοις ἐβόων. facile δουλεῦσαι reponere possumus, sed futurum praeferam (cf. XI 312 οἱ δὲ ποιήσειν μὲν τοῦτο πάντες ἐξεβόησαν) nec tamen ἂν prorsus eiciendum existimo, sed mutandum in δή. nam hoc loco, in quo inest emphasis quaedam ('profecto numquam se Romanis dicto audientes fore clamabant') et apte ponitur et Iosephi usui dicendi respondet: A. XIX 43 οὐ γὰρ δὴ στήσεταί ποτε (B. VII 6, 4 [142, 22] δήποτε). vid. etiam XIX 325 οὐκ ἐγώ ποτε λήσομαι. postquam ἂν et δὴ confusa sunt, οὐ in οὐκ abire debebat. legendum igitur propono οὐ δή ποτε δουλεύσειν. quam saepe autem librarii ἂν et δὴ confuderint, inter omnes constat.[1]) restat, ut commemoremus B. VI 1, 2 (70, 15) οὐκ ἂν ἔθ' αἱρήσειν, ubi iam nemo dubitabit particulam ἂν secludere. in universum primum monendum est non omnibus locis codices consentire, sed aliquotiens in libris optimis ἂν omitti. tum si quis existimet locos plures esse quam qui omnes emendari possint statuatque, ut Cobeti verbis utar[2]), 'istas sordes ex plebeio sermone et inscitia τῶν ἰδιωτῶν paulatim gliscente insinuasse sese' in posteriorum scripta, apud Iosephum exemplis allatis infinita quaedam copia futuri infinitivorum obstat, quibus nullis in libris ἂν particula addita est. velut in decem antiquitatum libris posterioribus octo infinitivos cum ἂν coniunctos habemus, quibus in eisdem libris simplices futuri infinitivi 358 opponuntur, similiter in quattuor libris primis 181. accedit, quod apud ceteros recentioris aetatis scriptoris exempla, quae huc pertinent, et rarissima et nunc plerumque correcta sunt. ita viri docti correxerunt Polyb. I 4, 8 ἂν οἶμαι . . ὁμολογήσειν, ubi repugnantibus Hultschio et Buettnero-Wobstio Dindorfius ἂν delevit, Fassbaenderus p. 12 ὁμολογῆσαι proposuit, Polyb. VIII 30, 8 Hultschius etiam in editione novissima ἂν οἰκήσειν retinet, sed aut cum Dindorfio ἂν delere aut οἰκῆσαι scribere debebat. adde Pol. IX 28, 5, ubi Stichius (act. sem. Erl. II 192) assentiri non debebat, et XVIII 35, 1.[3]) porro cf. Diodor. I 76, 3. XVIII 55, 3. XX 3, 3[4]), Dionys. Halic. A. III 20, 2 (ἂν in libris optimis plane deest), X 49 (73, 26 Kiessl.)[5]), Lucian. Anach. 17 (II 896) οἵους ἂν φῄμην ὠφελιμωτάτους ἔσεσθαι, ubi Cobetus var. lect. p. 96[2] repugnantibus Iacobitzio et Du Mesnil p. 23 adnot. ἂν delevit, Luc. Piscat. 22 (I 591) κατηγορήσειν omisso ἂν in libris AB𝔄 Urb., ib. 29 (I 598) ἂν . . αἰτιά-

---

1) cf. Cobet, var. lect. p. 101[2]. nov. lect. p. 134. 501. 549. cf. A. XIX 42 ἂν δὴ in A[2] exstat pro simplici ἄν. manifestum est ibi δὴ ex iterato ἂν ortum esse, quare ibi μέχρι ἄν τις — διακονήσηται legendum puto. ita Niesii quoque coniectura διακονήσεται supersedemus.

2) var. lect. p. 92[2].

3) cf. etiam Hultsch, über den hiatus bei Polybius. philol. XIV 318 (1859).

4) Dindf. praef. Diod. p. XVI = Vogel praef. Diod. p. XLIII.

5) cf. Baumann l. l. p. 51.

cεcθαι, ubi cum Dindorfio et Bekkero Sommerbrodtius αἰτιάcαιcθε scripsit[1]), Lucian. Fugit. 5 (III 368) ἰάcεcθαι ἂν (ἰάcαcθαι Dindf.).[2]) etiam Atticorum exempla, quamvis acriter defenderit Ludovicus Herbst[3]), nunc correcta sunt facillimis plerumque coniecturis.[4])

§ 11. De enuntiatis consecutivis.[5])

A. XI 251 ἔτυχεν ὥcτε Ἀμάνην εὑρεθῆναι cum plurimis libris legunt editores, ὥcτε solus V omittit; XIII 304 ἔτυχεν ὥcτε τὸν μὲν Ἀριcτόβουλον εἰc νόcον καταπεcεῖν tradunt LAMWE, sed ὥcτε cum PFV iniuria omittunt editores, quoniam XIV 412 ἔτυχεν καὶ Ἀντίγονοc ὥcτε ὑποδέξαcθαι nulla librorum discrepantia legitur et A. V 243 τυγχάνειν ὥcτε ἀμύναcθαι. accedit, quod etiam post alia verba particula ὥcτε pro simplici infinitivo usurpatur velut post cυνέπεcε A. V 61. XI 288 vel A. V 39 προήχθημεν ὥcτε ταύτην ὑπάγεcθαι τὴν γῆν, item X 233, quamquam multo saepius simplex infinitivus invenitur: A. V 106. VI 343. VIII 49. 170. Polyb. V 33, 8 vel alia structura ut A. VII 346 μέχρι τοῦ πυθέcθαι προήχθη, item XI 155, V 135 προήχθηcαν εἰc τὸ πολεμεῖν.[6])

In universum de enuntiatis consecutivis iam pluribus disputavit Raabius p. 36—40 coll. p. 33—35. quare satis habeo aliquot exempla addere, quae eum fugerunt. eis verbis, ex quibus ὥcτε finali notione pendet, haec adscribo: A. IV 283 ἐπιμελὲc ποιείcθωcαν ὥcτε (φρέαρ ἢ λάκκον) ἔχειν κεκλειcμένα, ib. 301 φυλάccειν, ὡc μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ cκευῇ χρῆcθαι μήτ' ἄνδρα cτολῇ γυναικείᾳ, VI 139 εἴ τι μὴ cπουδῆc ἦν ἄξιον ὥcτε κεκτῆcθαι, VII 361 πίcτειc ἀξιῶν λαβεῖν, ὥcτε μὴ μνηcικακῆcαι, ib. 388 πίcτειc ἔλαβεν ὡc μηδὲν αὐτὸν παθεῖν, VIII 387 καὶ Δαμαcκὸν, ὥcτε ἐξελαύνειν εἰc αὐτὴν, ἀνήcειν, X 75 μὴ παροξύνειν, ὥcτε πολεμεῖν. cf. etiam VI 95. VII 333. IX 8. XIII 187 ἐπεβούλευεν ὥcτ' αὐτὸν ἀποκτείναc τὴν βαcιλείαν αὐτὸc καταcχεῖν, contra hoc verbum simplex infinitivus sequitur A. II 56. XI 278. XIII 331 cπουδάcαι γὰρ αὐτὴν ὥcτε καὶ τῆc Κύπρου τὸν υἱὸν ἐκβαλεῖν, sed simplicem infinitivum habes Ap. I 116. B. III 8, 2 (263, 27), acc. c. inf. XIII 265. XVIII 198, A. II 30 ἐπεὶ δ' ἐκράτηcαν ὥcτε ἀνελεῖν τὸν ἀδελφόν 'postquam fratrem interficere constituissent', VIII 193 ἐκρατεῖτο πρὸc αὐτῶν ὥcτε μιμεῖcθαι;

---

1) cf. Sommerbr., Lucianus I 2 p. LXVI. LXVIII.
2) Schmid I 245.
3) über ἂν beim futur im Thukydides. Hamb. 1867. progr. p. 29—35.
4) Soph. OC. 1076. Eurip. Hel. 448. Antiph. 6, 4 (invito Blassio). Xen. Hell. 3, 2, 12. Isae. 5, 23 (repugnante Scheibio). Dem. 24, 115. Thuc. II 80, 8. VIII 25, 5 et V 82, 5. VI 66, 1 (dissentiente Classeno). praeterea VIII 71, 1. cf. Stahl, quaest. gr. p. 20—24², Cobet, var. lect. p. 93².
5) consulto omitto enuntiata temporalia, ut de quibus bis viri docti (Dindorf p. 822—824, Raab p. 40—44) disseruerint.
6) cf. etiam Raab l. l. p. 39.

XIX 252 ἐπιχωρηθέντων τῶν ἐπιθυμούντων τῆς ἡγεμονίας ὥστε ἀντιτάξασθαι Κλαυδίῳ, XIX 279 ἐπιστέλλει τῷ ἐπαρχοῦντι ὥστε τὴν στάσιν καταστεῖλαι, contra ἐπιστέλλειν cum simplici infinitivo legitur XIV 408. 420. XV 28. XVIII 115. XIX 327. 341 [1]), XIX 194 κυρωθὲν ὥστε αὐτὴν τελευτᾶν, XIV 276 ἐπεξῆλθε δ' ἂν ὑπ' ὀργῆς Κάσσιος ὥστε καὶ Μάλιχον ἀνελεῖν, XIV 279 ἦλθε μὲν ὡς (ita P, ὥστε FLAMV) παρὰ μικρὸν ἀνελεῖν, XVII 37 ἐπινοοῦσιν ὥστε φανερὰν μὲν μὴ εἶναι τὴν σύνοδον, XIV 392 πεμφθεὶς ὥστε Πάρθους ἀνείργειν (contra simplex infinitivus legitur XV 176), XIV 243 περὶ τῶν ἄλλων προνοήσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι, item X 44, XV 197 ᾐτεῖτο δὲ καὶ τῶν Ἀντωνίῳ συνήθων Ἀλέξανδρον ὡς μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν 'Caesarem rogabat, ne Alexander, qui in Antonii amicissimis fuerat, gravi supplicio afficeretur' [2]), XVII 18 εἴκων δεήσει τῇ Ἀντιπάτρου, ὥστε αὐτὸν μὲν τὴν Ἀριστοβούλου θυγατέρα γαμεῖν, IV 117 θρασυνθεῖεν ὥστε εἰς ὅπλα — ἐλθεῖν, contra ib. 285 μηδεὶς ἀποστερῆσαι θρασυνθείη, XII 187 παρασχεῖν αὐτῷ ὥστ' ἐκπλῆσαι τὴν ἐπιθυμίαν, XIII 174 σχολὴν αὐτοῖς παρασχεῖν, ὥστ' εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν (haud scio an huc pertineat XIII 258 κἀκεῖνος αὐτοῖς ⟨ὁ⟩ χρόνος ὑπῆρχεν ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους), XV 403 ταύτην (ἀκρόπολιν) — ᾠκοδόμησαν ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν αὐτοῖς ἀποκεῖσθαι στολήν, XVI 296 χρήματα δανειζόμενον ὥστ' ἐξιδιώσασθαι τὴν ἀρχήν, XI 215 τὸ ἀργύριον αὐτῷ χαρίζεται καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε ποιεῖν αὐτοὺς ὅ τι βούλεται 'ei permittit hominibus facere, quod velit', XI 205 ἔθηκε καὶ νόμον ὥστε μηδένα προσιέναι, A. II 242 ὅρκους ποιησαμένῳ, ὥστε μηδὲν διαθεῖναι κακόν, XIII 156 ὅρκους λαβόντες, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν [3]), XVIII 110 ἦν δὲ ἐν ταῖς συνθήκαις, ὥστε καὶ τοῦ Ἀρέτα τὴν θυγατέρα ἐκβαλεῖν, XII 379 εἶχον μὲν ὥστε τὴν πολιορκίαν ἀφέντες ὁρμᾶν ἐπὶ Φίλιππον 'in ea erant sententia, ut soluta obsidione adversus Philippum ire contenderent' (secundum vulgatam interpretationem), XV 280 οἱ μὲν πλείους εἶχον ὡς μεταβεβλῆσθαι καὶ μὴ χαλεπαίνειν ἔτι 'plerique sic erant, ut mutati pacatique esse viderentur', ut verti solet, sed potius ita interpretandum est: 'plurimi id agebant, ut sententiam mutarent neve iam irascerentur', 'sie hatten die absicht', XVI 361 τοὺς μὲν παῖδας ἐν κώμῃ τινὶ Σιδωνίων εἶχεν πλησίον τῆς πόλεως, ὡς ἔχειν, εἰ κληθεῖεν, παραστῆσαι, XVII 172 τοῖς ἰατροῖς δοκῆσαν ὥστε ἀναθάλπειν αὐτόν, XV 9 οὐκ οἰηθεὶς ἕτερον τρόπον μεταθεῖναι ἂν τὰς γνώμας τῶν Ἰουδαίων, ὥστε δέξασθαι τὸν Ἡρώδην, quae verba ex Strabone excerpta sunt, sed vid. supra p. 356, 1, XII 144 ἀπολύομεν αὐτοὺς τοῦ τρίτου μέρους τῶν φόρων, ὥστε αὐτῶν ἐπανορθωθῆναι τὴν βλάβην. vereor

1) cf. Galen. de haeres. ed. Helmreich act. sem. Erl. II 283, 13. 14 προσέταξε — ὥστε — πολεμεῖν.

2) de locutione δεῖσθαι ὥστε cf. Raab p. 33.

3) cf. Raab p. 35, qui aliud exemplum attulit.

ne huc referenda sint etiam IV 86 ἐφ' αἷς..πίστεσιν ὥστε μηδὲν ἀδικηθῆναι, XV 374 μέμνησο τῶν πληγῶν, ὥστε σοι καὶ τοῦτο σύμβολον εἶναι τῶν κατὰ τὴν τύχην μεταπτώσεων, A. III 129 παρέμεινε τὸ ἔθος ὥστε τὴν σινδόνα περικεῖσθαι ταῖς εἰσόδοις(?), A. XVIII 314 οὐκ ὄντος ἀπρεποῦς τοῖς ἐπιχωρίοις ὥστε τοὺς ἄνδρας ταλασιουργεῖν, XIX 76 ῥᾳστώνην αὐτοῖς ἔσεσθαι ὥστε τὴν ἐπιχείρησιν ποιήσασθαι, XIX 210 προσάγειν αὐτοῖς ἀνάγκην, ὥστ' αὐτοῖς χρήσασθαι πολέμου νόμῳ. locis postremis ὥστε c. inf. pro simplici infinitivi genetivo usurpatur. hanc notionum finalis et consecutivae confundendarum consuetudinem ab hominibus plebeiis profectam esse, qui non magnopere operam dant, ut illas accurate discernant, praesertim cum interdum altera ab altera proxime absit in unamque ambae coalescere videantur (cf. A. XVI 3), demonstrant libri sacri N. T., ubi legimus Matth. 27, 1 συμβούλιον ἔλαβον ὥστε θανατῶσαι αὐτόν et Luc. 9, 52 εἰσῆλθον ὡς ἑτοιμάσαι αὐτῷ, Act. 20, 24 Tisch.[1])

Accedo ad eam Flavii dicendi rationem, ut ἵνα, finalem coniunctionem, notione consecutiva instruat. etiam hunc usum notabilem paucis perstrinxit Carolus Raab p. 36, sed res digna est, quam iterum ita tractemus, ut simul quaedam addamus. primum ut Iosephi locos afferamus, legimus B. VI 2, 1 (81, 9) μὴ ἔγωγέ ποτε γενοίμην οὕτως αἰχμάλωτος, ἵνα παύσωμαι τοῦ γένους ἢ τῶν πατρίων ἐπιλάθωμαι, A. VIII 348 οὐ γὰρ δὴ κρείττων εἶναι τῶν πατέρων, ἵνα ἐκείνων ἀπολωλότων αὐτὸς ζῆν γλίχηται, XIII 199 οὔτε γὰρ κρείττων ἐγὼ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐμῶν, ἵνα φείδωμαι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, οὔτε χείρων, ἵνα τὸ τελευτᾶν ὑπὲρ τῶν νόμων φύγω καὶ καταλίπω. (quibuscum exemplis conferas B. I 23, 5 [89, 3] οὔτε γὰρ οὕτως εἰμὶ γέρων, ὥστ' ἂν ἀπελπισθῆναι ταχέως et A. IV 28 ἐγώ τε κρείττων ἢ κακουργεῖν). B. IV 3, 10 (304, 25) πρὸς τοσοῦτον ἥκομεν συμφορῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι καὶ πολέμιοι. huc etiam pertinet A. XII 424 μὴ τοῦτ' ἥλιος ἐπίδοι γενόμενον, ἵν' (ita codd. E, solus Zonaras ὥστε exhibet, sine dubio ex coniectura. cf. Niese vol. III praef. p. XIII) ἐγὼ τὰ νῶτά μου δείξω τοῖς πολεμίοις. haec quoque dictio non dubito, quin ex sermone populari in virorum litteratorum scripta se insinuaverit. velut in N. T. scriptum videmus Ioh. I 1, 9 πιστός ἐστιν καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, quem locum quamquam Winerus[2]) aliter interpretatur, tamen ita intellego, ut notionem consecutivam statuam, similiter Apocal. 13, 13 ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ 'magna (= tanta) miracula facit, ut ignem de caelo devocet'. pari modo bis hunc usum apud Lucianum deprehendimus.[3]) nec non

---

1) cf. Winer § 44, 1 adnot. p. 298^7, qui testatur hunc usum in deliciis fuisse scriptoribus Byzantinis.

2) § 53, 6 p. 430^7.

3) de luctu 19 (II 931) οὐχ οὕτως ἄσπορος οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχή, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. Ocyp. vers. 62 (III

conferantur Plutarchi verba moral. p. 67 f μὴ γένοιτό ϲοι οὕτωϲ κακῶϲ, ἵν᾽ ἐμοῦ ταῦτα ϲὺ βέλτιον εἰδῇϲ, eadem p. 179 b leguntur. Wyttenbachius hoc in Latinismis numerat, sed iniuria[1]), nisi forte statuas tales Latinismos omnino iam in sermonem vulgarem irrepsisse.[2])

§ 12. De infinitivo.

A. IV 299 προνοεῖϲθαι SP, προνοεῖϲθε ROL editores, IV 301 φυλάϲϲειν δὲ μάλιϲτα ἐν ταῖϲ μάχαιϲ ὡϲ μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ ϲκευῇ χρῆϲθαι κτέ. cum RO edidit Niesius, φυλάϲϲετε ceteros codices (MSPLE) secutus legit Naberus (φυλάττετε). IV 33 libri partes mutant, cum ibi RO imperativum, MSP infinitivum exhibeant: ϲὺ δὲ παραχώρηϲον RO, παραχώρηϲαι (corrige παραχωρῆϲαι) MSP. omnibus locis infinitivum ferri posse docet A. XVII 343 ϲὺ δὲ παραχρῆμα, φηϲὶν, πλέων μηδὲν εἰϲ ἀναβολὰϲ ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν πρὸϲ ἡμᾶϲ. accedunt pauca exempla eius capitis, ubi Iudaeorum leges enumerantur et explicantur: A. IV 228 τὴν γῆν μὴ ϲπείρειν, ib. 231 μὴ καλαμᾶϲθαι, ib. 275 μὴ ἐξεῖναι, ib. 276 μηνύειν τὰϲ ὁδοὺϲ καὶ μὴ ἐμποδίζειν, ib. 289 παῖδαϲ ὑπὲρ ἀδικίαϲ πατέρων μὴ κολάζειν, ib. 290 γάλλουϲ ἐκτρέπεϲθαι καὶ ϲύνοδον φεύγειν. concedendum est haec ad Hebraismos (vid. infra § 43), ut Wilamowitzius me monuit, pertinere videri (nam in lingua Hebraica satis saepe pro imperativo infinitivus ponitur)[3]), sed etiam apud ceteros posteriores exempla inveniuntur, quae huic infinitivo favent ut plurima apud Lucianum (Du Mesnil p. 27): Pseud. 16 (III 174) ϲὺ δὲ προϲέχειν τὸν νοῦν, rhet. praec. 10 (III 11) ϲὺ δὲ μήτε πείθεϲθαι μήτε προϲέχειν αὐτῷ, adv. ind. 7 (III 106), alibi, porro pauca Appiani (quattuor, Kratt p. 27) et Aristidis (unum, Schmid II 57). hanc dictionem posteriores a poetis mutuatos esse probabile est, sed minime apud veteres rerum scriptores exempla desunt velut apud Thucydidem paucis locis, paulo saepius apud Xenophontem et Herodotum.[4]) fuit, cum A. XIX 296 διὰ τούτων (ita codd., τοῦτ᾽ οὖν Niesius) ἐννοεῖϲθαι huc referre vellem, sed Udalricus de Wilamowitz mihi persuasit locum sic explicandum esse: ʻτοῦτ᾽

668) ποῖοϲ ϲτρατιώτηϲ γέγοναϲ, ἵνα παρεμβολὴν βαλὼν ϲὺ πληγῇϲ; cf. Heller l. l. p. 289). vid. etiam M. Rothstein, quaestiones Lucianeae. Berolini 1888. p. 36 adnot.

1) nam quomodo Iohannem apostolum arbitremur Latine didicisse? (an Ephesi?)

2) exempla, quae Kuehnerus II § 553, 2 adn. 3 in hanc rem attulit ex Homero, magnam dubitationem movent.

3) sed negari non debet in his legibus Hebraice scriptis (Deuter. 22, 4. 9. 23, 1. 24, 21. 27, 18) infinitivum non legi.

4) R. Wagner, der gebrauch des imperativischen infinitivs im Griechischen. progr. Schwerin 1891 p. 44. 45. cf. etiam F. Kieser, Thucydidea. Moguntiaci 1885 p. 19, R. Tetzner, der gebrauch des infinitivs in Xenophons Anabasis. progr. Doberan 1891 p. 22, Ios. Sprotte, die syntax des infinitivs bei Sophokles. I. progr. Glatz 1887 p. 6—8. cf. etiam G. F. Schoemann, zur lehre vom infinitiv in Fleckeiseni annal. (1869) p. 230.

ἐνεφάνιζεν ἡ τῆς ἁλύσεως ἀνάθεσις, ὅτι — διὰ τούτων ἐννοεῖσθαι hoc demonstrat catenarum dedicatio, quod Agrippa...perpessus est, inde colligi etc.'

Cum Polybio[1]) et Aristide[2]) et aetatis Romanae titulis[3]) in eo Iosephus congruit, quod interdum infinitivo pronomen reflexivum ita addit, ut accusativus cum infinitivo exsistat, si subiectum verbi finiti et infinitivi idem est, etsi non vis propria ac singularis illo pronomine continetur velut A. XII 364 οὐκ ἀξιοῦντες ἑαυτοὺς ὑπερορᾶσθαι, XI 242 παρεσκευακέναι γὰρ αὐτὴν (se = Estheram) δεῖπνον ἔλεγεν (Esthera), VIII 221. XII 257. Ap. I 92. B. I 26, 2 (99, 16). II 21, 7 (220, 22), passim. sed tamen accusativum tolerandum non censeo, quem legimus A. XI 246 ἔλεγέν τε μὴ ἀρέσκεσθαι Μαρδοχαῖον ὁρῶντα ἐν τῇ αὐλῇ τὸν Ἰουδαῖον. Amanus dicit uxori suae se non delectari adspectu Mardochai. ὁρῶντα igitur ad Amanum referendum est, sed ita omisso ἑαυτὸν Iosephum ipsum ad Amanum participii accusativum rettulisse mihi vix persuadeo. immo legendum est ὁρῶν. participii accusativus librarii neglegentia propter accusativum Μαρδοχαῖον, qui proxime antecedit, positus est. similiter A. V 112 editio princeps ἀρχὴ pro ἀρχὴν correxit.

Item librariis, non Iosepho accusativi cum infinitivis pro simplicibus infinitivis usurpati debentur: A. I 96 ἐδεῖτο τὸν θεὸν τοῦ λοιποῦ ἐπὶ τῆς πρώτης μένειν εὐταξίας. lege τοῦ θεοῦ. etiam Vit. 333 τὰ δ'... σῶσαί με τοῖς ἀπολέσασιν ἐδέοντο. corrige μου. cf. A. I 273 μᾶλλόν σου δεόμενος τυγχάνω, VII 275 γυναικὸς ἐδεήθησάν τινος κρύψαι, V 236. 241. 280. 291. XII 162, passim.

Contrarium vitium in libris legitur A. XVI 190 τούτῳ τῷ τρόπῳ ποικίλως ἐκπεριεληλύθει τὸν πατέρα μόνος ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἅπαντα πράττειν πεπιστευκώς. nec enim πεπιστευκώς ad Herodem (τὸν πατέρα) referri potest. Niesius πεπιστευμένος vel πεπιστευκότα proponit. si quis hoc recipiat, cum codice Ambrosiano αὐτὸν legendum est, sed obstat nominativus μόνος, quare πεπιστευμένος nuper non displicebat. sed nunc mihi Holwerdae scriptura πεπιστωκώς veri similior esse videtur: Antipater enim Herodem in eam opinionem adducebat, ut ille (Antipater) solus omnia propter huius (Herodis) salutem agere putaretur. porro A. XVI 43, ubi codicum verba μελέτη.·. ἀξιοῦντες εἶναι iam pridem μελέτην correxit editio princeps. quare non dubito, quin B. III 7, 15 (247, 21), ubi codices εἶναι γὰρ τῇ πόλει καὶ σωτηρίας ἐλπίς exhibent, ἐλπίδα corrigendum sit. nescio an eadem medela Lucian. Phal. II 5 (II 203) et Ps. Luc. Philop. 4 (III 591)[4]) adhibenda sit. aliter comparata sunt verba Aristidis[5]) ἐδόκει μοι Μητρόδωρος ἀγωνίζεσθαι κἀγὼ (sc. ἐδόκουν μοι) εἰπεῖν. neque magis huc pertinent exempla, quae Kaelkerus p. 280. 281 ex Polybio congessit.

---

1) Kaelker p. 280. 2) Schmid II 57. 3) Viereck p. 68.
4) cf. Du Mesnil p. 28. 5) Schmid II 57.

Recentiore tantum aetate[1]) verbum τυγχάνω impersonaliter usurpatum cum accusativo cum infinitivo iungitur, quae constructio ad exemplum verborum cυνέβη, cυνέπεcε formata esse videtur (cf. etiam supra p. 418) velut A. VIII 195 ἁμαρτεῖν αὐτὸν ἔτυχε καὶ cφαλῆναι, XII 129. 169. 320. XIII 284, alibi. sed Atticos verbo τυγχάνειν participium addere solere Iosephus non ignorat: A. XII 160 ἔτυχε — ἀποδημῶν. XIV 349. 372. 395. 439. 448. XV 29. 178. XVI 279. XVII 76. XVIII 206. 289. 320. V 216. B. I 12, 1 (46, 11), passim. porro si modo verba sana sunt, parum Graece dictum est A. XIX 40 ἔτυχεν ἡ αὐτὴ εἶναι τῆc παρουcίαc αὐτοῖc καὶ τῆc νίκηc. dignum, quod commemoretur, etiam ἐπιτυγχάνω simplici infinitivo vel accusativo cum infinitivo adiunctum esse videtur velut A. XIX 366 μένειν ἐπέτυχον et XX 184 Βήρυλλοc ἐπέτυχε γραφῆναι τὴν ἐπιcτολήν, B. I 15, 6 (59, 6) ἐπέτυχε δὲ καὶ Ἀντίγονοc ὑποδέξαcθαι.

Cυνέπεcε apud Atticos cum accusativo cum infinitivo[2]) obvium sicut apud Polybium (I 53, 4. III 107, 4) et Plutarchum (Rom. 8 [42, 10]) Iosephus ita usurpat A. XIII 276 προαχθῆναι τοὺc Cαμαρεῖc cυνέπεcε, IX 37. XI 1, alibi. idem ab illis discedit, quod etiam dativum cum infinitivo admittit: A. IV 87 cταcιάcαι — αὐτοῖc cυνέπεcε, XVIII 141. Vit. 13, aliis locis. nominativus cum infinitivo ex ἐξέπεcε A. XVIII 43 (φῦναι μέγαc ἐξέπεcε) pendet.

A. I 110 τοῦ δὲ θεοῦ κελεύcαντοc αὐτοὺc..cτέλλειν ἀποικίαc ROML Niesius praebent, αὐτοῖc SP Naberus, II 110 κελεύcαc τῷ ὑπηρέτῃ τἀργύριον..ἐνθέντι ἀπολύειν RO Niesius, τὸν ὑπηρέτην..ἐνθέντα MSPExc. Naberus (iniuria Erhardus Iahn l. l. p. 24 affirmat etiam in epitome haec verba legi), ib. 124 κελεύει τῷ ταμίᾳ τὸν cῖτον δοῦναι O Niesius, τὸν ταμίαν MSPLEExc. (τὸν ταμιεῖα R) Naberus, VI 31 ἐκέλευcε cυνερχομένοιc κρίνεcθαι ROM Nies., cυνερχομένουc SPE Nab., VIII 164 οἷc ἐκέλευcε πλεύcανταc (cave ex hoc accusativo quicquam colligi posse existimes). sic verba ex lectione ROM ὡc Niesius edidit, quem Naberus quoque sequitur, quamquam SLV οὓc exhibent, X 258 ἐκέλευcεν αὐτῷ φέρειν RO Nies., αὐτὸν SPLVE Nab., XIV 126 ἐκέλευcεν αὐτῇ omnes codices Graeci editoresque, αὐτὴν editio princeps, XVII 187 κελεύει.. κτείναcιν αὐτὸν ταφὰc ἀcήμουc ποιεῖcθαι PAM Nies., κτείνανταc cum epitome Nab., XVIII 117 τοῖc Ἰουδαίοιc κελεύοντα ἀρετὴν ἐπαcκοῦcιν καὶ.. εὐcεβείᾳ χρωμένοιc AMW Niesius, τοὺc Ἰουδαίουc..ἐπαcκοῦνταc..χρωμένουc epitomen secutus Naberus. quare miramur, cur idem A. VIII 164 suorum codicum testimonium aspernatus sit. quamquam apud Iosephum accusativus multo frequentior est quam dativus (vide exempla, quae plurima congessit Erhardus Iahn p. 24—28), tamen satis multi loci relinquuntur, qui-

1) cf. Kuehner II 484, 32, qui singula Pausaniae et Galeni exempla affert.
2) Thuc. 4, 68. Kuehner II § 473, 4.

bus dativum defendi videmus. satis habeo, praeter ea quae modo Iahni exemplis addidi, paucos infinitivos cum dativo coniunctos indicare, qui eum fugerunt: A. IV 241. XVI 365, si Niesium sequeris. XVIII 96. 316. XIX 160 (1, 19, 20, non 1, 19, 10, ut ait Iahnius). ceterum XVIII 343 (9, 4, 31 apud Iahnium p. 28) huc non pertinet, cum dativus αὐτῷ ex locutione cυγχώρημα γενέcθαι pendeat. quid quoque loco dubio verum sit, pro certo affirmari nequit. quare res codicum auctoritate diiudicanda erit, praesertim cum eadem ratio apud alios posteriores ut Plutarchum et Appianum[1]) et Polyaenum[2]) observetur. sed id mihi non probatur, quod Carolus Stegmann[3]) dativum ex Plutarchi scriptis eici iubet. dativum enim tituli illius aetatis satis tuentur velut CIG. 5127 b, 22 (saec. II post Chr.) οἷc καὶ τοὺc αἰγιαλοὺc τῆc θαλάccηc φυλάccειν ἐκέλευcα. addere liceat, quae nuper in Aegypto detecta sunt: euang. Petri v. 2 Harn. ὅcα ἐκέλευcα ὑμῖν κελεῦcαι et v. 47 κελεῦcαι τῷ κεντυρίωνι καὶ τοῖc cτρατιώταιc μηδὲν εἰπεῖν. Luciani locum dial. mort. 1, 1 (I 329) coὶ κελεύει ὁ Διογένηc ἥκειν Sommerbrodtius temptavit Schwidopio auctore cὲ recipiens[4]), nescio an iniuria.

Proprium est et Iosephi et N. T. διατάccω cum accusativo et infinitivo coniungere velut A. IV 75 κοινωνεῖν διέταξε καὶ οἰκέταc καὶ θυγατέραc καὶ γυναῖκαc, ib. 175 μένειν τὸν κλῆρον διετάξατο, ib. 205 διετάξατε τοῖc ἱερεῦcι δεδόcθαι, item IX 273, XI 100 τὴν δαπάνην γίνεcθαι διετάξατο κτέ., ib. 101. XII 141 διετάξατο..τάλαντα τῷ ἱερεῖ δοθῆναι. cf. Luc. 8, 55 διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν, Act. 24, 23. similiter A. IX 147 προcδιέταξε μέροc τι τῶν ἱερέων καὶ Λευίταc περὶ αὐτὸν εἶναι τὸν βαcιλέα. sed solius Iosephi esse videtur accusativus cum infinitivo post ἐκτάccω positus: A. IV 68 τὸν λαὸν ἐξέταξε δεκάτην τελεῖν.

Kuehnerus II § 484, 23 nos docet ἀνέχεcθαι cum infinitivo conexum apud veteres significare 'in animum inducere' atque omnino raro hac notione inveniri. Iosephus quamquam satis saepe participium adhibet ut B. I 10, 4 (39, 32). A. XIV 157, XVI 73 οὐκ ἀνέξονται μὴ τιcάμενοι, XVI 293. 305. XIX 12. 26. XX 39, tamen interdum infinitivum admittit, non solum ita, ut ἀνέχομαι significet 'audere', sed etiam ita, ut sit 'pati, sinere': A. XVI 115 ἡ τῶν ἀρχομένων εὐcέβεια ἠνέcχετο ἂν πατροκτόνουc ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι καὶ εἰc τὸν ἁγιώτατον ναὸν εἰcιέναι, XVI 210 τὶc γὰρ ἂν ἠνέcχετο τὸν πατέρα μὴ τίcαcθαι; XVIII 241 ἐπικρύπτεcθαι οὐκ ἠνείχετο τὴν δυcτυχίαν τοῦ φθόνου. Ap. II 160 οὐθὲν ἀνέχονται ἐξαμαρτεῖν 'nihil committere audent', B. I 3, 2 (16, 25). Ap. II 175 ἠνέ-

---

1) Kratt p. 65.
2) Malina p. 32.
3) kritische beiträge zu den moralia des Plutarch. progr. Geestemünde. Lipsiae 1886. p. 23.
4) cf. Somm. Lucianus 1 2 adnot. crit. p. XLII.

cχετο καταλιπεῖν in codice Laurentiano interpolata sunt, quare Niesius κατέλιπε ex Lat. correxit. cf. ibid. paulo supra § 174.[1])

Venio ad infinitivum articulo vi substantivi instructum. apud poetas et Herodotum praeter nominativum infinitivi casus obliqui aut rarissime aut nusquam occurrunt. hi crebriores esse incipiunt apud Thucydidem, oratores, Platonem, Xenophontem et persaepe a praepositionibus pendent, non solum ita, ut simpliciter articulus nudo infinitivo addatur, sed etiam ita, ut infinitivus articulo instructus multis additamentis, participiis, enuntiatis secundariis, aliis id genus insertis audacter (inprimis a Demosthene) ornetur.[2]) posteriores Atticos liberius et audacius amplificatione admissa imitati sunt ut Polybius[3]), Appianus[4]), ita Iosephus. habemus enim nominativum infinitivi: A. II 135 ἐπέτεινε τὸ δεινὸν αὐτοῖc καὶ τὸ δόξαντας ἤδη διαφυγεῖν τὰ cκυθρωπὰ διαφθονηθῆναι, XV 304. 422. XVI 2. 40. 251. 331. 359, passim, accusativum: A. VI 67. X 33. XIV 184. 285. 463 ἀγαπῶντες τὸ μηδὲν αὐτοὶ παθόντες εἰς τὸ πρόςθεν διεκπεςεῖν, XV 59. 134. 143. 158. 219. 239. 248. 265. 330. XVI 32. 238. 259, passim, dativum XIV 187. 291. 461. XV 55. 117. 204 ἤχθετο τῷ μηδ' εἰ πάςχοι τι δεινὸν ἐκεῖνος ἐλπίδα τοῦ βιώςεςθαι δι' αὐτὸν ἐςχηκέναι, 250. 265. 287. XVI 88. 131. 195. 263. 295. 355. 358, passim, genetivum pendentem ex verbis A. XII 274. XIV 180 ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ καὶ τοῦ κληθῆναι κτέ., XIV 1 τοῦ μηδὲν παραλιπεῖν — προμηθούμενοι, ib. 44, XV 34 ἀποςτήςεςθαι τοῦ δίκαιος εἶναι, XV 82. XVIII 118. XX 254, aliis locis, ex substantivis A. XIV 44. XV 59. 177. 204, 238 ἀφορμὴ τοῦ μὴ κεχαριςμένως τῷ βαςιλεῖ μηδὲ πρὸς ἡδονὴν ζῆν, 263. 271 φιλοτιμίᾳ τοῦ διάςημον γενέςθαι τὴν ἐπίδειξιν, 310. 319. XVI 11. 54. 59. 69. 71. 102. 157, passim. quare A. V 129 (παυςάμενοι πάντες οἱ μὲν τοῦ κτείνειν, οἱ δὲ <τοῦ> κινδυνεύειν) Naberum iure articulum addidisse puto. idem censeam de duobus aliis locis: A. V 110 παρακαλοῦμεν ὑμᾶς μὴ παραςχεῖν ἡμῖν ἀνάγκην ἀμύναςθαι 'vos obtestamur, ne nobis necessitatem afferatis belli vobis inferendi'. articulus τοῦ ante ἀμύναςθαι inserendus est, quoniam etiam paulo infra (§ 112) ἀνάγκη τοῦ ςωφρονεῖν librorum consensu traditur. similiter A. V 114 articulum desidero: χαίρων, ὅτι μηδεμία ςτρατολογεῖν αὐτοὺς ἀνάγκη μένει (egregie sic Naberus codicum lectionem μέλλει correxit) κτέ. malim τοῦ ςτρατολογεῖν: 'gavisus, quod nulla exercitus cogendi necessitas se maneret, sibi instaret'. sed tamen non licebit, quamquam A. XVII 161 ἀδυναμίᾳ τοῦ ςτῆναι et B. V 8, 1 (40, 17) ἀδυναμίᾳ τοῦ ὅλην πόλιν ἑλεῖν legis, XVIII 174 ante μὴ

1) cf. Arrian. II 17, 3. V 29, 1. Boehner p. 38. Galen. de haeres. ed. Helmreich (act. sem. Erl. II 278, 9) ἀκούειν ἀνέχονται.

2) Fr. Birklein, entwicklungsgeschichte des substantivierten infinitivs. Schanz, beiträge zur histor. syntax. III 1. Wirceb. 1888.

3) Kaelker p. 253.

4) Kratt p. 27.

(νομίcαc ἀδυναμίᾳ μὴ βοηθεῖν) articuli genetivum inserere, nam hoc dicit scriptor: quidam ratus eum (hominem saucium, cuius cicatrices muscae circumsedent) sibi ipsum propter imbecillitatem subvenire, hoc est muscas arcere non posse, eas depellere conabatur. immo αὐτὸν ante ἀδυναμίᾳ desideratur. minus saepe genetivus ex adiectivis pendet velut XV 212 ἐν μέcῳ τοῦ cτυγεῖν καὶ cτέργειν, B. I 25, 1 (96, 15) κἂν ᾖc λίαν πατὴρ τοῦ κολάζειν υἱὸν ἐπίβουλον ἀτονώτεροc aut ab adverbiis velut οὐ πόρρω τοῦ δύναcθαι, A. XIII 426, ib. 138.[1]) saepissime vero infinitivus post praepositiones ponitur velut ἀντὶ τοῦ c. inf. A. XVI 107. cf. etiam Iac. 4, 15. ita saepius apud oratores Atticos[2]), ἀπὸ τοῦ A. XII 22[3]) (a Platone potissimum usurpatur), ἐκ τοῦ A. III 308. 316. IV 13. 27. 29. 225. XV 36. 58. XVI 83. 156. 193, passim[4]), περὶ τοῦ A. IV 253. XIV 182. 226. (Polyb. I 2, 8), ὑπὲρ τοῦ A. I 70 ὑπὲρ τοῦ μὴ διαφυγεῖν, ib. 205 ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ γένοc ἐκλιπεῖν, ib. 319 ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν, II 99 ὑπὲρ τοῦ γνῶναι, ib. 314. III 161. 236. IV 76. 167. XII 376. XIV 51. 81. 147. 372. Vit. 167 ὑπὲρ τοῦ μὴ κατάδηλα τοῖc Τιβεριεῦcιν εἶναι τὰ πλοῖα, ib. 173. 184. 242. 270. 398[5]), πρὸ τοῦ vid. supra p. 395, μέχρι τοῦ vid. infra p. 428, ὑπὸ τοῦ A. XIII 303 ὑπὸ τοῦ φιλεῖν αὐτὸν οὐ προcέχων τοῖc λεγομένοιc 'quod eum diligebat, eorum quae dicebantur rationem non habebat', XIX 34 χρώμενοc τῷ Χαιρέᾳ πρόc τε τὰ φονικὰ καὶ ὁπόcα cτρεβλώcεωc δέοιτο ὑπὸ τοῦ νομίζειν ('quod putabat') ὠμότερον διακονήcεcθαι, ib. 206 ἡμίεργον ὑπὸ τοῦ ἀμβλυτέρωc αὐτῷ ἐπιπονεῖν 'ea moles, quae navibus frumentariis ex Aegypto venientibus circa Rhegium et Siciliam receptaculo esset, infecta relicta est, quia Gaius segnius in exaedificatione versabatur', item V 198[6]), μετὰ τοῦ A. II 292. XVI 13. 21[3]), ἕνεκα τοῦ A. XI 293.[7]) sequuntur praepositiones cum dativo, ἐν τῷ c. inf. XII 33. XV 141. XVI 34. 59. 77. 90 (si quis editionem principem sequitur, sed alia medela opus est). 134. 157. 238. 378, passim, ἐπὶ τῷ A. I 211. IV 3. 126 (bis). 171. 237. XIV 15. 317. XV 40. 369, saepius.[8])

---

1) πόρρω c. infin. aliquotiens ab oratoribus et a Platone, semel ab Isocrate usurpari testatur Birklein p. 106.

2) Birklein p. 104. semel apud Polybium, aliquotiens apud Diodorum, Krebs, praep. p. 33.

3) si Kaelkeri et Krebsii silentio fides est, apud Polybium non leguntur ἀπὸ τοῦ, ὑπὸ τοῦ, μετὰ τοῦ c. infin.

4) Polyb. I 69, 8, Kaelker p. 253, Krebs p. 64.

5) Philo opific. m. 11, 14 ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέcθαι. Polyb. I 43, 1. XX 15, 6 Hu.[1]

6) quae exempla Krebs praep. p. 47 congessit, ubi ὑπὸ cum genetivo post verba activa ponitur, ea aliter comparata sunt.

7) ἕνεκα τοῦ c. inf. ap. Polyb. sexies, sed multo saepius χάριν, Krebs, praepositionsadv. I 56. 57, ἕνεκα τοῦ c. inf. in N. T. semel (Winer § 44, 6 p. 308[7].

8) de Polybio cf. Kaelker p. 253. Krebs p. 89.

πρὸς τῷ A. V 72. X 7. B. II 15, 1 (176, 5).[1]) addo εἰς τὸ A. II 45. IV 4. XII 184. XIII 300. XV 49. 129. 212. XVI 240, alibi. hanc structuram in deliciis habet Xenopho.[2]) μετὰ τὸ occurrit binis locis apud Herodotum et Demosthenem, semel apud Platonem, sed non sensu vulgari.[3]) habes hoc apud Iosephum A. VII 113. 342. XI 2. 93. XII 42. XIV 123. ex Polybio Kaelkerus nihil in hanc rem adnotavit, sed Krebsius p. 61 nos docet μετὰ apud Polybium, praesertim in posteriore parte, ita persaepe legi.[4]) porro πρὸς τὸ A. III 165 (bis). 167. XIV 170. XV 148. 164. 368. XVI 25. 70. 87.[5]) saepissime vero exstat διὰ τὸ ut iam apud Atticos[6]): A. III 181. 183. 190. 217. IV 179. XII 111. XIV 22. 80. 118. 226. 232. 242. 250. 387. 406. 440. XV 20. 151. 212. 313. 315. XVI 240. 288. 334. XVII 32. 231 (bis brevi intervallo διὰ τὸ μὴ βασιλείας ἀντιποιουμένῳ καλῶς ἂν συγκεχωρῆσθαι, διὰ τὸ Καίσαρα τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐξουσίας ἀφαιρεῖσθαι), passim.[7])

Adiungo genetivum infinitivi sensu finali positi, qui apud Atticos quoque nonnumquam exstat. adamatur inter veteres a Thucydide (duodecies), sexies in Demosthenis orationibus legitur, quae quidem vere ab eo scriptae esse existimantur, sexies in eis, quae eius nomine feruntur, quinquies apud Xenophontem, ter apud Platonem, semel in Lysiae oratione spuria.[8]) saepius vero statim ut sermo communis litteris mandari coeptus est, invenitur.[9]) octies in Polybii scriptis eum habemus, cuius exempla frustra corrigere conatum esse in Fleckeiseni annal. (1888) p. 617 sqq. Edmundum Lammert existimo. sed apud Iosephum hunc infinitivi usum ad tam pauca vestigia redactum vides, ut dubitari possit, num re vera ita infinitivi a Iosepho scripti sint, qui quidem ceteris locis, ubi vis finalis infinitivo exprimitur, aut ἕνεκα aut saepius ὑπέρ c. gen. (vid. supra p. 426) adhibere solet. sed tamen hunc infinitivum finalem tolerandum puto, nam, ut infra demonstrabimus, eum ex sermone vulgari irrepsisse probabile est. quae Flavii exstant exempla, haec sunt: A. VIII 214 214 ἐδόκει τὸ βουλεύσασθαι τοῦ μὴ παραυτίκα ἀπειπεῖν ἀγαθῆς ἐλπίδος ἔχεσθαι, quae verba Naberus iure intacta reliquit, Niesius dativo τῷ proposito mutavit. sententia autem haec est: quod Roboamus (Rehabeam) non statim negaverat, quae populus postulabat,

1) cf. Hultsch, d. erz. zeitf. p. 358, 2.
2) Birklein p. 89, cf. etiam Polyb. I 74, 14.
3) Birklein p. 47. 70. 80. 108.
4) de titulis cf. Viereck p. 68. ceterum cf. etiam Raab p. 40, de Nov. Test. (Matth. 26, 32) Winer § 44, 6 p. 309[7].
5) Polyb. I 48, 5. Hultsch, die erzähl. zeitf. b. Polyb. l. l. p. 358, 2.
6) Birklein p. 107.
7) de Polybio cf. Kaelker p. 253. Krebs, praep. p. 69. vid. etiam Krebs, praepositionsadv. I 49 adnot. 1.
8) Birklein p. 55. 102.
9) cf. etiam Latinorum genetivus gerundii finalis (Draeger, annal. d. Tacitus, praef. p. 25), qui primum apud Terentium observatur et Taciti proprius est.

et de postulatis consultare constituerat, populum bona spe afficiebat. XIV 408 ἐπέστειλεν σῖτα κατάγειν εἰς Ἱεριχοῦντα τοῦ μηδὲ τὰς ἑξῆς ἡμέρας εἰς χορηγίαν τοὺς στρατιώτας ἐπιλιπεῖν 'frumenta in urbem Iericho transportari iussit, ne per dies insequentes milites inopia premerentur', Vit. 47 ἐπιμείνας ἡμέρας τέσσαρας ὁ Φίλιππος ἐκεῖ, τῇ πέμπτῃ φεύγει περιθετῇ χρησάμενος κόμῃ τοῦ μὴ κατάδηλος γενέσθαι, 'coma empta usus fugit, ne agnosceretur'. nescio an huc referenda sint verba A. XII 232 καὶ ταῦτ' ἐπίτηδες ἀσφαλείας ἕνεκα τοῦ μὴ πολιορκοθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν καὶ κινδυνεῦσαι ληφθεὶς κατεσκεύασεν. praepositio ἕνεκα, si verbum ἀσφαλείας recte traditum neque interpolatum est, ad hoc pertinet, non ad genetivum infinitivi, sed fortasse καὶ post ἕνεκα inserendum est ut B. IV 9, 2 (341, 15) συναφείας δὲ ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ διηρτῆσθαι τὴν ἱστορίαν. hic procul dubio genetivus infinitivi a praepositione ἕνεκα pendet. similiter A. VII 37 πλεονεξίας ἕνεκα καὶ ἀρχῆς καὶ τοῦ μηδενὶ τούτων παραχωρῆσαι. accedit A. XVII 68 πολὺ τοῦ μὴ ἀπιστίαν ἔτι ὑποπτεύεσθαι συνῆγεν αὐτοῖς. sed huc non pertinet mea quidem sententia A. IX 83 ἵνα φυλακὴ τῇ στρατιᾷ γένωνται τοῦ μηδὲν ὅμοιον παθεῖν αὐτὴν ἀνυπόπτως προελθοῦσαν. genetivus enim infinitivi a substantivo φυλακή pendet. latissime apud Arrianum[1]) et in libris sacris LXX virorum hic infinitivus finalis patet (Gen. 1, 14. 24, 21, passim) nec non in N. T. multa exempla leguntur.[2]) quare iure suspiceris eum sermonis vulgaris potissimum proprium fuisse. addere liceat hanc dictionem etiam in Dionis Chrysostomi[3]) et Appiani[4]) et Aristidis[5]) scriptis observari.

Praepositio μέχρι cum genetivo infinitivi coniuncta aliquotiens iam apud Atticos legitur velut bis apud Thucydidem, semel apud Isaeum, ternis locis apud Demosthenem (qui ἄχρι quoque ter ita usurpat) et apud Platonem, sexies apud Xenophontem.[6]) inter posteriores μέχρι ita usurpant Theophrastus[7]), Polybius, Diodorus, Dionys. Halic.[8]) adde Galen. de haeres. ed. Helmreich act. sem. Erl. II 276, 1 (ἄχρι τοῦ καὶ τὰ γνάφαλα διαβρέξαι). ad hos accedit Iosephus quoque A. V 317 μέχρι τοῦ τελευτᾶν, VII 346 μέχρι τοῦ πυθέσθαι, XI 155 μέχρι τοῦ δακρύειν. haec structura per se nihil, ut vides, habet inusitati, sed notandum est etiam ἕως ita a posterioribus usurpari ut a Polybio[9]), ita a Iosepho A. XV 377 ἕως καὶ τοῦ βασιλεύειν καὶ εὐτυχεῖν. Krebsio assentiri non possum, cum dicit huius structurae (ἕως τοῦ c. inf.) auctorem fuisse

---

1) Boehner p. 37. Krebs, praepositionsadv. I 54.
2) Winer § 44, 4b p. 304—307[7].
3) semel Schmid I 90. 4) Kratt p. 27.
5) ter, Schmid II 40, qui titulum quoque tertii a. Chr. saeculi exeuntis affert. 6) Birklein p. 57. 63. 70. 80. 89.
7) sexies, Müller, sprachgebr. d. Th. p. 4.
8) Krebs, praepositionsadv. I 51. in N. T. μέχρι aut ἄχρι cum infinitivo non occurrunt (Winer § 44, 5 p. 308[7] adn. 3).
9) Kaelker p. 274. Krebs, praepositionsadv. I 52.

Polybium (l. l. p. 52), immo mihi persuasi iam in sermone vulgari eam usitatam fuisse et inde in virorum litteratorum scripta se insinuasse. cf. Gen. 28, 15 ἕως τοῦ ποιῆςαί με πάντα, ib. 33, 3 ἕως τοῦ ἐγγίςαι, Act. 8, 40 ἕως τοῦ ἐλθεῖν. sed in eo Iosephus a ceteris sermonis communis scriptoribus discedit, quod primus et μέχρι et ἕως simplici infinitivo adiungere ausus est ut postea saepius Appianus[1]): A. XIX 273 μέχρι δὴ καὶ τὴν κώπην τῷ τραύματι ςυνελθεῖν, B. II 21, 5 (219, 11) μέχρι πάντων τὰ ςπλάγχνα γυμνῶςαι, tum A. XV 56 ἕως καὶ παντάπαςιν ἀποπνῖξαι et Ap. I 192 ἕως αὐτοῖς ςυγγνόντα τὸν βαςιλέα δοῦναι τὴν ἄδειαν.

A. VII 88 εἰ — περιορᾶν codd., περιορᾷ epitome, VIII 121 μνημονεύειν, ὡς οἷς ἐκτήςαντο τὰ παρόντα ἀγαθὰ τούτοις αὐτὰ καὶ βέβαια ἕξειν καὶ μείζω καταςτήςειν cum libris RO Niesius legit in editione maiore, idem futuri indicativos ἕξει et καταςτήςει in minore exhibet, Naberus autem editionem principem ἕξουςι exhibentem et codices MSP καταςτήςουςι tradentes sequitur. XVII 67 καὶ γὰρ δὴ καὶ νῦν εἴ τι πάςχειν αὐτὸν ἀδελφῷ μᾶλλον ἢ παιδὶ τῷ αὐτοῦ κελεύειν τὴν ἀρχὴν δίδοςθαι. ita libri, tantum epitome, quam Naberus sequitur, αὐτὸν ςυμβαίη exhibet. Niesius πάςχει conicit et in editione minore reposuit. ut omittam hoc loco eius coniecturam ipso hiatu non commendari, in oratione obliqua post coniunctiones εἰ ἐπεὶ sim. infinitivi ferri possunt[2]): A. VIII 409 ὡς θεὸν αὐτῷ ςημαίνειν, quae verba minime Naberus mutare debebat θεὸς ςημαίνει scribens, X 34 ἐπεὶ δ' οὐκ εἶναι δυνατόν, XVI 60 ἐπεὶ δὲ ἃ καὶ πρότερον εἰλήφαςιν ἄκυρα μὴ γενέςθαι, XVII 234 εἰ τοιαῦτα εὐεργετήςαντος αὐτὸν τοῦ πατρὸς καὶ οὕτως μεγάλων ἠξιωκότος τοιοῖςδε ἀμείβεςθαι τὸν νέκυν, ib. 239 εἰ δὲ καὶ πρότερον εἰς αὐτὸν ἐπίςης τοῖς νῦν διατεθεῖςθαι τὸν πατέρα, XIX 243 μηδ' ὅπως ςπάςαι τὰ ξίφη εἰδότας. haec, quae modo attuli, exempla omnia intacta relinquenda esse censeo neque recte fecisse Naberum existimo, quod postremo loco Hudsoni coniecturam recepit, praesertim cum plurima in libris illis posterioribus inveniantur, quos saepius iam commemoravi a ceteris differre. sed A. XIV 259 et 312 huc non pertinent, quod ibi orationem obliquam non habemus, sed narrationem edicti, hic orationem rectam. quare priore loco cum PFLM suo iure ἐπεὶ — παρεκάλεςαν editores scripserunt, altero ὥςπερ οὖν — ἀναφέρει iam Dindorfius correxit. in universum haec constructio ne Atticis quidem incognita erat.[3])

---

1) Krebs, praepositionsadv. I 51.

2) De simili intra enuntiata relativa usu Iosephi egit Raab p. 15 ad A. II 48, ubi idem Niesius μετέχει pro μετέχειν coniecit. satis eum refutavit Raabius. exemplis, quae idem attulit, adde A. V 112. 239.

3) cf. Thucyd. II 93, 3. 102, 5 (saepius intra enuntiata relativa, vid. Classen ad I 91, 5). IV 98, 3. Xen. Mem. 1, 1, 13 (Anab. 5, 7, 18. cf. Cobet, nov. lect. p. 470). Plato Protag. 353a. de rep. 487. 620. 621. Dem. 19, 306. 23, 117. 24, 212. vid. etiam Krueger ad Thucyd. II 93, 2 (= 3 Class.) et gr. sprachl. I 55, 4, 9.

B. II 16, 4 (188, 18) offendit simplex infinitivus aoristi ex δέδοικα dependens ἁπάντων ἐχόντων Ῥωμαίους δεσπότας ἢ δεδοικότων σχεῖν 'cunctis aut Romanos dominos iam habentibus aut ne habituri sint metuentibus'. inest igitur in verbo δέδοικα notio 'timendi, fürchten', non 'dubitandi, bedenken tragen'. haud ignoro etiam ubi illa notio statuenda est, apud veteres interdum infinitivum occurrere[1]), sed ni fallor, saepius infinitivus praesentis aut futuri quam aoristi.[2]) quoniam apud Iosephum post verba timendi aliis locis velut A. VI 316. VII 37. Vit. 148 futuri quidem infinitivus usurpatur, non, quantum video, aoristi, — verbum κινδυνεύω, quod quidem persaepe cum aoristi infinitivo coniungitur, huc non referam nec magis Vit. 172 δείσαντος προελθεῖν, quia hic notio 'dubitandi' subest — hoc, de quo disputamus, loco δεδοικότων σχήσειν legi malim. si quis sumat μὴ particula omissa σχεῖν ex σχοῖεν depravatum esse statuatque scribendum esse δεδοικότων μὴ σχοῖεν (cf. A. IV 5 μὴ — προσσχοῖεν et XI 96 δεδιότων μὴ)[3]), obstat tempus primarium.

Saepe Iosephus coniunctiones adhibet, ubi Attici infinitivum praeferunt. hoc proprium est sermonis vulgaris, quippe qui omnino soleat copiose et ambagibus rem tractare. iam exeunte saeculo quarto hic usus interdum observatur sicut ὅπως pro infinitivo legitur. rarius ἵνα ita occurrit, quare haec dictio apud posteriores imprimis obvia notanda est. hac in re conspirant non solum libri sacri et Veteris et Novi Testamenti[4]), sed etiam Dionysius Hal., Polybius[5]), Cassius Dio.[6]) eadem dictione Graecos novellos uti me monuit Fridericus Leo. Iosephi consuetudinem primus paucis tetigit Holwerda emend. Flav. p. 96 sq., tum pluribus tractavit Carolus Raab p. 32—35. si rem denuo profero, hoc eo consilio fit, ut pauca addam, quae vir doctus omisit, tum illustrem, utra constructio (infinitivus an coniunctio) apud Iosephum praevaleat. ut incipiamus a verbis rogandi,

———

1) vid. Classen ad Thucyd. I 136, 1. V 105, 3. aliter comparata sunt verba IV 110, 2.

2) Krueger, gr. spr. I 55, 3, 18. de Aristide (semel) cf. Schmid II 57.

3) occasione hac data alium locum corrigam, ubi re vera tale quid peccatum esse suspicor. A. VI 64 legimus ἀμηχανούντων καὶ φροντιζόντων ὅτι καὶ (ita RO Niese, καὶ om. MSP Nab.) γένοιτο ἀφανὴς ὁ Σαοῦλος. etsi interpreteris: 'metu perterriti erant, quod putabant Saulum perisse', tamen offendit ὅτι. cf. A. II 117 φροντίζειν τῆς Σεμεῶνος σωτηρίας μὴ — ἐκεῖνος ἀπόληται. exspectamus igitur μὴ pro ὅτι. vitium ita ortum esse puto. Iosephus φροντιζόντων ἔτι μὴ γένοιτο κτέ. scripsit. tum μὴ excidit ut saepius librariorum neglegentia (cf. Cob. nov. lect. p. 661). postea ἔτι facile in ὅτι abire poterat, id quod A. X 27 in codice M observamus. accedit, quod ἔτι hoc loco apte ponitur: 'während sie noch in verlegenheit und in sorge um Saul sind, fleht der prophet zu Gott und erfährt sogleich Sauls schicksal.'

4) Winer § 44, 8.

5) Kaelker p. 290.

6) Niemeyer in Fleckeiseni annal. 113 p. 584 (1876). cf. Schenkl, jahresber. üb. d. fortschr. etc. 1883, 1 p. 187.

legimus δέομαι ἵνα A. VI 321. XII 121. 125. XIV 254 ἐδεήθη ἵνα πέμψωσι, porro ὅπως ponitur A. VII 191. IX 9. X 176. XII 204.[1]) multo vero saepius Iosephus δέομαι infinitivo adiungit, cuius exempla passim in omnibus antiquitatum libris exstant: A. VII 196. VIII 5. IX 34. X 41, alibi. similiter αἰτῶ ἵνα: XIV 235 αἰτησαμένοις ἵν' ἐξῇ, ὅπως A. XVI 173. XIX 288, saepius cum infinitivo (vel. accus. c. inf.) A. XI 232. 246. 338. XIII 413. XVIII 192. XIX 277. XX 12. 162. accedo ad verba postulandi et imperandi: γράφω ἵνα[2]): A. XI 7 γράψειν τοῖς γειτονεύουσιν, ἵνα συμβάλωνται, ib. 127 ἔγραψα τοῖς γαζοφύλαξιν, ἵνα ἐπιμεληθῶσιν, XII 202 γράφουσιν, ἵν' αὐτὸν διαφθείρωσιν, XVI 168[3]), coniunctio ὅπως usurpatur ut apud Plutarchum Dem. 47 (339, 22), ita a Iosepho A. XI 94. XII 39. 415. XIV 257, saepius infinitivus sequitur velut A. VII 26. XI 92. 293. XII 16. 201. XIII 24. XVIII 115. huc pertinet etiam locutio κομίζω γράμματα ὅπως: A. XI 166 κομίσαι γράμματα, ὅπως τιμῆς αὐτὸν ἀξιώσωσι. cf. ib. 286 οἱ κομίσαντες τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα ἐδήλουν, ὅπως τοὺς ἐχθροὺς ἀπολέσωσιν, B. II 15, 3 (176, 24) διεδήλου τοῖς ἑκατοντάρχαις ὅπως παραγγείλωσι. ut persaepe in N. T.[4]), ita apud Iosephum ἵνα ex παρακαλῶ pendet: A. XI 338 παρακαλεσάντων δ' αὐτὸν, ἵνα ἐπιτρέψῃ, XIV 168 παρακαλοῦσαι τὸν βασιλέα καὶ τὸν δῆμον, ἵνα δίκην Ἡρώδης ὑπόσχῃ, ib. 260 παρεκάλεσαν, ἵνα κατὰ τὰ νομιζόμενα ἔθη συνάγωνται καὶ πολιτεύωνται, B. I 26, 3 (101, 25) παρακαλοῦντος, ἵνα αὐτὸν δέξηται. idem verbum sequitur ὅπως: A. VIII 143. XII 17. 118. XIII 76. 125. saepissime vero occurrit infinitivus (sexagies bis in libris XI—XII). de verbo προστάσσω vid. Holw. emend. p. 27. Raab p. 33. addere liceat etiam in titulo tertii p. Chr. saeculi (292/305) CIG. 4892, 7 προστάσσω ἵνα occurrere: προσετάξαμεν, ἵνα — ἀποστρέψιε (sic), tum ὅπως in lapide Rosettano anni a. Chr. centesimi nonagesimi sexti CIG. 4697, 16 προσέταξεν, ὅπως μηθὲν διδῶσιν, ubi in eadem paragrapho legitur προσέταξεν καὶ τὴν σύλληψιν μὴ ποιεῖσθαι. ἀξιῶ ἵνα legitur A. XIV 22 ἠξίουν, ἵν' ἀρὰς θῇ κατὰ Ἀριστοβούλου, B. VII 6, 4 (143, 23) ἀξιοῦντες, ἵνα ἀδεεῖς ἀπαλλάττωνται, Ap. I 237 ἀξιωθεὶς, ἵνα κατάλυσιν αὐτοῖς ἀπομερίσῃ. CIG. 4892, 13 (saec. III p. Chr.) ἠξιώσατε, ἵνα κελεύσωμεν, sed multo saepius infinitivus (vel accusativus c. inf.) occurrit, in decem libris posterioribus circiter nonagies sexies. similiter ἐντέλλειν

1) δέομαι ἵνα etiam Luc. 9, 40. Lucian. de dom. 9, III 135 (Du Mesnil p. 17). Dion. Hal. IV 12, 1. δέομαι ὅπως Apocal. Petri v. 5 Harn.

2) cf. CIG. 4957, 48 anni 68 post Chr. παραγγέλλω τοῖς στρατηγοῖς, ἵνα — ἀποκαταστήσωσιν, sed ibid. vers. 52 τοῖς αὐτοῖς παραγγέλλω μηδὲν ἐξομοίωμ[α ποιεῖσθαι μηδὲ παρα]γράφειν.

3) cf. Pol. III 25, 3 ἔγγραπτον ποιείσθωσαν, ἵνα ἐξῇ. Polyb. IV 26, 3 ἔπεμψε τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιστολὴν διασαφῶν, ἵνα — ποιῶνται τὴν διεξαγωγήν. cf. Stich, act. sem. Erl. II 203. Cass. Dion. 49, 18.

4) Marc. 5, 18. 8, 22. Luc. 8, 31. Cor. I 1, 10. II 9, 5. Winer § 44, 8 p. 315[7].

ἵνα: A. VII 356 Σολόμωνι ἐντετάλθαι, ἵνα εὐσεβῶς προστῇ, sed A. VIII 375 ἵνα et ὅπως alternant: ἐντειλάμενος ἂν μὲν εἰς μάχην ὦσι προεληλυθότες, ἵνα δήσαντες ἀγάγωσι πρὸς αὐτόν, ἂν δ' εἰρηνικῶς, ὅπως ταὐτὸ ποιῶσιν. infinitivus exstat B. I 30, 5 (114, 6) τούτῳ ἐντείλασθαι τὸν Ἀντίπατρον Ἡρώδην ἀνελεῖν, ib. IV 4, 1 (311, 10). 9, 8 (346, 18). A. V 76. 149. VII 141. 200. VIII 242. XV 65. 360. XVI 19.[1]) de verbo συμβουλεύω ὅπως cf. Raab p. 34. addo λέγω ὅπως: A. XI 128 ὑμῖν λέγω ὅπως μήτε φόρους ἐπιτάξητε μήτε ἄλλο μηδὲν ἐπίβουλον εἰς αὐτοὺς γένηται. praeterea conferas A. XIV 236 ἐδιδάξαμεν αὐτόν, ὅπως Ἰουδαίους ἀπολύσῃ et ib. 249 ἐδογμάτισεν ἡ σύγκλητος, ὅπως μηδὲν ἀδικῇ Ἀντίοχος Ἰουδαίους. de epistulis magistratuum et senatusconsultis vid. Raab p. 34.[2]) exemplis a Raabio allatis addere liceat A. XIII 261—263 ὅπως — ἀποκατασταθῇ — ἵνα — μὴ ἐξῇ — ὅπως ἄκυρα γένηται — ἵνα ποιήσωσιν — ὅπως — δῶσιν, ubi verbum imperandi supplendum est, adde A. XIV 203. 204 ἵνα ἀποδιδῶσιν — καὶ ὅπως — ἐξῇ (ἐξιῇ Mendelssohn). de locutionibus λαβεῖν ἐξουσίαν, ἀρὰς τιθέναι ὅπως et ὅρκους λαβεῖν ὅπως cf. Raab p. 35. haec cum coniunctione ὅπως A. XII 8, saepius ut A. XII 396. XIV 108. XIX 247. Vit. 78 (cf. Ap. I 261) cum infinitivo iungitur. huc pertinet etiam locutio διδόναι σημεῖον ὅπως A. XII 403. adiungo εὔχομαι ὅπως: A. XI 17 εὔξονται τῷ θεῷ, ὅπως ἡ Περσῶν βασιλεία διαμείνῃ. 103 κατηύξατο τῷ θεῷ, ὅπως ἐπίσχῃ τῆς ἀδικίας, αἰτήσασθαι ἐξουσίαν ὅπως οἰκοδομήσειεν A. XIII 63, sed ἐξουσίαν διδόναι c. infin. A. XX 193, διδόναι ἐπιστολὴν ὅπως: A. XII 199 δοῦναι ἐπιστολήν, ὅπως παρέχῃ χρήματα. XIII 169 ἐδώκαμεν ἐπιστολάς, ὅπως ἀνανεώσωνται τὴν συγγένειαν, πείθειν ὅπως: A. XIII 410 πείθοντες, ὅπως κτείνειεν, sed cum infinitivo XIII 131. 150. 216. 308, passim, in libris XIV—XX tricies septies. coniunctionem ἵνα, quam Plut. mor. p. 181a (πείθωμεν ἵνα μείνῃ) legimus post πείθειν, apud Iosephum me observare non memini.

Transeo ad verba curandi et providendi. post haec Attici ὅπως ponebant aut rarius infinitivum. cum Polybio[3]) Iosephus facit, quod verba φροντίζειν et προνοεῖσθαι sim. coniunctioni ἵνα adiungit velut A. XIII 128 φρόντισον, ἵνα τούτων ἀντίγραφον γένηται, XIV

1) cf. quae Viereck p. 68 ex titulis affert: ἐντολὰς δῶι, ἵνα φροντίσηι. apud Iosephum post hanc locutionem Vit. 247 infinitivum habes. porro Polyb. VI 35, 8 παραγγεῖλαι παράγγελμα τοιοῦτον, ἵνα οὗτος ἐμφανίσῃ, ubi ἵνα mea quidem sententia a tota locutione παραγγεῖλαι παράγγελμα pendet. quod Stichius (acta sem. Erl. II 203) ibi notionem consecutivam (cf. supra p. 420) statuit, mihi non probatur.

2) cf. etiam quae Viereck p. 68 § 11 et G. Mayen, de particulis quod quia quoniam quomodo ut pro accusativo cum infinitivo post verba sentiendi et declarandi positis. diss. Kiliae 1889 p. 57—60 de coniunctivo Latino disputant.

3) Kaelker p. 290.

230 φροντίςαι, ἵνα μή τις αὐτοῖς διενοχλῇ, ib. 319 φροντίςαι, ἵνα — ἐντάξητε, sed Atticorum usus Iosepho non incognitus erat: A. VIII 54 ὅπως καὶ cὺ παράσχῃς cῖτον, φρόντισον. idem infinitivum adhibet A. V 240. XIV 222. 251. 312. Vit. 78. bis ἵνα post προνοεῖσθαι exstat A. XIX 309. Vit. 195, saepius vero ὅπως A. III 280. XIV 233. Ap. I 30. II 212 vel ὡς XIV 212, μὴ A. IV 299, sive infin. B. I 15, 6 (58, 19). 30, 3 (113, 9). Vit. 317. A. VII 276. cf. Viereck p. 68. post locutionem πρόνοιαν ποιεῖσθαι tantum ὅπως invenitur A. XII 153. XIX 285, similiter πρόνοιαν ἔχειν ὡς A. XVII 181. huc pertinet etiam μὴ περιιδεῖν (= προνοεῖσθαι), ὅπως ἐπισκέψῃ A. XI 24. porro affero A. XIII 54 τῷ ἀρχιερεῖ ἐπιμελὲς εἶναι, ἵνα μηδὲ εἷς Ἰουδαῖος ἄλλο ἔχῃ ἱερὸν προσκυνεῖν. cf. titul. CIG. 2852, 25 saec. III a. Chr. συνεπιμελήθητε, ἵνα γένηται κατὰ τρόπον, sed in Pompeii aetatis titulo CIG. 2347c, 61. 66 ἐπιμελὲς ποιεῖσθαι ὅπως. postremo offendit νόμος ἐκράτησεν ἵνα A. VI 367 (cf. Raab p. 36). Attici enim et ex posterioribus Plutarchus[1]) accusativum cum infinitivo usurpabant, quem idem Iosephus A. IX 74. XIII 372. B. II 8, 3 (147, 23). V 11, 5 (58, 19) profert (cf. supra p. 419).[2])

§ 13. De participio.

A. IV 181 in omnibus libris legitur μήτ' εὐσεβείας ἧς νῦν περὶ τὸν θεὸν ἔχοντες καταφρονήσαντες εἰς ἄλλον μεταστήσησθε (-σεσθε ROSPL). pro participio ἔχοντες ex Rufini versione 'geritis' editio princeps ἔχετε elicuit, quae coniectura eo facilius probatur, quod ἔχετε haud difficulter propter subsequens participium καταφρονήσαντες in ἔχοντες abire poterat; minus placet Holwerdae coniectura (p. 37), qui non dubitat, quin Iosephus ἔχοντες διαελεῖτε (cf. A. II 12 ἔχοντες διετέλουν, XI 257. XII 97, passim) vel simile aliquid scripserit, nam huic locutioni adverbium νῦν parum favet. saepius librarios in hac re peccasse cognoscas ex his locis: A. II 214 in SP perverse ἔχετε pro ἔχοντες aliquot verbis omissis et A. IX 94 in MSP ἔχουσιν falso pro ἔχοντες.

Gravior corruptela latet A. XVII 128. 129: ὁ δ' ἐπὶ στόμα ἔκειτο ἀνατετραμμένος τῷ τε θεῷ καὶ πᾶσι προτιθεὶς τὸ ἐπιμαρτυρῆσον (P Niese, ἐπιμαρτυρῆσαι AME Nab. vid. supra p. 362) αὐτῷ μηδὲν ἀδικεῖν ἢ τεκμηρίοις ἐμφανέσι παραστῆσαι μὴ οὐκ ἐπίβουλον αὐτὸν τοῦ πατρὸς γεγονέναι, εἰωθότες μὲν καὶ πάντες

1) Cam. 41 (297, 6). Marcell. 3 (123, 26).

2) σπουδάζειν ἵνα, quam dictionem apud Polybium et Cassium Dionem legi Kaelkerus p. 290 et Niemeyerus p. 584 testes sunt, apud Iosephum non magis invenitur quam κελεύειν ἵνα, quod apud Philonem occurrere Holwerda emend. p. 96 affirmat, et quod etiam CIG. 4892, 19 (292/305 p. Chr.) observatur: ἐκελεύσαμεν [ἵ]να ἀν[έ]χηται et in euangelio Petri v. 14 Harn. ἐκέλευσαν ἵνα μὴ σκελοκοπηθῇ.

οἶς ἐπιλείπει ἀρετῆς, ὁπότε μὲν ἐγχειρηταί τινων κακῶν εἶεν, τοῦ θείου τὸ πᾶσιν παρατυγχάνειν ἀφορίσαντες γνώμῃ τῇ αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἔργα χωρεῖν, ὁπότε δὲ φωρώμενοι κινδυνεύοιεν δίκην ὑποσχεῖν, κατ' ἐπίκλησιν αὐτοῦ μαρτυριῶν (ita Niese, codd. μαρτυρῶν vel μαρτυρεῖν) τὰ πάντα ἐκτρέπειν 'ille vero pronus humi iacens Deum omnesque appellabat, ut testatum fieret se nulli culpae affinem esse aut ut manifestis signis ostenderetur se nihil adversus patrem molitum fuisse. solent nimirum omnes, quibus deest virtus, cum scelus aliquod aggrediuntur, quasi Deum rebus humanis praesentem adesse negassent, suopte arbitrio ad agendum ferri, ubi vero deprehensi in iudicii periculum venerint, Deum testem invocando conari omnia contra se allata evertere' (secundum versionem vulgatam). duae autem res corruptelae suspicionem movent, participium absolutum et verbum ἐπιλείπειν impersonaliter cum genetivo coniunctum. nisi quis structurae anacoluthiam statuere velit, participii nominativus absolutus loco verbi finiti sive genetivi participii defendi non potest. qui A. XVII 181 εἰωθότων οἷς προσποίησις ἀρετῆς contulerit, non dubitabit, quin etiam hoc, de quo disputamus, loco εἰωθότων restituendum sit. καὶ πάντες mihi glossema esse videtur ex locis similibus (A. XVII 149 πάντες οἷς προσποίησις ἀρετῆς ἐπετετήδευτο, A. IV 154 οἱ δὲ νέοι πάντες, οἷς ἀρετῆς ἀντιποίησις) huc translatum. porro post ἐπιλείπει suspicor intercidisse propter simile verbi initium ἐπιτήδευσις. locutio ἐπιτήδευσις ἀρετῆς Iosepho satis usitata est velut A. XIX 49 ἐπιτηδεύσει ἀρετῆς, XVIII 14 οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις, ib. 66 ἡ ἐπιτήδευσις τοῦ βίου. cf. IV 185 τοῖς τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύμασι. XVII 149. per se patet ἐπιλείπει μοί τινος minime ferri posse: aut dicendum erat οἷς ἐπιλείπει ἀρετὴ 'quos deficit virtus' aut οἳ ἐπιλείπουσιν ἀρετῆς 'qui virtute carent', ut elocutio praeceptis grammaticis Iosephique usui dicendi responderet. locum igitur ita restituendum censeo: ... γεγονέναι, εἰωθότων οἷς ἐπιλείπει ⟨ἐπιτήδευσις⟩ ἀρετῆς ὁπότε μὲν κτέ. quae A. XIX 52 leguntur (γενομένων δ' αὐτοῖς ἀξιώσεων ἐπείπερ συνέβαλον εἰωθότες καὶ πρότερον κτέ.) huc non pertinent, cum participium εἰωθότες ad συνέβαλον referendum sit. sed si quis testimoniis ab aliis scriptoribus petitis[1]) adiutus etiam apud Iosephum anacoluthiam statuere malit, primum monendum est aliud huius generis exemplum apud Iosephum non legi, tum ceterorum exempla plerumque ita comparata sunt, ut aperte cognoscamus, unde anacoluthia orta sit. scriptori enim, cum participium proferret, iam aliud verbum finitum ante oculos versabatur quam initio posuerat. ille autem locus neque hoc neque alio modo defendi potest.

1) cf. Thucyd. IV 108, 4. 23, 2. 83, 3. V 70, 1. VI 61, 4, Herod. 3, 82 (Wentzel, über die sogenannte absolute participialconstruction. progr. Glogau. 1857 p. 28 sqq.), Xenoph. Hell. II 2, 3, Polyb. (Kaelker p. 272), Polem. Aristid. (Schmid I 51. 250. II 68), Lucian. (Du Mesnil p. 28. 29), Polyaen. II 3, 13 (Malina p. 67), Nov. Test. (Winer § 63 p. 527[7] sqq.).

Genetivum absolutum ab Iosepho usurpatum vides, etiamsi subiectum in enuntiato primario iam occurrat atque hoc non ideo solum fit, ut in hoc participio propria vis ponatur velut Thuc. II 83, 3. III 13, 7. 45, 3. 55, 1. 112, 6, sed cum ceterorum serioris aevi scriptorum ut Polybii[1]), Polyaeni[2]), librorum sacrorum[3]) nec non titulorum[4]) consuetudo vulgaris esse videtur tum Iosephi ipsius: A. XII 234 ἀποθανόντος τούτου (sc. Σελεύκου) μετ' αὐτὸν (sc. Σέλευκον) ὁ ἀδελφὸς τὴν βασιλείαν κατέσχεν, ib. 274. XIV 415. XV 169, passim (cf. Raab p. 12). sed A. XIX 48 corruptela latet, nam ibi genetivus dativum participii coniuncti sequens invenitur: ἐπεὶ ἀσμένῳ καὶ τῷ Σαβίνῳ τὰ πάντα ἦν, ἅτε καὶ αὐτῷ γνώμης μὲν οὐχ ὑστεροῦντι τῆς ἴσης, ἀπορίᾳ δὲ πρὸς ὅντιν' ἂν (ita corr. Niesius, ὅντινα codd.) εἰπὼν ἀσφαλὴς εἴη, τὰ πρὸς ἐκείνους σιγῇ παραδιδόντος. Niesius παραδιδόντος etiam in editione minore retinet, sed Bekkeri coniecturam παραδιδόντι iure Naberus recepit.[5]) aeque spurius videtur genetivus participii A. XX 33: διαδέχεται τὸν ἀδελφὸν Μονόβαζον ὑπεκστάντος τῆς ἀρχῆς αὐτῷ. qui A. XVIII 168 Τιβέριον ὑπεκστάντα τῆς ἀρχῆς Γαΐῳ comparaverit, cum Nabero epitomes lectionem ὑπεκστάντα recipere non dubitabit. miror igitur, quod Niesius in editione minore ὑπεκστάντος retinuit. aliter ac de hoc loco iudico de eis verbis, quae A. II 329 leguntur: τῷ θεῷ κατεφρόνει τά τε ἄλλα πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα προεῖπε παρεσχηκότος (παρεσχηκότι Dindorf, -κότος Nies. Nab.) καὶ μηδὲ τότ' αὐτοὺς ἐάσοντος (ἐάσοντι Dindorf., -τος Nies. Nab.) ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενομένοις ἢ δουλεύειν ἢ ἀπολέσθαι. quoniam participia a substantivo magno intervallo disiuncta exstant, genetivi absoluti, pronomine αὐτοῦ suppleto (vid. paulo infra), commendantur, praesertim cum propria vis insit in eis verbis, quae participiis continentur.[6])

Saepe ut apud Polybium[7]), Appianum[8]), Polyaenum[9]) subiectum participii absoluti omittitur, ubi ex toto enuntiati ambitu facile cognoscitur velut A. II 147 τεθνηκότων (sc. ἡμῶν αὐτῶν), VI 22 ταῦτ' εἰπόντος (sc. αὐτοῦ), Vit. 299 ταῦτ' εἰπόντος (sc. ἐμοῦ), A. VIII 30. XI 160. 161. 249. XIII 315. 316. 423. XIV 60. 348. 399. XV 66. 69. 70. 80. 126. 167. 168. 173. 267. 284. 291. 323, passim. sed tamen A. IV 34 subiectum desideratur, nam hoc omisso enuntiati perspicuitas obscuratur, quare iure Niesius ex Rufini versione Latina addidit θυμιωμένων ὑμῶν, οὗπερ ἂν τὴν θυσίαν ἥδιω κρίνῃ ὁ θεός, οὗτος ὑμῖν ἱερεὺς κεχειροτονήσεται, τῆς ἐπὶ

1) Kaelker p. 281. 282. 2) Malina p. 64.
3) Winer § 30, 10 adnot. p. 195[7].
4) Viereck p. 69.
5) cf. de simili Appiani loco Kratt p. 48.
6) cf. etiam Holwerdae emendat. Flav. p. 42, qui Dindorfio iure crimini dat, quod 'paulo festinantius' lectionem vulgatam reiecerit.
7) Kaelker p. 282. 8) Kratt p. 37. 9) Malina p. 66.

τἀδελφῷ διαβολῆς ὡς κεχαρισμένου ⟨ἐμοῦ⟩ τὴν τιμὴν αὐτῷ ῥυόμενος. Lat.: 'tamquam ei honorem sacerdotii ego donaverim.' neque Naberum laudo, quod hanc tam certam emendationem sprevit.

A. XVI 99 οὐδ' ἐκείνοις λυσιτελοῦντος ὁρᾶν τὸν ἥλιον in libris. Niesius λυσιτελοῦν in editione maiore proposuit, sed iure ipse in minore non posuit, nam talis structura a sermone communi non abhorret. cf. Pol. II 26, 7 δόξαντος δὲ σφίσι — χρήσασθαι τοῖς παροῦσιν, alibi.[1])

φθάνω Attici ita cum participio iungunt, ut ipsum sit verbum finitum (φθάνω ποιῶν τι), apud Iosephum ut apud posteriores omnino[2]) etiam infinitivus 'contra naturam verbi et usum antiquitatis' sequitur velut A. I 12 ἔφθη λαβεῖν, II 54 φθάσαι καταψεύσασθαι, 256 φθάσας καταμαθεῖν, IV 121. 151. VII 320. VIII 210. IX 63. 160. 190. XI 135. XIII 179. XIV 221. 364. XV 119. 153. 244. 249. 352. XVII 53. 184. XVIII 363. XIX 10. 107. Vit. 107. B. II 10, 5 (159, 21). 15, 1 (175, 29). 18, 10 (204, 12). 19, 3 (206, 32). 21, 5 (219, 1). 21, 8 (222, 11). III 7, 35 (262, 5). 10, 5 (280, 16). IV 4, 1 (310, 32). 9, 1 (340, 12). V 12, 3 (62, 11). aliquotiens verbi φθάνω participium verbo finito apponitur velut A. II 259 φθάσασαι ἀνέσπασαν, VII 222 μὴ φθάσας καταλάβῃ, XIV 58 φθάσαντες καταλαμβάνουσι, ib. 124 φθάσαντες διαφθείρουσιν, XVI 238 εἰ φθάσας ἕτερος τὸν ἕτερον διαβάλοι, Vit. 88. B. I 7, 7 (31, 13). II 16, 3 (180, 16). 21, 7 (221, 32). IV 7, 2 (330, 25). sed saepe Iosephus etiam cum Atticorum usu vulgari congruit.[3])

§ 14. De negationibus.

Iam Cobetus var. lect. p. 47² monet Graeculos discrimen inter οὐ et μὴ ita neglegere, ut saepissime μὴ scribant, ubi οὐ sit necessarium. ut Cobetus hoc de Alciphrone et Luciano[4]), ita alii viri docti de ceteris sermonis communis scriptoribus statuerunt.[5]) eandem rationem Iosephus sequitur. hoc ut intellegatur, satis sit pauca attulisse, quamquam operae pretium erit accuratius in hanc rem

---

1) vid. Goetzeler, de Pol. eloc. p. 26.

2) Dion. Hal. (IV 59, 1), Plutarch. Pomp. 26 (215, 5), Arrianum (Newie p. 16. Boehner p. 38), Lucian. (Cobet, var. lect. p. 31²), apud Herodianum (I 8, 6), in libris sacris Veteris Test. (Sap. 4, 7), in titulo Palaestinensi CIG. 4622, 10 (οὐκ ἔφθης — ἰδεῖν in carmine).

3) cf. B. I 5, 3 (24, 9) φθάνει δ' ἐκεῖνος ἀπαναστάς. 6, 1 (25, 1). 6, 2 (26, 2). 10, 9 (42, 3). 14, 2 (54, 19). 15, 1 (56, 6). II 11, 6 (161, 31). 18, 7 (202, 3). 21, 7 (220, 19). III 7, 3 (241, 27). V 2, 4 (10, 1). 13, 1 (64, 2). A. I 179. II 150. 236. 341. V 50. XVIII 87. 89. 170. 305.

4) cf. etiam Du Mesnil p. 40—48 et Schmid I 245—247.

5) cf. de Plutarcho Stegmann, über den gebrauch der negationen bei Plutarch. progr. Geestemünde 1882, de Philone Treitel p. 26, de Polemone, Dione Chrysost., Aristide Schmid I 50. 99. II 60—63, de Appiano Kratt p. 51, de Arriano Boehner p. 53, de Polyaeno Malina p. 86.

inquirere. cum Plutarcho[1]) aliisque Iosephus in eo congruit, quod in enuntiatis, quae a coniunctionibus ὅτι vel ἐπεὶ incipiunt, interdum μὴ admittit, ubi οὐ exspectes ut A. XII 208 μαθὼν ὅτι μηδεμία βοήθειά ἐστιν, ib. 213, 222 ἐπεὶ μηδεὶς ἐδέχετο, 263. VI 317. XIII 300. 310. 333. nescio an hoc hiatus evitandi causa factum sit. contrariam rem habes A. XVII 9, ubi hiatu admisso οὐ pro μὴ toleratur: τὸ οὐ μεμιςῆςθαι, similiter XVII 109 τὸ οὐ μιμητὴν καταςτῆναι. hac in re a Plutarcho[2]), N. T. scriptoribus[3]) dissentit, apud quos cum infinitivo articulo instructo ubivis μὴ coniungitur, quibuscum idem Iosephus aliis locis ut A. XVII 9 (τῷ μὴ κατανοεῖςθαι) consentit.

II. DE VERBORUM FLEXIONE.

§ 15. De augmento.

A. I 271 περιβέβλητο RO Niese, περιεβέβλητο MSPLE Naberus, VIII 364 περιβέβλητο O, περιεβέβλητο RMSPE editores, IX 218 καταβέβλητο ROM Niese, κατεβέβλητο SPExc. Suid. Naber, III 123. VIII 37 ἐπιτέτραπτο P, ἐπετέτραπτο ROMS(L)E editores, IV 172 ἐπιτέτραπτο OS, ἐπετέτραπτο RMPLE editores, III 169 ἐπιτέτμητο OM, ἐπετέτμητο RSPLE editores, VII 189 ἐπιβέβλαπτο ROM Niese, ἐπεβέβλαπτο SP Naber, VIII 140 ἀνακέκλιτο RO Niese, ἀνεκέκλιτο (M)SP Naber, ib. 330 cυμβεβήκει SP; cυνεβεβήκει ROM editores, X 199 ἐπιλέληcτο SLVExc., ἐπελέληcτο ROME editores, V 21 ἐπιλελοίπει LE, ἐπελελοίπει ROMSP editores, X 259 καταλελοίπει LV, κατελελοίπει ROSP editores, XII 237 καταλελοίπει PFLAMVW Niese, κατελελοίπει E Naber, ib. 356 καταλελοίπει PFLAMW Niese, κατελελοίπει VE Naber, XIII 144 καταλελοίπει PLAMVW Niese, κατελελοίπει FE Naber, XII 79 ἀναγέγλυπτο P Niese, ἀνεγέγλυπτο LAW, ἀνέγλυπτο V Naber (de hac forma vid. infra § 20), V 68 ὑπολέλειπτο cum plurimis libris Niesius, ὑπελέλειπτο L Naberus, XIII 388 καταλέλειπτο PFV Niese, κατελέλειπτο LAME Naber, XIV 285 προβέβλητο FLAM Niese, προὐβέβληντο E (προβέβληται PV Naber), ib. 382 ἀποδέδεικτο LV, ἀπεδέδεικτο PFAMW editores, VIII 37 ἀποδέδεικτο ROM Niese, ἀπεδέδεικτο SP Naber, XIV 395 προcτέθειτο PAMVWE Niese, προcετέθειτο F Naber, ib. 465 ἀποδέδεικτο PVE Niese, ἀπεδέδεικτο FLAMW Naber, XV 55 ἐπιτέτακτο PFVW Niese, ἐπετέτακτο LAME Naber, ib. 413 cυνδέδετο M, cυνεδέδετο FLV (cυνενδέδετο PAW) editores, XVI 194 ἐμπεπτώκει PWE Niese, ἐνεπεπτώκει AM Naber, XVII 149 ἐπιτετήδευτο coniecit Niesius, sed in editione minore non reposuit, ἐπετετήδευτο AE (Nabero ex codice M ἐπετηδεύετο recipienti assentiar), ib. 191 ἀποδέδεικτο AM Zon., ἀπεδέδεικτο P editores, XVIII 210 καταλέλειπτο M, quod in editione maiore probat Niesius, κατελέλειπτο AW Naber, XIX 354 καταλέλειπτο MWE, κατελέλειπτο A Naber. Vit. 120 καταπέπληκτο R, κατεπέπληκτο AMW editores. cf. etiam Vit. 59.

Vides Niesium codices suos sequi, Naberum autem omnibus locis, ubi codices inter se dissentiunt, augmentum recepisse. ni fallor

1) Stegmann § 8. 9.
2) Stegmann § 17 p. 11.
3) Winer § 55, 4 p. 449[7].

(nec enim dedita opera omnia exempla collegi), Iosephus eam rationem sequitur, ut in passivo augmentum addere, in activo omittere malit. formas igitur καταλελοίπει, περιεβέβλητο, ἐπετέτραπτο, ἀπεδέδεικτο, ἐπετέτακτο sim. praeferendas esse existimem, praesertim cum has, quas modo dixi, tueantur aliae codicum consensu traditae: καταλελοίπει A. VIII 59. XIV 105. 297. 374, καταλελοίπεcαν VI 365, ἐκλελοίπει IX 263 (κατελελοίπει B. I 17, 1 [63, 1]), περιεβέβλητο A. V 92 (sed προβέβλητο XV 335), ἐπετέτραπτο V 3, ἀπεδέδεικτο XII 212, ἐπετέτακτο XVI 330. XIX 9. huc accedunt διετέτακτο XII 94. 255. 268, προcετέτακτο XVI 324, cυνετέτακτο A. V 46 (sed cυντέτακτο A. XV 168). porro activi plusquamperfecta augmento carentia (hoc loco nonnisi de verbis compositis disputamus) haec notavi: διαβεβήκει XV 178, ἐμβεβήκεcαν A. III 112, προcτετάχει VIII 60, ἀποτεθηcαυρίκεcαν B. VII 5, 2 (133, 27), προπεπονήκεcαν A. IV 91, διαπεφεύγει B. IV 8, 2 (336, 9), cυμπεφεύγεcαν XII 421, παραγεγόνει XVI 243, sed augmento instructa: cυνεπεφεύγεcαν XII 330, προcεγεγόνεcαν XVIII 364. addo pauca passivae formae: ἐγκεχείριcτο A. VIII 37, ἐγκέκλειcτο Vit. 419, κατακεκόcμητο XII 67, ἐντετύπωτο ib. 72, ἐντεθύμητο XIV 358, ἐντετάλμην Vit. 318, ἐντέταλτο B. IV 9, 8 (346, 18), porro duo, quae Ludovicus Dindorf p. 839 in dubium vocavit: ἐκκέκοπτο B. I 1, 4 (10, 24). V 12, 4 (63, 10) et ἐκτετάφρευτο B. V 2, 2 (7, 24), sed cum libri consentire videantur, si modo Cardwelli silentio fides est, nihil mutandum censeo. pluribus augmentum praepositum est, ex quibus praeter ea, quae iam supra laudavimus, haec addere liceat: ἐξεπέπληκτο XVI 75 (cf. ἐκπέπληκτο A. I 288), διεβέβλητο VII 267. XVI 257, ἐπεβέβλητο VIII 67, διεκεκίνηντο XVI 351, διεπέπρακτο XIV 303, διετέτατο XV 395, ἐνεδέδυτο VI 171, ἀνεκέκρατο B. I 17, 1 (63, 12), ἐνεγέγραπτο Vit. 261, ἐξετετάρακτο XV 82. XVI 300, προcεκέκλιτο XVIII 195, προcεκέκρυπτο XVIII 74. consuetudinem augmenti omittendi apud posteriores vulgarem esse docent Polybius[1]), Diodorus[2]), Plutarchus[3]), Dio Chrysostomus Arrianusque[4]) nec non N. T.[5]) rarius augmentum omissum videmus apud Lucianum et Aristidem.[6]) nec id mirum. nam quos imitabantur inter Atticos, ipsi raro omittebant velut Thucydides.[7]) Platonis formas augmento carentes correxit Schanzius praef. vol. XII p. XIII. sed ne apud veteres quidem desunt exempla, ubi augmentum propter euphoniam neglectum habemus, praecipue in verbis compositis.[8])

---

1) Eberhard, observ. Polyb. diss. Berol. p. 29.
2) Dindorf, praef. vol. I p. XIII = Vogel I p. XXXVI.
3) Bernardakis, edit. moral. praef. vol. I p. LXIII.
4) Schmid I 83. II 22. Boehner p. 19.
5) Winer § 12, 9 p. 70[7].
6) Schmid I 229. II 21.
7) Stahl, quaest. gramm. p. 59[2].
8) La Roche, grammatische untersuchungen, zeitschrift f. österr.

A. III 111 εἱστήκεσαν MSPL editores, ἑστήκεσαν RO, ib. 115 διειστήκει RMSPLE editores, διεστήκει O, V 195 καθειστήκεσαν ROMSP, καθεστήκεσαν L, item VI 73. VIII 62. 77, VIII 80 περιειστήκεσαν MSP editores, περιεστήκεσαν ROE, ib. 140 ἐφειστήκεσαν MLV editores, ἐφεστήκεσαν ROSP, XV 7 ἐνειστήκει VAmg, M suprascr. Naberus, ἐνεστήκει cum ceteris libris Nies., XVIII 230 ἐφειστήκει AMW editores, ἐφεστήκει E. formam εἱστήκει, quam etiam Plutarcho multo usitatiorem fuisse videmus[1]) et Arriano[2]), omnibus locis praeferendam esse probent διειστήκει A. VIII 85, ἐφειστήκει Vit. 294, προειστήκει A. XIV 300. B. VII 8, 1 (148, 29), συνειστήκει XIV 280. XVII 44, εἱστήκει VIII 83. XVIII 195, συνειστήκειcαν B. II 1, 2 (131, 11), ἀφειστήκεσαν B. II 6, 2 (143, 8), εἱστήκεσαν B. II 14, 5 (172, 25). V 3, 5 (16, 3), al. sed Nabero in eo assentiri non possum, quod etiam A. VI 107 καθεστήκεσαν, quod consentiente librorum memoria traditur, in καθειστήκεσαν mutavit nec tamen sibi constat, quod A. XVIII 371 καθεστήκεσαν intactum reliquit.

Verba simplicia porro ita perlustremus, ut priore loco in ea plusquamperfecta inquiramus, quae post vocales inveniuntur, tum in ea, quae post consonantes leguntur, ut simul videamus, utrum in hac re Iosephus hiatum vitare studuerit necne. libri autem his locis (non omnes congessi) dissentiunt: A. XIII 319 φύσει δ' ἐπιεικεῖ κέχρητο PFLV Niesius, ἐκέχρητο AMW Naberus, XIV 430 πάντα κεχείρωτο E, ἐκεχείρωτο cum ceteris libris editores, XVI 75 δὲ τετάρακτο WE, δὲ ἐτετάρακτο PAM Niesius, δ' ἐτετάρακτο Naberus, XVIII 338 ἐν ὀλίγῳ γεγόνει A Niesius, ὀλίγῳ ἐγεγόνει MWE Naberus, ib. 342 τε γεγόνει W, τε ἐγεγόνει AE Niesius, τ' ἐγεγόνει Naberus, XX 138 αὕτη γεγόνει AMW Niesius, ἐγεγόνει EPhot. Naberus. cf. etiam A. I 274. II 319. IV 102. V 92. VI 185 (bis). VII 194. VIII 86. 212. 386. XVI 103. Vit. 8. vides editores diversam rationem sequi, cum Niesius ad auctoritatem codicum, quos meliores putat, se applicet, Naberus vero omnibus locis augmentum reponendum censeat hiatus ratione non habita, quamquam aliis locis, etiam in altera antiquitatum parte, sibi hiatum non neglegendum esse putat. etsi haud ignoro Iosephum, praesertim in hac archaeologiae parte, non severe hiatum vitasse, tamen non intellego, cur eorum codicum testimonia aspernemur, qui hiatus tollunt, quoniam satis saepe post vocales formas augmento carentes in Iosephi scriptis observamus velut A. III 221 μόνοι δεδαπάνηντο, VIII 250 αὐτῷ γεγόνειcαν, ib. 64 εἴκοσι· τέτραπτο, XI 315 ὑποστρέψῃ· πέπειστο, ib. 347 ἐκβεβλῆσθαι. τετελευτήκει (his tribus locis posterioribus etiamsi augmentum additum esset, vel pausa hiatus excusarentur, sed tamen scriptor augmentum omisit), XII 81 διαυγέστεροι γεγόνειcαν, XIII 108. XIV 114. XV 318. XVI 113. 135. 202. 230.

---

gymn. 25 (1874) p. 408—411 et de Bamberg, zeitschr. f. gymnas. 1886. jahresb. p. 44.

1) Bernardak. l. l. LXXXII. 2) Boehner p. 20.

258. XIX 354 ἀδελφῷ γεγάμητο, XX 64. Vit. 25. 94. 203. 343. 392. B. I 8, 5 (33, 29). II 1, 2 (130, 19) βασιλεῖ πέπαυτο. III 7, 31 (257, 32). V 4, 3 (19, 8). 5, 4 (25, 3, 10). 12, 3 (61, 31). quare fortasse non iniuria A. XIV 462 quoque Naberus δ' (pro δὲ,) ἐκεκμήκει reposuit, etsi propter pausam hiatus nihil offensionis habet ut B. I 24, 1 (90, 19) κατειργάσατο, ἐπεποιήκει (cf. A. XVI 202 νεανίσκῳ πεποιήκει). sed vereor eos hiatus graves tollere, qui in libris XVII et XVIII occurrunt, cum nesciamus an Iosephi fonti tribuendi sint: (XVII 61 ταφνῖται ἐγεγόνεισαν, sed cf. infra § 45), ib. 204 Ἡρώδου ἐδέδεντο, ib. 338 ὁπόσα ἐτετελέκεσαν, XVIII 66 βίου. ἐγεγάμητο (in pausa), ib. 105 ᾗ ἐπέπρακτο, ib. 195 οἳ ἐδέδεντο, ib. 343 ἁλοῦσα ἐγεγάμητο (cf. A. III 131 πεποιημέναι [Nies., -ναις codd.], ἐτέταντο). adde XVII 249 γε (γ' Nab.) ἐκεκύρωτο, ib. 21 τε ἐγεγόνεισαν (τ' Nab.), ib. 43 δὲ ἐπεπίστευντο (δ' Nab.).

Etiam post consonantes aliquot locis libri discrepant velut

A I 130 αὐτῆς τέτραπτο Eustath., αὐτῆς ἐτέτραπτο codd. editores, VIII 136 ὧν πεποίητο MSP Niesius, ἐποίητο R (ἐποίειτο O), unde Naberus ἐπεποίητο elicuit, ib. 391 ὧν. κέχρηται (an ex κέχρητο ortum?) RO, ἐκέχρητο MSP editores, XII 166 μᾶλλον γεγόνει PFLAV Niesius, ἐγεγόνει W Naberus, ib. 432 αὐτῶν τέθαπτο PFV Niesius, ἐτέθαπτο LAMW Naberus, XIII 46 τις γεγόνει W, τις ἐγεγόνει cum ceteris libris editores, XIV 445 Σαμοσάτων γεγόνει PVE Niesius, ἐγεγόνει FLAMW Naberus, XV 52 ὧν πεπόνθεσαν P et (εὖ inserto) LAMW, ἐπεπόνθεσαν FV editores, b. 403 εὐερκῆς ἐντετείχιστο E, ἐτετείχιστο cum libris plenis editores, ib. 420 παρῆλθεν· κεκώλυτο E, ἐκεκώλυτο codd. editores, XVI 7 πᾶσιν γεγόνασι (an ex γεγόνεισαν ortum?) E, ἐγεγόνεισαν codd. editores (-εσαν Nab.), ib. 83 πλείους γεγόνεισαν W (γεγόνασιν AM), ἐγεγόνεισαν P editores, ib. 208 φέρων τετάρακτο E, ἐτετάρακτο codd. editores, XVII 19 παῖς γεγόνει P Niesius, ἐγεγόνει AMWE Naberus, ib. 21 Ἱεροσολυμῖτις γεγάμητο AMW (γεγαμείτο P) Niesius, ἐγεγάμητο E Naberus, XVIII 343 ἀνὴρ κεχειροτόνητο Exc. Niesius, ἐκεχειροτόνητο codd. Naberus, XX 219 ἱερὸν τετέλεστο MWE, ἐτετέλεστο A editores, ib. 251 ἀρχιερεῖς πεπίστευντο MWE, ἐπεπίστευντο A editores.

ratio editorum eadem est ac supra, nisi quod Niesius A. VIII 136 et XVIII 343 a suis codicibus discedit. hac in re Nabero omnibus locis augmentum, in quocumque codice legitur, praeferenti assentiri non dubito, nam quamquam non prorsus desunt post consonantes plusquamperfecta in omnibus codicibus sine augmento tradita velut A. III 150 ἱερουργίας πεποίητο, V 89 προειληφὼς νενεμήκει, VII 205 ἃς δεδώρητο, VIII 81 μῆκος γεγόνει, ib. 82 οἷς ἐτετόρευτο, ib. 136 ὧν πεποίητο, XII 69 διάθεσις πεποίητο, XIII 135 ὧν πεπόνθεισαν, XIV 436 ὧν πεπόνθει (-οι VE), porro A. I 286. XII 290. XV 113. 394. XIX 343. Vit. (67). 230 (secundum Niesium). 271. 319. 327, alibi, tamen multo saepius plusquamperfectum augmento instructum occurrit ut ἐτέτραπτο A. III 115, ἐπεποίητο A. III 258. XIV 122. 326, ἐγεγόνει A. I 34. XIV 158. XV 198. 238. XVI 68. 358. XVII 22. 81. 266. XVIII 109. XIX 252. XX 145. 190, ἐγεγόνεισαν (vel -εσαν) A. II 259. XVI 88. 278. XVIII 139. XIX 248. XX 149, ἐπεπόνθεισαν XV 280. XVI

102. 140. 277, ἐπεπόνθει XV 218. XVI 304, ἐτετέλεστο XVIII 145, ἐπεπίστευτο XX 222.[1])

A. XIII 229 ἀπεώσατο cum plurimis libris legunt editores, ἀπώσατο V exhibet, XIX 101 ἀνωθοῦντο A, ἀνεωθοῦντο MWE editores. utra scriptura vera est? Cobetus[2]) iure adnotat: 'διωθεῖτο pro διεωθεῖτο communis est describentium error, qui saepe in ὠθεῖν et compositis, saepissime in ὠνεῖσθαι, committitur.' hoc mendum ut apud ceteros posteriores[3]) invenitur, ita librarii etiam in Iosephi scriptis peccarunt. non dubitamus corrigere ὠθεῖτο A. XVIII 228. XIX 238. 263, ὤσατο A. V 300, ἀνώθει B. III 7, 5 (242, 28), ἀνώθουν B. II 15, 5 (178, 6), ἀπώσατο A. I 260, ἀπώσαντο XIII 138, διωθεῖτο A. XV 168. B. IV 10, 4 (353, 6), ἐξώθουν B. V 8, 1 (40, 30), ἐξώθησαν (sic apud Cardwellum B. III 10, 9, corr. ex PL Bekk. 283, 16), συνώθουν B. IV 1, 4 (287, 31). V 2, 5 (11, 30), quoniam legimus ἀνεώθει B. V 2, 5 (11, 13), ἀπεώσατο XVII 91, ἐξέωσε XIV 299, ἐξέωσαν B. IV 5, 4 (324, 8), ἐξεώσθησαν B. V 8, 2 (41, 10), κατεώθουν B. II 19, 8 (210, 3). Niesius codices sequitur, Naberus augmentum syllabicum addit nec tamen sibi constat, quod A. V 300 ὤσατο intactum reliquit. simul vides regulam, quam Büttnerus-Wobstius[4]) de Polybio statuit, ὠθεῖν in aoristo augmento syllabico instructum esse, in imperfecto carere, ad Iosephum quidem non pertinere. etiam περιωσμένος A. XVIII 155, ut hoc iam hic inseramus, cum Nabero corriget in περιεωσμένος, qui ἀπεωσμένοι A. XVI 314, ἀνεωσμένου XVII 270, παρεωσμένοι XVI 192 legerit (cf. etiam XVI 86 παρεῶσθαι). haec forma librarii cuiusdam temeritate ex libris sacris V. T. (Psalm 61, 4 ὠσμένῳ) illata esse videtur. participium παρεωσάμενος, quod in libris plenis inest A. XVI 280, ipsum quoque neglegentia librariorum ortum, ex epitome corrigitur, quare vix opus est monere saepius ὠσάμενος legi ut A. V 163. 183. 206. XII 355. 429. XIII 161. 245. XVI 295 παρωσάμενος. 379. XVIII 72. B. I 32, 2 (119, 32).[5])

---

1) huc accedunt permulta alia id genus exempla: A. II 35. III 289. IV 165. VII 26. IX 209. XII 218. XIII 124. XIV 300. 324. XV 24. 257. 261. 330. 344. 366. XVI 135. 270. 287. 294. 363. XVII 34. 140. 167. 184. 204. 275. 333. XVIII 181. XIX 36. XX 91. 113. Vit. 96. 116. 125. 262, alibi.

2) var. lect. p. 47[2].

3) de Polybio cf. Hultsch, vol. I praef. p. XLVI, Büttner-Wobst, Fleckeiseni annal. 1884 p. 119, de Dionysio Hal. (IV 47, 4. VII 41, 1. IX 67, 2) cf. Jacoby, über die sprache des Dionysius von Halikarnass in der römischen Archaeologie. Aarau 1874. progr. p. 31, de Plutarcho Bernardakis, Plut. moral. praef. vol. I p. LXXVI, de Arriano Newie p. 13. Boehner p. 18, de Polyaeno (II 3, 10. VIII 33) Malina p. 16. adde Philon. mech. synt. 53, 37 Schoene προωθεῖτο. vide etiam de libris sacris Veteris (Mich. 4, 6. Ierem. 23, 2) et Novi Test. (Act. 7, 27. euang. Petri 6 Harn. ὤθουν) Win. § 15 p. 86[7].

4) Fleckeis. annal. p. 119 (1884).

5) cf. παρεωσάμενος epist. Pyth. 4. vid. Veitch, greek verbs irregular and defective. Oxford; s. v. ὠθέω.

Quoniam videmus, quam parum fidei sit librariis in tali re, iam non dubitabimus A. II 189 et VIII 181, ubi alii libri formam augmento instructam exhibent, alii hoc omittunt, ἐωνοῦντο vel ἐωνεῖτο reponere, id quod fecerunt editores, quamquam non desunt formae, a quibus in omnibus libris augmentum abest ut A. XII 155 ὠνοῦντο et ib. 217 ὠνήσατο, sed quas formas fortasse non iniuria mutavit Naberus, item B. I 18, 3 (69, 23) ἐξωνήσατο, ib. V 13, 4 (66, 19) ὠνοῦντο atque etiam augmentum omissum titulo CIG. 4164 (ὠνησάμην), qui titulus in Paphlagonia repertus recentiori aetati tribuendus est, confirmari videtur. etiam ex Lysia (7, 4) ὠνούμην a Scheibio sublatum est ut διωθοῦντο a Stahlio ex Thucydide (II 84, 3), sed Andoc. 1, 134 ἀντωνεῖτο etiamnunc a Blassio toleratur, etsi apud hunc paulo supra augmentum additum (ἐωνοῦντο) habemus. eadem vitia deprehendimus in Plutarchi scriptis[1]) et Luciani.[2])

Mirum est, quod Niesius A. IX 242, etiam in editione minore, codicem R sequi maluit quam ceteros, cum ἐπροφήτευσεν reciperet, quamquam XIII 68, ubi eadem scripturae discrepantia est (ἐπροφήτευσεν FL, προεφήτευσεν ceteri libri) hanc formam praetulit. aliis locis apud Iosephum ἐπροφήτευσα non legitur, sed semper προεφήτευον sive προεφήτευσα velut A. III 60. IV 311. V 348. 351. VI 261. 336. VII 214. VIII 218. 242. 405. 407. IX 26. 119. 206. 207. X 35. 106. 112. 141. XI 5. nihil verius quam formam ἐπροφήτευσα a librariis interpolatam esse, qui eam sescenties in libris sacris[3]) legerant.

A. XVIII 185 αἰωρεῖτο A Niesius, ἑωρεῖτο MW, ᾐωρεῖτο Hudsono proponente Naberus recepit, ib. 187 αἰωροῦντο A Niesius, ἑωροῦντο MW, ᾐωροῦντο eundem Hudsonum secutus Naberus. fluctuant libri etiam A. XI 234 ἀπεωρεῖτο P, ἀπαιώρει F, sed melius ἀπῃώρει LAVWE. hanc formam commendant Plut. F. Max. 5 (346, 7). Pelop. 29 (112, 25). Pomp. 17 (204, 11) ἐπῃωρεῖτο, App. Civ. 2, 81 (765, 24 Mendelssohn).

Verbum ἀνοίγνυμι triplici augmento instruxerunt librarii, non Iosephus B. VI 5, 3 (103, 4) ἠνεῳγμένη (ἠνοιγμένη P). Ap. II 120 ἠνέῳξεν editioni principi debebatur, [A. VIII 96 ἠνεωγμένας in sola epitome exstat]. mihi non dubium videtur, quin hae formae illegitimae ex libris sacris Vet. et N. Test.[4]) irrepserint. nam exemplum, quod ex Cass. Dion. 44, 17, 2 afferebatur, iam pridem a Dindorfio

1) bis, Bernardakis l. l. p. LXXVI.

2) Lucian. Peregr. 9 (III 332) ἐξωνήσατο. cf. Du Mesnil p. 5.

3) Num. 11, 25. Ierem. 33, 9. 11. 20. cf. etiam Hatzidakis, einleitung in die neugriech. grammat. p. 66. ceterum Novi Testamenti exempla dubia sunt.

4) Gen. 7, 11. 8, 6. Dan. 7, 10. Apoc. 19, 11. Io. 9, 10. Act. 16, 26 in Vaticano. adde euang. Petri v. 55 Harn. ἠνεῳγμένον. cf. Harnack ib. p. 31, qui Euseb. hist. eu. V 1, 18 affert, et Hatzidakis p. 66.

correctum est. Polyaeni VIII 25,1 ἠνεῳγμένην correxit Coraes.[1]) non minus ἤνοιξα ex sermone vulgari[2]) in Iosephi scripta se insinuavit ut in Xenoph. Hellen. I 5, 13. Pausan. 2, 35, 7. 4, 26, 8 librariorum temeritate: A. IX 163 ἤνοιξεν, XII 232 ἤνοιξεν, utrobique correxit Naberus ἀνέῳξεν, Ap. II 119 ἠνοιγμένας, B. III 7, 3 (241, 25) ἤνοιξαν, [B. VI 5, 3 (103, 4) var. lect. ἠνοιγμένη, vid. supra]. omnes hae formae, quantum video, absunt a Polybio (cf. XV 29, 8), Dionysio Halic.[3]), Plutarcho[4]), Luciano.[5]) quare nihil impedit, quominus ἀνέῳξα, ἀνεῳγμένος, sim. recipiatur.[6])

§ 16. De terminationibus.

Ex inscriptionibus[7]) discimus terminationes αται et ατο pro νται et ντο tantum vetustiore tempore ante annum quadringentesimum decimum a. Chr. consonantibus adiunctas esse. saepius inveniuntur apud Thucydidem in verbo τάσσω: III 13, 3 τετάχαται, ἐτετάχατο V 6, 5. IV 31, 2. VII 4, 6. semel ἐτετάχατο apud Lucian. ver. hist. I 13 (II 80)[8]) occurrit. cf. etiam Arrian. Anab. IV 23, 1 ἐτετάχατο.[9]) nec desunt apud Iosephum A. XVII 199 ἐπετετάχατο, ib. 204 ἐτετράφατο (ex Niesii coniectura, ἐγεγράφατο P), XIX 119 κατειλέχατο (ex Dindorfi emendatione, κατειλήχαστο A). semel terminationem ατο cum diphthongo coniunctam videmus A. XVII 14 in libris PAM ἀφικοίατο, quam formam Niesius probat, dissentientibus libris WE, qui recte ἀφίκοιντο exhibent. notandum est has formas tantum in libris XVII et XIX legi, quos supra iam saepius commemoravimus (vid. supra p. 366).[10])

A. XVIII 186 ἴστων praebent AMW, ἴστωσαν E, illam lectionem probant Niesius Naberusque, hanc Ludovicus Dindorf p. 835. constat terminationes breviores imprimis Atticas esse.[11]) terminationem ωσαν usurpari coeptam esse ineunte saeculo tertio atque ex eo tempore semper magnopere praevaluisse, imperatorum vero aetate solam fuisse in usu docent inscriptiones.[12]) hanc dicendi consuetu-

1) cf. Malina p. 16.
2) Ps. 21, 14 Tisch. Dan. 10, 16. Io. 9, 17. 21. 26. 30. 32. Win. § 15 p. 79[7]. 3) Iacoby l. l. p. 32.
4) Crass. 3 (41, 17); Marc. 11 (132, 19).
5) adv. indoct. 2. calumniae n. t. 30.
6) ne Polyaen. III 9, 45 quidem Melberus ἤνοιξα tolerare debebat. utrum Heroni Alexandrino διηνοιγμένον Pneum. (vett. math. ed. Thevenot) p. 226, 23 et Autom. p. 265, 2 ἠνοίγησαν tribuenda sint necne, nunc in medio relinquo. cf. etiam Dindorf, Fleckeis. annal. 1869 p. 832.
7) Meisterh. p. 131[2].
8) Schmid I 230.
9) Newie p. 17.
10) cf. etiam Niese, vol. III p. XXIII.
11) cf. de Bamberg, zeitschr. für gymn. 1882 p. 205. 1886 p. 44. jahresber.
12) Meisterh. p. 132[2].

dinem omnes fere posteriores sequuntur.[1]) unus Aristides breviores usurpat[2]), Lucianus longiores saepius quam breviores.[3]) Iosepho illo loco excepto tantum formae in ωcαν exeuntes notae sunt, quare ibi lectio epitomes recipienda est. ne exempla desint, affero: cκοπείτωcαν A. I 108. IV 158, καταλιπέτωcαν IV 130, ἐπινευέτωcαν ib., μανθανέτωcαν IV 211, ἀρχέτωcαν ib. 214, ἔcτωcαν ib. 215. 216. XIII 52, ἀναπεμπέτωcαν IV 218, μαρτυρείτωcαν ib. 219, ζητείτωcαν ib. 220, μετρείτωcαν ib., κοψάτωcαν ib. 221, ἀναβοηcάτωcαν ib. 222, εἰργέτωcαν ib. 235, κομιζέτωcαν ib. 241, διδότωcαν ib., item A. IV 244. 260. 267. VI 81. VIII 262. XII 28. Vit. 430. Ap. II 226. 278. B. IV 4, 3 (313, 26. 314, 10. 315, 19). similis medii vel passivi ratio est: διδόcθωcαν A. IV 214, praeterea A. III 88. IV 203. 209. 218. 263. 265. 282 (bis). 283. XI 283. XII 142. 152. XIII 56. Ap. II 227. 295. ceterum cf. etiam Cobeti var. lect. p. 27². nov. lect. p. 327 sq. 774.

A. IV 76 κελεύcαι Niesius in editione minore (κελεῦcαι RO), κελεύcειε MSPL Nab., XIII 201 κελεύcαι Niesius (κελεῦcαι P), κελεύcειε LAMW, XV 227 φράcαι cum libris plenis Niesius, φράcειε ex epitome Naberus, B. III 7, 19 (249, 29) in uno codice ἐνέγκαι, in ceteris ἐνέγκειεν. quamquam omnes hae formae in αι exeuntes ante consonantes occurrunt ut apud Polybium[4]), et ob eam rem ferri possunt, tamen alteram terminationem ειε praeferendam censeo, cum infinita quaedam copia exemplorum hac instructorum inveniatur. nulla vero illius exempla in tot tantisque antiquitatum libris codicum consensu tradita repperi. nam etiam A. X 266 (ἂν θαυμάcαι) epitome differt θαυμάcαιτο exhibens et XVIII 294 pro αἰτῆcαι, quod codex Ambrosianus praebet, ceteri aliam lectionem suppeditant. quare, etsi nondum certi quicquam in tali re de belli Iudaici libris iudicari potest, tamen nescio an formae hic obviae dubitationi obnoxiae sint: B. I 3, 5 (17, 18) θαυμάcαι, I 24, 3 (92, 5) γῆμαι, ib. II 21, 8 (222, 16) προεξαγγεῖλαι, III 8, 4 (264, 28) κατηφῆcαι, IV 3, 10 (305, 12) ἀνενέγκαι, ib. 4, 4 (316, 30) ἐνέγκαι, ib. 4, 5 (317, 29) εἰκάcαι. etiam hae formae omnes ante consonantes leguntur. terminatio autem ειε et ante vocales et ante consonantes occurrit.[5]) saepius quam Iosephus terminationem cαι sim. Plutarchus usurpat.[6]) eam non spernunt poetae, satis saepe Xenophontis et Demosthenis codices

---

1) cf. Polybius (Eberhard p. 28), Dionys. Hal. (Iacoby p. 33), Dio Cassius (Dindorf praef.), Philo (Cohn, praef. p. L), Sextus Empiricus 297, 24. 369, 29.

2) Schmid I 229. II 26. 3) Schmid I 229.

4) Kaelker p. 238.

5) velut ante consonantes A. I 262. 268. 319. II 159. 185. 209. 232. 254, κελεύcειεν III 16. XII 268. XIV 51, θαυμάcειεν III 179. XIII 311. XIV 367. XVII 82, passim, sicut paulo rarius ante vocales εἰκάcειεν A. I 154. III 18. 50 (κελεύcειεν). 188. 265. IV 192. 280. 287. 312, θαυμάcειεν XII 352, passim.

6) quater et vicies, cf. Bernardakis, Plut. mor. praef. p. LXXIV.

proferunt.[1]) Platonem tertiam personam in αι desinentem vitasse docet Roederus.[2]) exempla Thucydidea (II 49, 3. 84, 2), quae huc pertinent, sustulit Stahlius.[3])

A. III 89 ἀκούcαιεν codd. Niesius, ἀκούcειαν Dindorfio p. 832 auctore Naberus, IV 77 τολμήcαιεν RO Nies., τολμήcειαν MSPL Naberus, V 50 φθάcαιεν ROSP Niesius, φθάcειαν M Naberus, XV 184 ἀκούcαιεν codd. Niesius, ἀκούcειε secundum Dindorfium Naberus, XIX 74 ταράξαιεν codd. Niesius, ταράξειαν Naberus, Vit. 254 παρακαλέcειεν R, παρακαλέcειαν editores. vides omnes formas in αιεν desinentes a Nabero in dubium vocari. atque hoc quidem iure, nam B. IV 6, 2 (327, 1) ὁρμήcαιεν, V 10, 1 (51, 8) κατενέγκαιεν nihil probare possunt, quia adhuc incertum est, utra forma in libris legatur, ceteris vero antiquitatum locis sola forma in ειαν exiens invenitur velut A. I 236 (ἐθελήcειαν). 247. II 111. 321. III 35. 44. 296. IV 195. V 258. VI 60. VII 8. VIII 406. IX 56. (ἐ)θελήcειαν: XII 118. XVII 94. XIX 12. 137. 196, τολμήcειαν XVII 110. 158, porro XIV 379. XVII 171. 256. XVIII 203. 317. XIX 160. 177 (bis). 229. 230. XX 125 (bis). 126. 130. Vit. 168. 177. 178. 254. 312. B. VI 1, 2 (70, 14). 1, 3 (71, 19). accedit, quod aliorum quoque posteriorum exempla in dubium vocantur velut Dionys. Hal. VII 59, 7 a Iacobyo[4]), Diodori II 4, 4. VIII 3ᵃ, 2 a Dindorfio.[5]) fluctuant libri etiam Galen. de haer. inter ἐξετάcαιεν et ἐξετάcειαν, sed Helmreichius hoc[6]) praetulit. tolerantur adhuc Polybii exempla II 61, 5. IV 25, 3. 4, alibi.[7]) etiam apud Xenophontem et oratores terminationem αιεν saepius inveniri testatur La Roche.[8])

Secunda optativi persona in αιc exiens Iosepho omnino incognita est: tantum θελήcειαc A. II 147. XVIII 297. Vit. 224, κατακρίνειαc A. II 156, ἀπολύcειαc ib. 157, ποιήcειαc ib. 226. III 72, ἀπαλλάξειαc A. III 69, ἐρεθίcειαc XVIII 336 legimus. hac igitur in re Iosephus a Plutarcho, qui moral. p. 1062 b θαυμάcαιc dicit, et Galeno, qui de haeres. act. sem. Erl. II 256, 19 κενώcαιc et ib. 279, 16 ἐπιχειρήcαιc profert, discedit.

§ 17. De futuro.

Futura paucorum verborum activam formam induerunt pro media Attica: διαρπάcει pro διαρπάcεται A. X 112, διαρπάcειν

1) La Roche, grammatische untersuchungen: zeitschr. f. d. österr. gymn. 25. (1874) p. 419.

2) über den gebrauch der nichtäolischen optativformen bei den Attikern. zeitschr. f. gymn. 1882 p. 624. cf. de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1886. jahresber. p. 41. 42.

3) quaest. gramm. p. 63². cf. de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1877 p. 13.

4) act. soc. philol. Lips. p. 328 sq. in editione autem novissima formam φρονήcαιεν retinuit.

5) praef. p. XV = Vogel, edit. III p. XLI.

6) act. sem. Erl. II 279.

7) cf. Eberhard, observat. Polyb. p. 28.

8) l. l. p. 420.

A. XI 330. B. II 21, 7 (220, 31). [Plut. Cam. 11 (263, 21)], ἁρπάσων B. I 17, 1 (63, 8). ἐπιδραμῶ pro ἐπιδραμοῦμαι B. prooem. 6 fin. (6, 29).[1]) ἀπαντήσει pro ἀπαντήσεται A. XI 326.[2]) φθάσει B. IV 4, 1 (311, 9) pro φθήσεται (φθάσω Xen. Cyr. 7, 1, 19, sed nunc correctum est sicut ib. 5, 4, 38), Arrian. Anab. I 13, 3 ὑποφθάσομεν, Newie p. 16. διαπλεύσειν A. XV 46, ἐκπλεύσειν B. I 24, 4 (92, 23) (πλεύσειν Polyb. II 12, 3, quam formam Meinekium barbaram vocare testatur Eberhardius, sed tamen editores novissimi retinent, πλεύσει Le Bas II 5, 1289, παραπλεύσων Diod. XIII 54, 5, ἐκπεριπλεύσοντα Arr. An. VI 28, 6), sed πλευσούμενον A. XVIII 160, ἐκπλευσούμενον XIX 80. ἀναπνεύσειν B. V 6, 2 (31, 26).[3]) σπουδάσειν A. XVII 203 (Pol. III 5, 8. Diod. I 58, 4). βιώσετε (βιώσητε S²PL²E) A. I 46, βιώσειν A. VIII 337.[4]) quoniam haec futura non librorum consensu traduntur, nescio an forma media ponenda sit, praesertim cum et apud Iosephum ceteris locis inveniatur velut: βιώσονται A. III 78. 213. IV 138. B. I 10, 4 (39, 26), βιώσεται A. X 27, βιώσεσθαι A. XV 204, βιωσόμενον A. II 151. VIII 297 et apud alios posteriores ut καταβιώσεται Plut. Dem. 47 (340, 5), βιωσόμενος Plut. Ages. 33 (179, 16). Cato 35 (69, 14), βιώσῃ Luc. Hermotim. 69 (I 811).

Porro satis saepe futurum medium pro activo usurpatur: τεθνήξομαι B. III 8, 5 (267, 21), τεθνήξῃ A. VII 265. IX 26. B. III 8, 4 (265, 7), τεθνήξεται A. VIII 403. IX 90. 101; τεθνηξόμεθα A. II 148. XVIII 271; τεθνηξόμενος A. II 151. IV 320. V 265. 350. VI 195. VII 266. XIX 124. B. I 29, 4 (111, 16). III 8, 7 (268, 17). V 3, 4 (15, 17). 10, 2 (51, 26); τεθνήξεσθαι A. II 33. VII 152. VIII 14. 408. XIII 312. XVII 175. XVIII 125. Vit. 109. B. I 26, 2 (100, 30). eos, qui Atticorum elegantiae studerent, tantum formam mediam adhibuisse testatur Schmidius I 242.[5]) ζήσεται A. I 193, ζήσεσθε XII 281, ζησόμενοι IX 75, ζησομένους A. IV 302, ζήσεσθαι XII 198, sed ζήσομεν XVI 119, ζήσουσιν XII 315.[6]) ἑστήξομαι: ἐφεστηξομένου A. XVIII 203.[7])

---

1) Holwerda, emendat. Flav. p. 47. Naber. l. l. p. 390.
2) de Polybio cf. Eberh. p. 31 et Polyaen. II 1, 17 ἀπαντήσειν.
3) cf. Cobet, nov. lect. p. 171. 249.
4) συμβιώσεις Pol. XXXII 10, 9 temptavit Dindorfius, Luciani βιώσεις navig. 26 (III 265) corrigi iubet Cobetus, var. lect. p. 317². cf. Du Mesnil p. 5. Schmid I 231. Eberh. p. 31, Wendland, deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559. 5) cf. Cob. var. lect. p. 316². nov. lect. p. 264.
6) ζήσομαι etiam Dionys. Hal. VIII 31, 2. XIX 18 (248, 15), Iacoby, spr. d. Dion. p. 33; Lucian. Paras. 12 (II 849. 850), Schmid I 231; Gen. 3, 22. Reg. IV 8, 8. Ps. 71, 15 Tisch. Matth. 4, 4, Winer § 15 p. 83⁷. adde Henoch (A. Dillmann, über den neugefundenen griech. text des Henochbuches. 2. mitteilung. sitzungsber. d. preuſs. akadem. d. wiss.) p. 1081, 4. 1083, 4. 1090, 37. vid. etiam Cobet, var. lect. p. 610² et Wendland, deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.
7) παρεστήξῃ Lucian. imag. 14 (II 473), Schmid I 242, παρεστήξεται C. I. G. 4697, 39 in lapide Rosettano anni 196 a. Chr.

A. V 33 λήcεcθαι 'fore, ut lateat' ROSPL Naberus, λήcειν M Niesius, ib. 123 λήcεcθαι cum libris plenis editores, λήcειν epitome. formam mediam praeferam. cf. λήcεται 'latebit' A. II 215; λήcεcθαι 'fore, ut lateat' A. II 219. V 76. IX 120. XI 274. B. V 11, 1 (54, 13), λη cόμενον A. VI 270 (λήcεcθαι Herodian. I 8, 6), etsi non rarius formam activam observamus: λήcειν 'fore, ut lateat' A. I 55. V 172. XIII 316. XVIII 232. B. I 3, 6 (18, 18). II 7, 1 (144, 15). VI 7, 3 (112, 5). similiter etiam apud Lucianum λήcω et λήcομαι 'latebo' alternant[1]) et apud Herodianum (I 9, 4 λήcεις). cave huc trahas λήcομαι 'obliviscar' A. XIX 325.

A. II 220 ἐκποριεῖν ROE editores, ἐκπορίcειν MSPAExc. (ut Diod. 38, 19 πορίcεcθαι, quod correxit Dindorfius), IX 241 ἀφανιῶ cum plurimis libris editores, ἀφανίcω M. XV 172 κομιοῦcαν A editores, κομίcουcαν E. num formae non contractae ferri possunt? traduntur in libris:

-ίcω (-ίcομαι)	-ιῶ (-ιοῦμαι)
ἀγωνιcομένου B. III 7, 15 (247, 22) (Diod. XIII 21, 3 ἀγωνιcομένους correxit Dindf. praef. p. XIV = Vogel praef. p. XXXVII).	ἀγωνιούμενος B. I 29, 3 (110, 15).
	ἀγωνιεῖcθαι A. XV 109.
	διαγωνιεῖcθε B. III 10, 2 (278, 5).
	cυναγωνιούμεναι B. II 2, 1 (132, 1). A. XVII 220.
	cυναγωνιεῖcθαι B. II 8, 7 (150, 7). (cυναγωνιουμένους Dion. H. IV 83, 2, cυναγωνιεῖται Plut. Cor. 9 (425, 27).
αἰχμαλωτιcομένους B. IV 2, 4 (297, 8).	
ἀκροβολιcόμενοι B. III 9, 7 (274, 25), quae forma soli editioni Lipsiensi (1826) deberi videtur, nam in libris ἀκροβολιζόμενοι legitur, si Cardwello fides est.	
ἀποτειχίcοντας (-cαντας V) A. IX 148.	
τειχίcειν (τειχίζειν LP) B. II 21, 4 (218, 27). (Xen. Hell. IV 8, 1 ἐντειχίcοιεν corr. Dindorf).	
	ἀργυριούμενος B. I 15, 2 (56, 16).
ἀcφαλιcόμενον A. XIII 183.	ἀcφαλιεῖcθαι B. II 21, 4 (218, 27).
ἀφανίcειν (ἀφανίcαι E) A. VI 299. Vit. 102.	
ἀφανίcοντες Vit. 375.	
(ἀφανίcουcι Henoch l. l. p. 1086, 24).	
ἐξαφανίcει (-νίcῃ M, -νίcαι S) A. III 313.	
ἐξαφανίcειν A. VIII 127.	
βαcανίcων A. II 105.	
	βαδιοῦcι A. II 138 secundum RO Niesius, βαδίζουcι cum ceteris Naberus.
	καθιεῖcθαι A. VII 353 (cum RO Niesius, sed καθεδεῖcθαι cum SP Naberus).

1) Cobet, var. lect. p. 138². nov. lect. p. 265. 775.

διακομίcουcιν [-cωcιν M] A. VIII 54 (in titulo Kuman. no. 3151 κομίcεcθαι. cf. Riemann, revue de philologie V 179, de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882. jahresb. p. 208: 'avant l'époque romaine').

ἐκφαυλίcειν A. VI 207.
ἐμφανίcειν A. I 224.
ἐμφανίcον A. II 336 (ita RO Niesius, ἐμφανίζον MSPL Naberus).
(ἐμφανίcων A. VII 62 ex Ernesti coniectura, quam Naberus recepit [ἐμφανίζων codd. Niesius]).
ἐνυβρίcει B. VI 2, 4 (83, 25).
ἐξυβρίcειν B. II 8, 7 (150, 10).

ἐπιβαπτίcειν B. III 7, 15 (247, 26). (Matth. 3, 11 βαπτίcει).
ἐπικουφίcειν (-ίζειν L) B. IV 8, 1 (335, 6). (Exod. 18, 22 κουφίcουcιν in codice Alexandrino, sed recte κουφιοῦcιν in Vaticano).

ἐρεθίcειν XX 175.
καινίcει A. IV 292.
καρπίcεcθαι B. IV 10, 3 (ita codd. secundum Cardwellum, nisi quod in N καρπήcεcθαι librarii errore scriptum videmus, καρπώcεcθαι Bekkerus 352, 14.)
κατακρημνίcειν (-ήcειν FL, quod idem est, cum ι et η saepius a librariis inter se permutentur) XIII 231.
νεωτερίcειν X 102.
[νομίcουcιν V 215, si quis Niesium sequitur. sed vid. supra p. 407.]

[caφηνίcει in M VIII 143. vid. supra p. 407.]
cυνοικίcειν XIII 81 (LVE editores, cυνοικήcειν PFAMW, quae vix varia lectio vocari potest).

κομιοῦcι XIV 155 (-ίζουcιν P).
κομιεῖται A. II 119.
κομιεῖν XIX 258.
κομιοῦντοc XIX 173.
κομιοῦνταc XII 193.
κομιοῦcα B. I 30, 5 (114, 10).
κομιούμενοc XIV 370. XIX 292. B. II 8, 10 (152, 6).
μετακομιοῦντα A. VIII 99.
ἐγγιεῖν B. III 2, 1 (226, 17).
ἐγχειριεῖν A. V 299 ex Bekkeri, ib. 131 ex Dindorfi emendatione (ἐγχειρεῖν codd., sed 'traditurum' Lat.).

ὑβριεῖ A. XIX 78.
ὑβριεῖν A. XVIII 321.
τοῦ ὑβριοῦντοc A. XVII 243.
ὑβριοῦνταc (codd. cf. supra p. 363) XVII 241.

ἐπιcτομιοῦνταc XVII 251.
εὐαγγελιούμενοc A. VI 56. XVIII 228.

διακρημνιεῖν B. I 2, 4 (13, 26).

νεωτεριεῖν XVIII 92.
νομιοῦμεν XII 227.

ὀνειδιοῦντοc XVII 353.
πορ ι εῖν A. VIII 13.
προεξομαλιοῦνταc B. III 7, 3 (241, 22).

σωφρονίσων (-ήσων N) B. III 9, 7 (274, 9).

φροντίσω XIV 312 (προσθήσω P).
χαρίσεται A. II 28 (RO Niesius, χαρίσηται MSLExc. Naberus non recte). (Rom. 8, 32 χαρίσεται, Diod. 37, 18 χαρισόμεθα correxit Dindorf, praef. p. XIV = Vogel, praef. p. XXXVII).

χειμερίσοντα B. III 9, 1 (270, 27).

ὑστεριῶν XVII 303.

χαριεῖσθαι XV 206. [Plut. Mar. 25 (356, 2) χαριεῖσθαι.]

χειμαδιοῦσαν XVIII 55.
χειμεριοῦσαν B. I 1, 5 (11, 30). 15, 6 (59, 4).
χειμεριοῦντας B. I 15, 6 (58, 8).
ψηφιούμενον XIX 193.

quae in veterum scriptis formae non contractae exempla afferebantur[1]), nunc correcta sunt. ex titulis addo περιενκεντρίσει CIA. II 167, 62 (paulo post 307 a. Chr.)[2]) et πτωματίσει[3]), sed illud ab Herwerdeno in dubium vocatur.[4]) in posteriorum scriptis futurum in σω aut omnino non toleratur ut apud Dionysium[5]) et Lucianum, apud quem pro imag. 9 (II 489) μετασχηματίσειν Dindorfius correxit, aut perraro ut in N. T.[6]) et apud Aristidem.[7]) apud Galenum de haer. ed. Helmreich (act. sem. Erl. II 274, 24) γνωρίσομεν, quod codicis Laurentiani prima manus praebet, altera in γνωριοῦμεν correxit. etiam μετεωρίσει Heron. Alexandr. (vett. mathem. ed. Thevenot) p. 174, 30 et συρίσει p. 194, 23. 200, 26 dubitationi obnoxia sunt, quoniam ipsi LXX interpretes formam contractam usurpant: συριεῖ Iob 27, 23. (neque Heroni forma contracta ignota est ut ἐμφανιοῦμεν p. 264, 20.) quare etiam Iosephi futura in -ίσω exeuntia suspiceris librariis, non Iosepho ipsi deberi.[8])

Attici porro plerumque dicebant σκεδῶ, ἐλῶ, καλῶ, τελῶ, ὀλῶ, Iosephus vero σκεδάσω, ἐλάσω, sim. retenta littera σ: σκεδάσειν B. IV 9, 6 (344, 27) διασκεδάσειν B. I 31, 4 (118, 14)[9]), ἐλάσειν A. XVIII 330, ἐξελάσων B. I 16, 1 (59, 18)[10]), καλέσων A. XI 266, ἀνακαλέσοντας (-αντας M) B. I 14, 2 (54, 19), παρακαλέσοντας

1) Eurip. Troad. 1234 (cf. Lob. Aiax 560). Plat. de rep. 370 e. Isae. I 51.
2) Meisterh. p. 143². Lautensach, verbalflexion der attischen inschriften. progr. Gotha 1887 p. 17.
3) Riemann, revue de phil. V 179.
4) de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882 p. 208.
5) Iacoby l. l. p. 33.
6) Winer § 13, 1c p. 72⁷.
7) Schmid II 30.
8) cf. etiam Cobet, var. lect. p. 177², qui futurum νομίσεις barbarum dicit. vid. eiusdem nov. lect. p. 497.
9) διασκεδάσουσιν Arr. Anab. I 1, 7, Lucian. dial. mer. 9, 5 διασκεδάσομεν.
10) Lucian. nav. 33 (III 269) ἐλάσειν, Cobet, var. lect. p. 78², ἐλάσω Cyr. I 4, 20 mutatum est sicut Anab. VII 7, 55 (ἐλῶντας).

A. IV 104. XIV 254. XV 407. Vit. 190, παρακαλέϲειν A. II 310. VI 93, παρακαλέϲουϲι A. XIV 155, ἐπικαλέϲεϲθε B. II 16, 4 (187, 32)[1], τελέϲειν A. VIII 362. X 2. XI 315 (τελεῖν V, quod probat Niesius), ϲυντελέϲων A. XV 51, τελέϲετε B. II 16, 5 (189, 15). τελέϲειν, quod exstat A. VII 318 in MSPE (προεῖπεν ['iussit'] τελέϲειν ἡμίϲικλον) et X 163 in plurimis libris (ἐφ' ᾧ τελέϲειν φόρον 'ea condicione, ut vectigalia penderent'), optimo iure Niesius in τελεῖν (infin. praes.) correxit. cf. A. X 155 ἐπέταξε τελεῖν φόρον, quare minus placet Naberi τελέϲαι.[2]) διολέϲει A. VI 187, ἐξολέϲω VIII 270, ἐξολέϲειν VIII 299, ἀπολέϲει IX 208. XIII 205, ἀπολέϲουϲιν (-ωϲιν OL) X 252, ἀπολέϲειν A. V 311. VI 305 (pro ἀπολέϲαι ex Niesii coniectura in editione minore, Nab. ἀπολεῖν) VIII 257. XI 330, ἀπολέϲονταϲ ROL Naberus X 33[3]), sed ἀπολεῖϲ A. I 183. VII 385. IX 91, ἀπολεῖ III 313. VI 305, ἀπολεῖτε IV 190. 295 et semper in medio vel passivo ἀπολεῖται A. IX 119. X 118, ἀπολεῖϲθαι A. I 190. V 59. VIII 322. 361. IX 124. X 14. XIX 9. 138, ἀπολούμενοϲ A. III 296. X 253. XVII 210 (vid. supra p. 362). XVIII 69. XIX 100. 323. B. II 16, 4 (188, 10). VI 6, 2 (107, 4).[4])

A. XI 314 μαχηϲόμενοϲ (-ουϲ W) PFVEW Niesius, μαχεϲόμενοϲ LA Naberus, XIII 176 μαχηϲομένουϲ AVW, μαχεϲομένουϲ PF Niesius, μαχεϲομένουϲ (η supra ε) M, μαχομένουϲ L, μαχουμένουϲ Niesius in editione minore et Naberus, XVIII 354 μαχηϲόμενοϲ AW Niesius, μαχεϲόμενοϲ M, μαχούμενοϲ E Naberus, XIX 337 μαχηϲομένουϲ (-οιϲ W) AWE editores, μαχεϲομένοιϲ M. fluctuant libri, fluctuant editores. formam μαχεϲόμενοϲ omnino tolerandam non esse existimo, quoniam numquam consentiente librorum memoria traditur. sed futurum μαχήϲομαι et eo confirmatur, quod A. VII 12 μαχηϲομένουϲ, ib. 125 μαχηϲόμενον, Ap. I 242 ὑπερμαχήϲεϲθαι (Manethon.) nulla codicum discrepantia legitur, et eo, quod

1) καλέϲει Gen. 2, 19, ἐκκαλέϲεϲθαι Polyb. III 98, 8; ἐπικαλέϲεϲθαι Plut. Caes. 14 (377, 22), καλέϲειν Lucian. Alex. 19 (II 227), παρακαλέϲοντα Dittenb. syll. 171, 15, παρακαλέϲουϲιν ib. vers. 26 (saeculi tertii alterius partis). cf. etiam de Bamberg l. l. 1882 p. 208, sed ἐγκαλέϲω Dem. 19, 133. 23, 123 et παρακαλέϲω ib. 8, 14 nunc mutata sunt.

2) ἐπιτελέϲει Num. 23, 23, διατελέϲειν Dion. Hal. III 37, 1 ἐκτελέϲειν Lucian. Fugit. 23 (III 377), alibi, διατελέϲων Aristid. Schmid II 32, ϲυντελέϲουϲιν in titulo saeculi I a. Chr. Viereck XVIII 49. ἀποτελέϲει Heron. Alex. (vett. mathem. ed. Thev.) p. 200, 25. 202, 7. 227, 18. 230, 16. — Xen. Cyr. VIII 6, 3 τελέϲουϲιν et Dem. 21, 66 διατελέϲω mutata sunt. de Isocrate cf. Cobet, var. lect. p. 242[2].

3) ἀπολέϲει Henoch l. l. p. 1080, 8. 1082, 26. Matth. 21, 41. Marc. 8, 35. Win. § 15 p. 80[7], ἀπολέϲων Lucian. As. 33 (II 602), Du Mesnil p. 5. Schmid I 230.

4) ἀπολεῖϲ Psalm. 5, 7. Plut. Them. 28 (247, 1), ἀπολῶ Cor. I 1, 19, Winer § 15 p. 80[7], ἀπολοῦνται Dion. H. IV 4, 4. cf. Cobet, var. lect. p. 28. 78. 326[2]. nov. lect. p. 439.

etiam Dionysio Hal. haec forma satis usitata est[1]) ut poetis (in Iliade saepissime, Sol. 2, 5 B), quos posteriores, in eis Iosephum imitatos esse constat. sed minime Iosephus forma vulgari μαχοῦμαι abstinet (A. VI 173. XIII 12. XIX 243), quam Plutarchus saepius usurpat[2]) quam μαχήσομαι.[3])

Verbi κερδαίνω futurum duplici ratione ab Iosepho et contra grammatices Atticae et communis dialecti usum formatum est κερδήσω: κερδήσετε B. II 16, 4 (188, 8); κερδήσουσιν B. IV 4, 3 (315, 16). V 2, 4 (9, 22); κερδήσειν B. II 15, 4 (177, 16). forma Attica κερδανεῖ A. VII 168 invenitur. cum scriptoribus recentioris aevi communi dialecto usis congruit in participio futuri κερδησομένου A. XIX 146. etiam Ionibus futurum κερδήσομαι usitatum fuisse docet Herod. 3, 72.

A. I 314 αὐξηθήσεσθαι MSP, αὐξήσεσθαι RO editores, VII 272 ἐπιμεληθήσεσθαι ROSPE Niesius, ἐπιμελήσεσθαι Dindorfio auctore Naberus, XIII 170 προθυμηθησομένοις LAMVW, προθυμησομένοις PF editores, XV 148 ὠφεληθήσεσθαι codd. Niesius, ὠφελήσεσθαι Naberus, XVIII 360 τιμωρηθήσεσθαι A Niesius, τιμωρήσεσθαι MW, τιμωρήσασθαι E Naberus. Niesius codices suos sequitur, Naberus Dindorfio l. l. p. 834 sq. hortante formam mediam omnibus his locis praetulit, etiam contra codicum memoriam, nec tamen sibi constat, cum A. VI 207 διαλεχθήσεσθαι intactum reliquerit. non intercedo, quominus, ubi codices dissentiunt, ibi forma media ponatur, sed forma passiva, ubi in omnibus libris traditur, toleranda est, nam aliis Iosephi locis defenditur: αὐξηθήσεται B. IV 3, 10 (306, 12), διαλεχθησόμενον B. III 9, 7 (274, 18), λυπηθήσονται B. VII 8, 6 (158, 4), πλανηθήσεται B. I 10, 6 (41, 1), φοβηθήσεται Ap. II 277. at haec quoque exempla idem Dindorfius in dubium vocavit. ei concedendum est non deesse formas medias velut ἐπιμελησομένους A. VIII 297, ἐπιμελήσεσθαι A. X 16. B. V 12, 1 (60, 20), λυπήσονται A. II 147 [προθυμήσεται in MWE XVIII 360, sed hic cum A legendum est προμηθήσεται], διαλέξοιντο A. XVII 212. XVIII 369 (secundum A), διαλεξόμενον A. XV 224. B. I 25, 5 (98, 16), διαλεξόμενος A. VII 35. XIV 373, διαλεξομένη A. VIII 6, διαλεξομένους A. XII 50. XIV 197. B. II 13, 7 (169, 25). 21, 5 (219, 7), τιμωρήσομαι A. VIII 20, τιμωρήσεται A. VI 35. VII 27. IX 133. B. III 1, 2 (225, 18), τιμωρήσεσθαι A. XVI 70 secundum AW, τιμωρησόμενος B. VI 6, 2 (108, 2). quae veterum exempla in hanc rem afferebantur, plerumque nunc

---

1) III 14, 2. 32, 6. 58, 2. 63, 3. VIII 20, 1. IX 13, 4. 35, 5, Iacoby, spr. d. Dion. p. 33.

2) F. Max. 5 (346, 3). Aem. Paul. 13 (51, 24). Arist. 12 (175, 31). ib. 11 (174, 24). Caes. 39 (404, 7). Alex. 42 (328, 16).

3) F. Max. 5 (346, 10) μαχησόμενος. Marc. 26 (151, 5) μαχησόμεθα. ceterum haud scio an etiam apud Sextum Empir. 283, 6 μαχήσονται secundum codicem Cizensem pro μαχέσονται scribendum sit. cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 63. 66.

correcta sunt, praesertim cum plurimis locis codices ipsi inter se dissentiant.[1]) in dubium vocari potest Dem. 18, 252 διαλεχθήcομαι, quia B(YQ) διαλέξομαι exhibent, sed Isocr. 9, 34 διαλεχθηcόμεθα procul dubio est. etiam Aesch. 3, 27 in aliquot libris teste Frankio ἐπιμεληcομένουc exstat. sed αὐξηθήcομαι tueri videtur Dem. 56, 48 (αὐξηθήcεται), quamquam αὐξήcεται legimus Xen. Cyr. VI 1, 12. Plat. de rep. 497 a. certum esse videtur προθυμηθήcομαι Lys. 25, 17 ut cυλλυπηθήcομαι Herod. 6, 39. ut transeam ad posteriores, habes in titulo Astypalaeae reperto CIG. 2483, 25 = Cauer, delectus inscr. Graec. 156, 25 saec. II a. Chr. ἐπιμεληθήcεται (sed Dion. Hal. VI 90, 2 ἐπιμεληcομένουc), porro λυπηθήcοιτ' ἂν Aristot. Ethic. Eud. γ 5 p. 1232^b, 12[2]), λυπηθήcονται Lucian. dial. meretr. 8, 2 (III 299), quam formam Dindorfius mutari vult[3]), προθυμηθήcεcθε Cass. Dio 50, 28, 5, πλανηθήcεcθαι Lucian. ver. hist. 2, 27 (II 124)[4]), φοβηθηcόμεθα Plut. Brut. 40 (88, 16), φοβηθήcονται Ierem. 40, 9 Tisch., ὠφεληθήcεται Aristot. Eth. Nic. α 4 p. 1097^a, 8[5]), ὠφεληθήcεcθαι Diod. 19, 7, 1[6]), διαλεχθηcόμενοι Plut. mor. p. 236 c. his posteriorum potissimum testimoniis adiutus dubito Ludovico Dindorf omnes illas formas passivas in medias mutanti assentiri.[7])

Apud Atticos constat τιμήcομαι vi passiva praeditum fuisse, cui rei respondet apud Iosephum A. XVIII 216 προτιμηcόμενοc (ἀνὴρ τῇ Ῥωμαίων προτιμηcόμενοc ἡγεμονίᾳ). futurum passivum τιμηθήcεcθαι in Iosephi scriptis A. XII 269 occurrit, quod non est, cur cum Dindorfio p. 835[8]) mutemus, praesertim cum in inscriptionibus ab 350 a. Chr. semper haec forma legatur[9]), nec desit apud Plutarchum moral. p. 112 b τιμηθήcεται. eadem formarum varietas observatur apud Thucydidem, nam II 87, 9 habes τιμήcονται[10]) et VI 80, 4 τιμηθήcονται. ceterae formae, quae apud Iosephum leguntur: A. XVII 355. XVIII 2 ἀποτιμηcόμενοc et A. XIII 414 τιμήcεcθαι activam sive mediam significationem habent.

A. XIII 70 miror, quod Niesius lectionem codicum PVW τὸ καθιδρυcόμενον ἱερόν 'templum construendum' praetulit neglecta

---

1) velut nunc legitur Xen. Mem. II 7, 8 ἐπιμεληcόμεναι (Breitenbach-Mücke, Gilbert), Cyr. II 3, 3 προθυμήcεται, ib. III 3, 30 φοβήcονται (Hug), Mem. I 6, 14. Cyrop. III 2, 20 ὠφελήcεcθαι, Mem. III 3, 15. 7, 9 ὠφελήcει (cf. ib. II 7, 8. III 11, 3).

2) apud eundem λυπήcεται Ethica Magn. α 28 p. 1192^b, 22, Ethic. Nic. δ 2 p. 1121^a, 2, Ethic. Eud. γ 1 p. 1229^a, 37.

3) cf. λυπήcομαι Lucian. Nigr. 9 (I 48).

4) sed cf. Dindorf, Fleckeis. ann. 1869 p. 835. de morte Peregr. 16 (III 341) πλανηcόμενοc.

5) ib. Polit. β 8 p. 1269^b, 17 ὠφελήcεται.

6) temptavit Dind., praef. vol. I p. XV = Vogel, praef. I p. XLI.

7) cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 567. 697.

8) cf. Cobet, var. lect. p. 47^2.

9) Meisterh. p. 155. cf. Riemann, revue de phil. V 175. 184 et de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1886. jahresb. p. 56.

10) cf. Soph. Antig. 210. Dem. 19, 223.

ceterorum lectione καθιδρυθηςόμενον. vereor, ne testimoniis aliunde petitis illam firmare non possit. apud veteres quidem[1]) ἱδρύςομαι medii notione ornatur et vis passiva apud posteriores (Cass. Dion. 52, 35 ἐνιδρυθήςομαι, Dion. H. de comp. verb. 6 ἱδρυνθήςομαι) etiam forma passiva significatur.

Simile vitium A. VIII 63 in libris ROM observatur, quorum lectionem ἐποικοδομηςομένης (τῆς ἐπ. καταςκευῆς 'fundamentum molis exstruendae') nescio, cur editores probarint. equidem ex SP ἐποικοδομηθηςομένης praeferam. cf. Lys. 12, 63 οἰκοδομηθήςεται.

B. IV 3, 10 (304, 29) ἀναμνήςεςθε PL, ἀναμνηςθήςεςθε cum ceteris libris editores. illam formam ἀναμνήςεςθε B. V 9, 4 (45, 24) tueri videtur, sed hoc quoque cum Dindorfio p. 835 in ἀναμνηςθήςεςθε corriget, quisquis comparaverit A. III 94 μνηςθήςομαι, ib. 224 ἐπιμνηςθήςομαι, XV 16 ἀπομνηςθήςεςθαι, XVIII 11 μνηςθήςομαι, B. IV 5, 4 (323, 28) μνηςθήςονται, Ap. II 8 ἐπιμνηςθήςομαι. id praeceptum, quod statuit Cobetus var. lect. p. 321[2], μεμνήςομαι in populari sermone significare 'meminero', μνηςθήςομαι autem 'commemorabo' ad Iosephum non pertinet. cf. A. XV 16 τῆς χάριτος ἀπομνηςθήςεςθαι προςδοκῶν 'exspectans Herodem beneficii recordaturum esse'. quare etiam A. XVIII 358 malim μνηςθήςεςθαι quam cum Niesio μνήςεςθαι (μνήςαςθαι codd.) corrigi, nisi forte μεμνήςεςθαι cum Nabero ex epitomes lectione μεμνήςεται eliciendum est. quamquam Eurip. Iphig. Aul. 667 μνήςει certum esse videtur[2]), in dubium vocantur Thuc. I 137, 2 (ἀπομνήςεςθαι), Dinarch. p. 95, 1 (ἀναμνήςεςθε), Herod. I 5. 51[3]), nunc correctum est Demosth. 19, 283. posterioribus forma μνηςθήςομαι usitatissima erat (μνηςθήςομαι Polyb. III 3, 3. V 33, 3 (?), Plut. Marc. 20 (142, 25), Lucian. dial. mer. 7, 4 (III 298), Deuter. 24, 22. Psalm. 44, 18. 86, 4 Tisch., in titulo Syracusano (inscript. Sicil. et Ital. ed. Kaibel 172) ἐπὶ τοῦ μνηςθηςομένου). quare non dubitamus, quin Dindorfius etiam Diod. XIV 117, 5 et Pausan. V 25, 1 (ἐπιμνηςόμεθα) suo iure temptaverit.

§ 18. De aoristo activi et medii.

Posteriorum tantum est aoristus ἔζηςα, qui persaepe apud Iosephum legitur velut ἔζηςεν Vit. 421, ζήςας A. I 67. 83. 84. 85. 104. 106. 108. II 199. V 360. VIII 211. XVII 29, διαζήςας X 216, ἐπιζήςας VI 306. VIII 285, ζῆςαι VI 317, διαζῆςαι X 157, al.[4])

A. VII 46 ἐπεβίω ROM editores, ἐπεβίωςε SP, IX 172

1) Eurip. Heracl. 397. Arist. Plut. 1198.
2) cf. Veitch, greek verbs irregular and defective p. 400.
3) ἐπιμνήςομαι. cf. Dindorf, praef. Diod. vol. I p. XV = Vogel, praef. I p. XLI.
4) cf. Gen. 5, 4. Henoch l. l. p. 1083, 4. 1090, 38. Luc. 15, 24. Apoc. 2, 8, de Luciano vid. Schmid I 231. cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 494.

ἐβίωϲε ROMSP editores, ἐβίω epitome. aoristus ἐβίωϲα, cuius pauca apud Atticos exstant exempla[1]), Iosepho usitatior est quam aoristus ἐβίων: ἐβίωϲε A. I 83. 84. 256. II 214. IV 327. IX 157, ἐβίωϲα, (εἰ) Vit. 258, ἀνεβίωϲεν A. VIII 327, ἐπεβίωϲεν A. XX 94, sed ἐβίω B. II 7, 4 (146, 31). (ἐβίω Luc. Peregr. 32 [III 354]). hac in re consentit cum Polybio[2]) et Plutarcho.[3]) adde titulos CIG. 4825 saeculi II post Chr. et ib. 4827 p. Chr. saec. II ἐβίωϲε. inprimis participii usus apud Iosephum frequens est ut apud Polybium[4]), Plutarchum[5]), Dionysium Hal.[6]), in N. T.[7]), Herodian I 1, 6. 4, 7: βιώϲαϲ A. I 85. 152. 234. 346. II 198. V 359. VII 300. 389. VIII 144. 264. IX 104. 166. 204. 227. 243. 257. X 47. 77. 98. XIII 299. 365. 404. XVIII 32. Ap. I 117 (verba Menandri Ephesii sunt). 121. 122. 123. 124. 125 (bis), βιώϲαϲα A. I 237. XIII 430, ἐπιβιώϲαϲ A. IX 44 — contra βιούϲ A. I 84. 104. II 196 IV 84. V 117, ἐπιβιούϲ A. X 36. XVIII 224. B. I 2, 8 (15, 17). 33, 8 (127, 31). infinitivus est βιῶναι A. I 152, καταβιῶναι A. III 314. quoniam priore loco in codice L βιῶϲαι exstat, monere liceat hanc formam etiam apud Dionysium Hal. III 37, 1[8]), in N. T. (Petri I 4, 2), apud Lucianum legi.[9])

A. IX 29 προείπαμεν RO Niesius, προείπομεν MSP Naberus. Eberhardius p. 32 observavit omnino aoristum I εἶπα multo frequentiorem esse apud Polybium quam secundum, Kaelkerus p. 231 demonstravit apud eundem scriptorem formam εἶπα ante consonantes poni, εἶπον ante vocales.[10]) sed hiatus fuga apud Iosephum certum est formarum varietatem effici non potuisse. apud hunc autem aoristus I rarius legitur ut apud Aristidem[11]) et Dionysium Hal. hac igitur in re discedit a Philodemo atque etiam a Plutarcho et Luciano[12]) sicut a libris sacris.[13]) Iosephi exempla liceat afferre haec: προείπαϲ A. VIII 113 (Matth. 26, 25. Thessal. I 4, 6. Pol. III 27, 8[?]), εἰπάτω A. XVI 111[14]), εἰπάτωϲαν B. IV 4, 3 (313, 26. 314, 10). (Act. 24, 20), ἀπείπαϲθαι A. XVII 48[15]), ἀπειπαμένων

1) Krueger § 40 p. 155, sed Plat. Phaedr. p. 113d Cobetus var. lect. p. 610[2] (cf. ib. 316) βιώϲαντεϲ in βιοῦντεϲ mutari iubet.

2) Eberhard, observ. Polyb. p. 32.

3) Bernardakis l. l. p. LXIV.

4) Eberhard l. l. 5) Num. 21 (146, 3).

6) II 76, 5. III 69, 2. IV 40, 6.

7) Winer § 15 p. 80[7].

8) Iacoby, sprache d. Dionys. p. 34.

9) Macrob. 8 (III 213). Du Mesnil p. 5. Schmid I 231. cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 576.

10) Hultsch, die erzähl. zeitf. b. Pol. l. l. XII p. 100, 2. 3. 101, 1.

11) Schmid II 31. 12) Schmid I 232.

13) Winer § 15 p. 81[7].

14) ἀνειπάτω CIA. II 614, 17 saec. III. cf. Buettner-Wobst, praef. vol. I p. LXXVI, de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882 p. 209.

15) Polyb. V 50, 13(?), alibi, Eberhard p. 32, Hultsch l. l. 101, 1, Plut. Alc. 25 (379, 25).

A. XVII 177[1]; εἶπας Ap. II 148.[2]) optativum εἴπειεν (ἡδέως) Dindorfius A. XVI 378 (εἴποιεν codd., εἴποι ἂν proponit Niesius. cf. supra p. 411) et Hudsonus A. XVII 32 (εἴποιεν codd., εἴποι editores), cum ibi lectiones traditae non sint ferendae, restituere conati sunt, quamquam εἴπαιμι me numquam in Iosephi scriptis legere memini, sed tantum formam optativi aoristi secundi: εἴποιεν A. I 305, εἴποιμι Ap. II 151, εἴποιμεν Ap. II 132, tum εἴποι et ante consonantes Ap. I 167. ib. II 165. A. III 84. 176. B. II 16, 4 (184, 29). IV 4, 3 (312, 29) et ante vocalem A. III 317. quare εἴποι legendum puto (cf. supra p. 411), praesertim cum librarii etiam aliis locis εἴποι in εἴποιεν depravarint velut A. IV 37. V 346. XIX 141. similiter apud Polyb. XI 19, 6 Hultschius propter hiatum εἴποι ὡς in εἴπειεν ὡς mutavit assentiente Kaelkero l. l. p. 232. 238.[3]) sed Demosth. 59, 70 εἴπειεν in εἴποι correctum est. participium omnibus aliis locis est εἰπών velut A. I 333. IX 263. XVII 69, passim. ne desiderentur exempla aoristi secundi, addo εἴπομεν A. VIII 325. XX 9. 110. 187. Vit. 10. εἶπον 'dixi' ante vocalem A. XVII 32. Vit. 141. 298. 420, ante consonantem A. III 206. Vit. 205. 386, προεῖπον ante vocales A. III 248. IV 159. V 122. VI 351. IX 112. XX 71, ante consonantes A. III 209. 215. 288. XX 101. Vit. 89, προείπομεν XII 386. Vit. 186. εἶπα, προεῖπα sim., quae saepe apud Polybium occurrere testis est Hultschius, erz. zeitf. p. 100, 3, apud Iosephum me observare non memini praeter A. XV 39, ubi PF εἴπαμεν exhibent et IX 29 προείπαμεν in RO et Vit. 186 προείπαμεν in W.

A. XVII 111 ἐπανείλω AM (-είπω P) Niesius Holwerda emend. Flav. p. 67 commendante, ἐπανείλου Coccejium secutus Naberus scripsit. non dubium est, quin illud reiciendum sit. nullo enim loco in Iosephi scriptis aoristus I consentiente codicum memoria traditur, sed tantum in variae lectionis farragine velut A. I 50. II 50. V 20. VII 339. 394. IX 41. 184. XIII 281. XIV 18. 298. XV 128. XVI 181. XVII 78. Cocceji coniectura etiam Luciani loco: dial. mort. 15, 1 (I 400) προείλου firmatur. aoristus I ex libris sacris[4]) librariorum sive incuria sive temeritate illapsus esse videtur in Iosephi scripta ut in Polybii[5]) et Diodori.[6])

---

1) ἀπειπάμενος Pol. XII 28, 6. Plut. Dem. 45 (337, 7).

2) Num. 23, 19. Act. 7, 37. 22, 24. adde εἶπας CIG. 2448, VIII 11 saec. III/II a. Chr. (ubi vers. 5 est εἶπαι), CIA. II 603, 13 circiter anno 300 conf. cf. de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882 p. 209. Demosth. 59, 5 εἶπας correctum est. cf. etiam La Roche, gramm. untersuch. zeitschr. f. österr. gymn. 25 (1874) p. 421.

3) cf. Hultsch l. l. p. 100, 3.

4) Exod. 18, 8. Act. 7, 10. 12, 11, Winer § 13, 1a p. 71[7].

5) II 61, 10(?). IV 51, 6(?). VIII 14, 2. XXXVII 1, 10. XXXVIII 4, 4 Hu.; damnat aoristum I Cobetus, defendit Hultschius, die erzähl. zeitform. b. Polyb. l. l. p. 400 adnot. cf. Luettge p. 6. 12. Eberhard p. 32. Kaelker p. 232. Buettner-Wobst, Fleckeiseni annal. 129 (1884) p. 116.

6) IX 12, 1. X 19, 3. vid. Dindorf, praef. p. XXI = Vogel p. XLVIII,

A. II 92 εὕραcθαι ROMPL, εὑρέcθαι SE, V 290 εὕραcθαι ROMPL, εὑρέcθαι S, XIV 149 εὕρετο AM, εὕρατο ceteri, XV 182 εὕρατο PFLVW, εὕρετο AM, ib. 313 εὕραcθαι PMVW, εὑρέcθαι FLA, XVIII 167 εὑράμενοc ME, εὑρόμενοc AW, Vit. 14 εὕραcθαι P, εὑρέcθαι RAMW. Niesius exceptis postremis locis aoristum primum, Naberus omnibus locis secundum posuit. sed illum tolerandum esse confirmant εὕρατο A. V 33. VI 208, εὕραντο A. V 57, εὑραμένου A. I 280, εὑραμένοι B. VII 8, 7 (161, 31) neque Nabero assentior, quod contra omnium codicum auctoritatem his quoque locis aoristum II substituit. nec enim desunt aoristi I exempla apud Philonem, Iosephi aequalem, velut εὑράμενοc de migratione Abr. I 438, 25 Mang., de sacrificant. II 258, 34, neque in N. T.: Hebr. 9, 12 εὑράμενοc. praeterea rarius apud Iosephum legitur aoristus II: εὑρέcθαι XX 54, εὕροιτο XVII 107. cf. εὑρόμενον Dion. Hal. IV 38, 1, εὕρεcθε ib. VI 77, 1. ab Aristide[1]) solus aoristus I usurpatur.[2])

Verbi φέρω prima persona aoristi I notanda videtur: A. XIX 324 ἤνεγκα, pro qua Atticos ἤνεγκον scripsisse Cobetus nov. lect. p. 3 affirmat. eandem formam praebet Luc. Pisc. 32 (I 600). dial. mort. 12, 3 (I 384). in ceteris indicativi formis ab Atticis Iosephus non desciscit. scribit igitur ἤνεγκαc, ἠνέγκατε, ἤνεγκαν. optativum habes ἐνέγκαι B. IV 4, 4 (316, 30, sed in T [cod. Thomae Philipps Baronetti saec. XII] ἐνέγκοι), ἀνενέγκαι B. IV 3, 10 (305, 12) (cf. supra p. 444), κατενέγκαιεν B. V 10, 1 (51, 8), sed A. V 14 in ROSP ἐπενέγκοιc, quod editores receperunt, cum ML ἐπενέγκαιc exhibeant. tria aoristi I exempla etiam apud Dionysium Hal. I 42, 4 (cυνδιενέγκαιεν). VI 60, 2 (ἐπενέγκαιμεν). VIII 78, 3 (cυνενέγκαιεν) inveniuntur.[3]) antiquiorum exempla, quae huc pertinent, viri docti plerumque sustulerunt, sed Dem. 14, 25 etiamnunc εἰcενέγκαιεν legitur. imperativus apud Iosephum occurrit A. VIII 228 προcενεγκάτω, quae forma cum scriptorum Atticorum exemplis in codicibus traditis consentit[4]), sed in titulis Atticis tantum ἐνεγκέτω legi testatur Meisterh. p. 147². cf. Lautensach, verbalflexion der attischen inschriften p. 13.[5]) infinitivus ἐνέγκαι, quem legimus apud alios

---

sed cf. titulum CIG. 4137, 3 in Galatia repertum ἀνείλατο. vid. etiam Meisterhans p. 147².

1) Schmid II 30.

2) vid. etiam Wendland, deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.

3) cf. Iacoby, acta soc. Lips. I 297.

4) cf. Kuehner-Blass I 2 p. 559.

5) occasione data titulum CIG. 3562 = Dittenb. syll. 470 afferre liceat, ubi ἀνενεγκάτω vers. 33 exstat. mirum in modum omnes editores ibi ἀνενεικάτω legerunt. sed apographa chartacea, quae annis 1884 et 1892 confeci, admodum luculenter testantur in lapide exstare ΑΝΕΝΕΓΚΑΤΩ non ΑΝΕΝΕΙΚΑΤΩ. mihi persuasi editores lapidem ipsum, qui asservatur Berolini in museo antiquiore et no. 1176 signatur, numquam ante oculos habuisse. ex apographis etiam elucet, quam frustra Boeckhius operam dederit, ut nobis persuaderet [γυναικ]ονομοῦντοc legendum esse. litterarum reliquiae nos docent re vera nihil ʻnisi tria elementa perisse' ac

posteriores[1]), apud Iosephum omnino non exstat, sed semper legimus ἐνεγκεῖν velut A. II 163. III 20. 170. VIII 321. XVII 131. XIX 269. 362. Vit. 153. B. VI 8, 5 (116, 12), ἐξενεγκεῖν A. I 3. V 118. X 129. A. XVII 178. XX 262. Ap. I 261. II 169. 224. B. II 9, 2 (154, 31). VII 4, 2 (129, 24). εἰσενεγκεῖν A. VIII 103. XIX 182. B. I 11, 2 (43, 10), ἀνενεγκεῖν A. I 16. XIV 221. XVI 218, ἐπενεγκεῖν A. I 96. II 308. IV 248. 308. V 298, διενεγκεῖν A. II 153. IV 181. VIII 42. XV 244. Ap. II 151, προσενεγκεῖν A. XII 216. XX 49. B. I 30, 1 (111, 31), μετενεγκεῖν A. I 7. B. IV 4, 3 (314, 31), παρενεγκεῖν A. VII 168, ὑπενεγκεῖν A. VIII 213, passim.

B. VI 4, 1 (94, 29) ἀνενέγκαντες secundum plurimos libros Cardwellus et Bekkerus ediderunt, codex autem Parisinus ἀνενεγκόντες praebet. ferri potest illa forma, quoniam etiam in antiquitatum libris bis librorum consensu traditur: A. VII 101 ἐξενέγκας (Nicol. Dam.), XIII 243 διενέγκας (fortasse hoc quoque participium a Iosepho ex Nicolao Damasceno sumptum est), contra multo saepius ἐνεγκών: διενεγκών A. VIII 190. IX 95. XIV 283. Ap. II 223, ἀνενεγκών A. XIII 118. XIV 292. B. I 11, 8 (45, 31), προσενεγκών B. I 26, 1 (99, 3), περιενεγκών A. XVII 172. in hac igitur re differt Iosephus a Polybio et Dionysio Hal., quorum utrique forma ἐνέγκας usitatior erat.[2]) ἐνέγκας etiam Macc. II 3, 35. Act. 5, 2. 14, 13. Hebr. 7, 27. Winer § 15 p. 85[7]. Plut. Marc. 4 (124, 9). Hippocr. I 598 ed. Littré. μετενέγκας Phil. mech. synt. 52, 42 Schoene. in inscriptionibus participium ἐνέγκας nisi ab anno 350[3]) non invenitur, quare ab editoribus ex Xenoph. Mem. I 2, 53. II 2, 5. III 6, 18. IV 8, 1. Anab. VI 5, 6 eiectum est, sed etiamnunc apud Ps. Demosthenem 49, 43. 51. 59, 9 toleratur.[4])

---

legendum esse [οἰκ]ονομοῦντος. tum litterarum forma apud Boeckhium et Dittenbergerum falsa est. exstat non Θ, sed Θ; non Π, sed Γ. porro vers. 15 post γυναῖκας in lapide Η, quod exstare ait Dittenbergerus, minime exstat, quare eius coniectura supersedere possumus. deinde vers. 25 post εἶναι in lapide ΩΣ legitur, non ΩΕ, ut ait Dittenbergerus. haec vitia postrema correxit editor novissimus, is qui catalogum musei Berolinensis: 'beschreibung der antiken skulpturen mit ausschluſs der pergamenischen fundstücke. Berlin 1891' scripsit, sed tamen, quamquam inscriptio accuratissime lineis appositis depicta est, idem in transscribendo posuit ἀνενεικάτω. aut ἀνενεγκάτω scribere debebat aut si forte putabat hastam superiorem litterae Γ, quae in eadem pagina in tabula apposita diligentissime expressa est, genuinam non esse, hoc nos adnotatione docere. ceterum facere non possum, quin hoc loco gratias agam Wintero, viro humanissimo, quod mihi permisit denuo lapidem inspicere et titulum in charta madefacta imprimere.

1) Aristotel. (Veitch p. 669), Polyb. XXXII 7, 2 προσενέγκαι, Diodor. V 71, 1, saepius ante consonantes (Kaelker p. 309, Vogel, praef. vol. I p. LXXII), Aristid. (Schmid II 33, de Dionys. cf. Iacoby, act. Lips. I 298.

2) Iacoby, act. Lips. I 298. 300, Buettner-Wobst, praef. Polyb. I p. LXXVI.

3) Lautensach p. 13.

4) aoristus medii est semper ἠνεγκάμην sim.

A. X 277 Niesius cum libris OSPLV κατέλειψεν scripsit, Naberus autem cum epitome suadente Dindorfio l. l. 836 κατέλιπεν. libri fluctuant etiam A. XII 364, ubi FLV καταλείψαντας praebent, sed A καταλύσαντας (similiter P καταλύσας, W καταλύσαντος), quae lectio eis, quae B. I 1, 2 (9, 28) leguntur (καταλύσαντας τὰ πάτρια), commendatur, B. I 25, 3 (97, 7) καταλείψας in omnibus libris exstat. denique epitome A. XX 77 καταλείψαντα pro ceterorum codicum lectione μισήσαντα perverse exhibet. vides, quam aoristus ἔλειψα librorum discrepantia non commendetur. accedit, quod omnibus ceteris locis, qui plurimi exstant, aoristum II κατέλιπον, καταλιπών sim. traditur. quare aoristus ἔλειψα librariis, non Iosepho debetur. pauca exempla, quae ex posteriorum scriptis in hanc rem afferuntur, nunc aut correcta sunt aut in suspicionem vocantur.[1])

A. III 210 in omnibus libris βαστάξαντας legimus, quod Niesius retinet, Naberus Dindorfio p. 831 praeeunte in βαστάσαντας mutat. similiter A. VII 79 in MSP βαστάξαντες, sed βαστάσαντες in E et apud Suidam (RO βαστάζοντες), quam lectionem ambo editores receperunt, Niesius in editionem minorem. A. VII 393 βαστάσας cum ROM editores, βαστάξας SP, item VI 182 βαστάξας in O. etiam priore loco cum Nabero βαστάσαντας corrigendum esse docent ἐβάστασε A. X 69, ἐβάστασαν A. IX 79, βαστάσας A. I 316. V 292. VII 132. 284. 287. VIII 258. 326. IX 254. X 146. XIV 105, βαστάσασα A. VIII 28. IX 142, βαστάσαντες A. VI 2. VIII 101, βαστάσαι B. II 16, 4 (182, 10). A. XII 250. cf. A. XV 390 βαστάσουσι.

Aoristum ἔρρευσα, qui apud Polybium, Diodorum, Plutarchum inveniri non videtur, Iosephus habet: ἐπισυνέρρευσε A. VII 196, ῥεῦσαι A. IV 45, συνέρρευσεν B. II 9, 2 (154, 29). 15, 2 (176, 9), παρεισέρρευσαν B. IV 4, 3 (312, 21). cf. Lobeck ad Phryn. p. 739. Ael. var. hist. 12, 60 ἐπέρρευσαν. Hippocratis et Pausaniae pauca exempla affert Veitchius p. 573. plurima autem huius formae exempla praebet Hero Alexandrinus Pneum. (vett. mathem. ed. Thevenot) p. 172, 22 ἐκρεύσαντος, 174, 19 ἐπιρρεῦσαν (sic melius in plurimis libris[2]), 176, 18 ῥεύσῃ, 179, 30 ἐπιρρεῦσαι, 187, 27 καταρρεῦσαν

1) Polyb. XII 15, 12 (corr. Dindorfius. cf. etiam Hultschii editionis p. 829, 19—22. idem die erzähl. zeitf. p. 418 in medio relinquit, utra forma Polybio vindicanda sit), Strabon. VI 3, 10, Cass. Dion. 38, 39, 4 corr. Dind., Lucian. Paras. 42 (II 865). dial. mer. 7, 3 (III 297) corr. Cobetus, var. lect. p. 325². cf. Du Mesnil p. 5. Schmid I 232, quamquam sermoni vulgari haec forma adimenda non est velut Act. 6, 2. euang. Petri v. 19 Harn. κατέλειψας. nam etiam in titulis illius aetatis aoristus I invenitur ut CIG. 3935 (anni 79 post Chr.) τὰ προσλείψαντα τοῦ ἔργου τελειώσαντος Νεικοστράτου et ib. add. 3827 u κατέλειψε. cf. etiam in epigrammatis sepulcralibus προλείψας CIG. 1988ᵇ A 2, λείψας ib. 3272, 27, καλλείψαντ' ib. 4137, 4; λείψας ib. 6238, 4. 6305, 9. 6747ᵇ, 5; κατέλειψας ib. 9687, 1.

2) eximia humanitate ac benevolentia mihi Friderici Haase in Heronis Alexandrini Pneumatica et Automata apparatum criticum permisit Richardus Schoene, vir doctissimus.

in aliquot libris, 194, 11 ἐκρεύςῃ (-ει Thev.), 209, 17 ἐκρεῦςαι, 215, 32 ἀπορρεῦςαν, Autom. 256, 42 ῥεῦςαι. saepius vero Iosephus aoristum ἐρρύην usurpat: ἐρρύη A. II 294. IX 37, εἰςερρύη A. VIII 106, ςυνερρύη A. XI 109, ςυνερρύηςαν A. VI 247. B. II 18, 7 (201, 25), περρυείη (-ρυῇ) A. III 158, διαρρυεῖεν A. XIX 73, ῥυῆναι A. III 86, ἐπιςυρρυέντος A. XVII 212, ςυνειςρυέντας B. II 17, 6 (192, 25), ἐκρυέντων A. IX 101, τὰ ἐκρυέντα A. IX 103. cf. ῥυήςεςθαι A. III 36. apud Atticos ῥεύςας Arist. Equ. 526 in dubium vocatur[1]), Lycurg. 96 (περιρρεῦςαι) per Fritzschium correctum est. similiter Plat. de rep. 544 e.

Aoristus ἐγάμηςα, cuius participium γαμήςαντες A. V 173 occurrit, Dindorfius l. l. 833 temptare non debebat, quamquam Iosephus ceteris locis aoristum ἔγημα usurpat: A. I 241. V 233. VII 70. VIII 191. 249. 317. IX 158. XI 149. 185. nam hic aoristus, quem Cobetus nov. lect. 69 barbarum dicit, posterioribus non ita inusitatus est velut Luciano de luctu 13 (II 928) γαμήςας, dial. deor. 5, 4 (I 215) γαμήςειας[2]), Diodoro II 39, 2 γαμήςαντα, ib. XVIII 25, 3[3]), in N. T. Marc. 6, 17 ἐγάμηςεν, Cor. I 7, 9 γαμηςάτωςαν, ib. I 7, 28 γαμήςῃς. quare hanc formam iure etiam a Wendlandio[4]) probatam videmus. ea prorsus abstinuit inter posteriores Dionysius Hal.[5])

ἐκέρδηςε A. VIII 210 (Matth. 18, 15. 25, 20) est forma Ionica (Herod. 4, 152), ἐκέρδηςεν B. II 21, 2 (216, 7) (sed ἐκέρδανεν PL), κερδῆςαι A. X 39. B. V 11, 2 (55, 16). (Act. 27, 21), sed κερδᾶναι A. IV 129.[6])

Verbi δοκέω aoristum ἐδόκηςα non est, cur A. XVII 172. XVIII 13 (δοκῆςαν pro δόξαν) cum Dindorfio p. 833 mutemus, quamquam saepius aoristus ἔδοξα legitur velut A. XVI 123. XVII 166. 208. 222, passim. nam iam veteribus haec forma non inusitata erat. cf. Veitch p. 199. quare etiam Naberi coniectura εὐδοκῆςαν scribentis supersedere possumus, praesertim cum de libris XVII et XVIII agatur (vid. supra p. 366).

A. IX 273 ἐκάθηραν Niesius ex lectione RO καθῆραν elicuit, quem sequitur Naberus neglecto testimonio suorum codicum ἐκάθαραν exhibentium; XIII 34 ἐκάθηρεν cum PFV editores, ἐκάθαρεν epitome; B. IV 3, 9 (303, 2) καθᾶραι PL, καθῆραι cum ceteris libris editores. nonne haec forma ferri potest? eam defendit Wendlandius l. l. p. 559, Dindorfium secutus Naberus omnibus locis spernit. videamus singula. traduntur in libris

---

1) vid. Kock[3].
2) cf. rhet. praec. 8 (III 8) γαμήςειc, dial. mer. 7, 2 (III 296) γαμήςειν, Du Mesnil 5. Schmid I 231.
3) sed cf. Dindorf, praef. I p. XX = Vogel, praef. p. XLVIII.
4) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.
5) Iacoby, spr. d. Dion. p. 34. cf. etiam Cobeti var. lect. p. 77[2], qui scriptoribus recentioribus hunc aoristum tribuit, veteribus abrogat.
6) cf. Wendland l. l. p. 559.

ἐκάθηρε A. IV 78. VII 267. X 42. B. I 1, 4 (10, 27). (Diod. XII 58, 6).
ἐκάθηραν A. IX 138. (Plut. Brut. 39 [V 86, 11]).
ἀπεκάθηρεν XI 167.

καθάρῃ Ap. I 289.
(ἐκκαθάρῃ Plut. mor. p. 42 c, ἀποκαθάρωςιν ibid. p. 510 f. sed cf. Bernardakis l. l. p. LXXIX.)
καθᾶραι A. IX 57. 262. Ap. I 257. 306. B. I 7, 6 (30, 25).
ἀνακαθᾶραι Ap. I 192. A. XIII 70.
(καθᾶραι Dion. H. A. III 22, 6 (?), Plut. mor. p. 134 d. 553 a. Mar. 6 [II 333, 31], ἐκκαθᾶραι Plut. mor. p. 64 f. Ages. [III 173, 13]. Bernardakis l. l., καθᾶραι Diod. IV 31, 4. cf. Dindorf, praef. vol. I p. XXIV = Vogel, praef. p. LIV, ἐκκαθᾶραι Lucian. Fugit. 23 (III 377). cf. Du Mesnil p. 5. Schmid I 229.)
καθάρας A. XII 318.
καθάραντας A. IX 262.
ἀνακαθάραντι A. XIII 67.
ἐκκαθάραντες A. III 227.
(καθάρας Plut. Cam. 30 [I 283, 8]. moral. p. 820 d, ἀποκαθάραντες Plut. mor. p. 693[a].)

vides, si modo libris fides est, Iosephum eam rationem sequi, ut in indicativo formam per η scriptam, in infinitivo et participio formam per α expressam praeferat. quoniam haec ne apud veteres quidem (Antiph. 6, 37. Xen. Oec. 18, 8) deest atque etiam in titulis et quarti a. Chr. saeculi (CIA. II 1054, 8 ἀνακαθαράμενος) et tertii (vid. Kuehner-Blass, I 2 p. 451) et primi (a. 63 ἀνακαθᾶραι CIG. 4837, 4) invenitur, litteram α satis defendi existimem.[1])

A. III 293 ἀποςημήναντος RO editores, ἀποςημάναντος MSP, V 309 ἀποςημήναςα cum libris plenis editores, ςημάναςα E, VII 17 ςημάνας cum libris Niesius, ςημήνας Naberus, ib. 251 ςημήναντος RO editores, ςημάναντος MSP, ib. 292 ςημήνας RO editores, ςημάνας MSP, VIII 283 omnium codicum scripturam ςημανάντων Naberus temptavit, XI 177 ςημῆναι AWE editores, ςημάναι PFLV, XII 338 ςημῆναι PAMW editores, ςημᾶναι FLV, XVIII 78 ἐπεςήμηνε MW Niesius, ἐπεςήμανε AE, XX 46 ἐςήμανε in omnibus libris, ἐςήμηνε Dindorfio auctore Naberus. vides igitur formam per α scriptam a Nabero prorsus reici, sed a Niesio et Wendlandio[2]) probatam habes. hoc vero nescio an iniuria. nam praeterquam quod apud Plutarchum praeter Arist. 19 [II 183, 28], ubi προεςήμηνε ex codice Seitenstettensi corrigendum est, ἐςήμανα numquam occurrit[3]), apud ipsum

1) cf. etiam Cobet, Mnemos. N. S. VIII 290. var. lect. p. 316[a]. nov. lect. p. 593 sq. de Bamberg, zeitschr. f. gymnas. 1886. jahresber. p. 48.
2) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.
3) Bernardakis l. l. p. LXXIX.

Iosephum ἐcήμηνα longe praevalet: cημήναc A. VII 232, cημηνάμενοc A. VII 136. X 259. XI 271, ἀποcημήναc A. V 202. XVIII 286, ἐπιcημήναc A. I 89. IV 88. V 60. XVIII 105, καταcημηναμένων A. IV 64, ἐcημηνάμην Vit. 223, κατεcημήνατο A. XVII 222, ἐπεcημηνάμην B. IV 9, 2 (341, 17), ἐπιcημήνῃ A. IV 64, cημῆναι XII 307. 427, ἐπιcημήναcθαι Ap. I 57.[1])

A. VI 214 προειδόμενοc ME, προϊδόμενοc cum ceteris libris editores, XVII 211 προειδέcθαι P, προϊδέcθαι ex AM editum est, XIX 61 ὑπειδέcθαι MWE, ὑπιδέcθαι cum A editores legunt; B. VII 6, 4 (142, 10) προειδομένοιc cum plerisque libris Cardwellus, προϊδομένοιc ex N Bekkerus recepit. iam Cobetus[2]) iure monet nostrum esse diiudicare, utrum ει an ι scribatur. quantopere in hac re etiam Iosephi codicum librarii peccaverint, ex his exemplis cognoscatur, ubi nemo dubitabit, quid a scriptore ipso profectum sit: προειδεῖν M VII 217, XIV 64 cυνειδόντεc P, XVI 59 cυνειδών P, XIV 455 εἴδοι pro ἴδοι P, XV 295 παρακεινοῖεν P, ib. 308 ἀφεικομένων L, XVII 227 ἀφείκετο P, ib. 192 ἐξείκετο P, XVI 74 ἐλπίcειν pro ἐλπίcιν, ib. 114 εἴcμεν W pro ἴcμεν, ib. 204 εἴδοιεν PW pro ἴδοιεν semperque fere in P καταλειπών, sim. accedit, quod posterioribus temporibus ει eodem modo, quo ι pronuntiabatur. quare neminem repugnaturum esse puto, ne cum editoribus etiam eas formas mutemus, quae codicum consensu traduntur: A. II 245 προειδομένουc, VII 284 προειδόμενον, VIII 192 ὑπειδομένου, XIII 14 προειδομένου, ib. 309 ὑπειδόμενοc, VII 34. XIV 290. 341. 435 ὑπειδόμενοc, XVII 143 ὑπειδόμενον, B. I 11, 8 (45, 22) προειδόμενοc, B. II 3, 1 (135, 21) προειδόμενοc, praesertim, cum ceterae quoque formae et veterum et recentiorum nunc correctae sint velut Thucyd. IV 64, 1. Aesch. 1, 165. Dem. 19, 233. Polyb. XXVII 13, 14. XXXVIII 1ᵇ, 2. Dionys. Hal. A. R. I 65, 3. VII 42, 5. Lucian. Tyrann. 14 (II 152). Tox. 39 (II 547). Cass. Dion. 52, 10, 3. 59, 23, 5.[3]) Polyaen. I 36, 2.

Aliquot aoristi apud Iosephum formam mediam pro vulgari passiva induerunt: ἀρνηcαμένου A. XV 173. Vit. 222, ἀρνηcαμένηc A. V 236, ἀρνηcάμενοι ib. 288, ἀρνηcαμένοιc ib. 370, ἠρνήcατο A. VII 226. XX 222, ἀρνήcαcθαι Vit. 255. 385, sed apud eundem ἀρνηθῇ (-είη) A. XV 94, ἠρνήθη XVI 151.[4])

---

1) De Polybio cf. Hultsch, quaest. Pol. p. 14, de Diodoro Dindorf, praef. p. XXXV = Vogel p. LXX, de Luciano Du Mesnil p. 5 et Schmid I 229, de Aristide Schmid II 24, de libris sacris Winer § 13, 1d et 15 (ἐcήμαναc Dan. 2, 23, ἐcήμανεν Esth. 2, 22. Apoc. 1, 1, cημᾶναι Act. 25, 27), de veterum usu Kuehner-Blass I 2 p. 535³.

2) nov. lect. p. 329. 592.

3) Stahl, quaest. gramm. p. 61².

4) eadem varietas etiam apud Aristotelem observatur: ἀρνήcαcθαι Eth. Nicom. 1 p. 128ᵇ. Top. θ 6 p. 160ᵃ, 20, sed ἀρνηθῇ Top. θ 2 p. 158ᵃ, 9. cf. etiam Aeschin. 2, 69. 3, 224. Hyper. fr. 3, 140. Plut. moral. p. 233a. Dion. Hal. A. R. IX 13, 4. Cass. Dion. 58, 19. Luc. dial. mer. 7, 4 (III 298). Du Mesnil p. 5. Schmid I 231.

Forma epica est ἠγάcατο pro ἠγάcθη A. XIX 316, ἀγαcάμενοc X 200. XII 219. 281. 307 ut Plut. mor. p. 30a ἀγάcαιτο. ib. 261. 595, sed ἀγαcθείc A. VIII 368 ut Plut. Luc. 10 (II 507, 25) ἀγαcθέν, Arist. Ethic Nic. η 1 p. 1145ᵃ, 29. A. XV 25 vero pro ἠγάcθη, quod libri tradunt, ex codice Vaticano ἠράcθη recipienda videtur.

Aoristum ἐφιλοτιμήcατο habemus: ἐφιλοτιμηcάμην A. I 228, φιλοτιμηcαμένου III 104, ἐφιλοτιμήcατο IX 17, φιλοτιμηcάμενοc X 236. XI 183 ut apud alios posteriores.[1]) in hac igitur re libri posteriores differunt, quod solum aoristum passivi exhibent: A. XVIII 249 φιλοτιμηθέντοc, XIX 174 φιλοτιμηθέντων, Ap. I 45 ἐφιλοτιμήθηcαν.

A. XX 118 διεκπεcόμενοι MW (ού ex ó corr. A) Niesius, διεκπεcόντεc E Naberus, quam lectionem non est, cur spernamus. nam etiam A. XIV 463. XIX 136. B. VI 2, 8 (87, 5). (Plut. Mar. 35 [II 367, 6]) διεκπεcεῖν invenitur, διεκπεcόντεc B. III 10, 3 (279, 17) et Plut. Pomp. 26 (III 215, 5). quare miramur, quod Niesius illam tam pravam scripturam probandam existimat, etiam in editione minore.

§ 19. De aoristo passivi.

A. X 148 ἐγεννήθη ROME editores, ἐγενήθη SPLV, Ap. II 41 γεννηθεὶc L Niesiusque in editione maiore, γενηθεὶc idem in editione minore (an haec forma typothetae errori debetur?). apud posteriores satis saepe aoristus ἐγενήθην in usu est, ut apud ceteros posteriores[2]), ita aliquotiens apud Iosephum velut γενηθεῖεν A. II 35. γενηθέντεc X 191. XIII 427 (γεννηθ. F), παραγενηθείc XIII 367, γενηθέντι XVI 165 in decreto, γενηθέντοc XVI 387, ἐγγενηθένταc XIX 169, ἐγενήθηcαν Ap. I 81. quare non intellego, cur Naberus contra omnium codicum auctoritatem ἐγγεννηθένταc scribere maluerit. nam etiam in titulis posteriorum temporum hic aoristus occurrit velut Dittenb. syll. 388, 1 CIG. 2347c, 10 (Pomp. temp.), ib. 4697, 28 anni 196 a. Chr. in lapide Rosettano, ib. 4826 saec. II a. Chr. apud veteres haec forma rarissima est.[3])

Aoristum ὠμόcθην non est, cur Niesius A. V 15 assentiente Nabero mutet (ὀμοθέντα). nam etiam apud veteres haec forma

---

1) Pol. XX 8, 2. Herodian. 1, 13, 6(?). Aelian. var. hist. 3, 1. 9, 29, προcφιλοτειμηcάμενοc in titulo Colossis reperto CIG. 3956b, ἐφιλοτιμήcατο CIG. 4614 et φιλοτιμηcάμενοc CIG. 4596, qui tituli Palaestinenses sunt.

2) Polyb. III 99, 2. IV 6, 10, passim, Eberh. p. 33, Luettge p. 5, Stich. diss. p. 12, Dionys. Hal. IV 68, 3 al., Iacoby, spr. d. Dion. p. 35, in libris sacris: Gen. 1, 14. Psalm. 86, 4. 5. Henoch l. l. p. 1089, 34. Act. 4, 4. Col. 4, 11. Thess. I 2, 14, alibi, Winer § 15 p. 80⁷, Heron. Alex. vett. math. ed. Thev. p. 179, 22. 229, 22. p. 247, 25, apud Aristidem, Philodemum (Schmid II 29).

3) cf. Lys. fragm. 22 γενηθεῖcα, sed Plat. leg. 840 correctum est.

legitur: ὠμόcθηcαν Xen. Hell. VII 4, 10, ὀμοcθήcονται Andoc. III 34, Hyper. fr. 204.[1])

Aoristum ἑωράθην inde ab Aristotele demum in usu fuisse docent viri docti[2]), antea autem ὤφθην vulgatam formam fuisse. cum veteribus Iosephus congruit: ὤφθη A. VII 298. XVI 21. B. VI 5, 3 (103, 3. 13. 16. 104, 17), ὤφθηcαν A. VI 112, ὀφθείc A. II 84. III 83. B. I 27, 2 (103, 26). II 5, 2 (140, 13), τὰ ὀφθέντα A. II 70, ὀφθέντων Vit. 250, ὀφθείη A. VI 250, ὄφθητι A. VII 256, ὀφθῆναι A. II 22. V 330. Vit. 157. B. II 6, 1 (141, 26). idem cum recentioribus ἑωράθηcαν Ap. II 291, ὁραθῆναι A. II 81. III 9. 76. V 284. IX 109 (Lucian. iud. voc. 6 [I 89]), ὁραθείcηc A. XI 51, ὁραθείη A. V 280.

Aoristus ἐβιώθην solius Iosephi esse videtur: A. XIX 168 βιωθεῖcα. cf. Anton. 9, 30 βίοc βιωθηcόμενοc (Kuehner-Blass p. 384[3]).

Aoristum ἠλάcθην, quamquam defendi potest exemplis Anacreont. 52. Herod. III 54. 7, 6. Plut. 17 (III 381, 19), titulo anni post Christ. 248 vel 249 CIG. III 5069, 5, tamen Iosepho non vindicaverim. male enim traditur. libri dissentiunt B. V 8, 2 (41, 16) ἐξαλαcθείcηc (ἐξελαθείcηc M Bekk.), tum codici Laurentiano parum fidei est Ap. I 241 ἀπελαcθένταc (ex Manethone) vel Ap. II 8, ubi manus prior ἐξηλάcθηcαν exhibet, similiter ib. II 20 ἐλαcθέντων. porro ἀπελαθείc B. I 2, 1 (12, 18) codicum consensu praebetur. ceteris locis libri fluctuant velut A. II 249 cυνελαcθέντεc RMSPLA, cυνελαθέντεc OEZon., V 162 cυνελαcθένταc ROMS¹PL, cυνελαθένταc (-εc E) S²E, XVI 245 ἀπελαcθέντων PW, ἀπελαθέντων AM, XVIII 43 περιελαθείc AME, περιελαcθείc W. similiter apud Dionysium lectio ἐλαcθείc parum firma est.[3]) Diodori XX 51, 3 ἐλαcθειcῶν correxit Dindorfius.[4]) Lucian. Peregr. 18, ubi ἐξελαcθείc in codicibus Vat. 90 et Palat. 73 traditur, legendum est ἐξελαθείc cum Vat. 87. 89. Marc. 434. 435. nec non Polyaen. I 19 nunc a Melbero ex archetypo (codice Florentino) διελαθείc restitutum est. etiam Aristot. de republ. Atheniens. XIII 2, ubi fragmentum Berolinense ἐξηλάcθη exhibet, nunc correctum est. quare mihi iure ambo editores novissimi ubique ἠλάθην restituere videntur.

Aoristus ἐφθάcθην bis occurrit: ἐφθάcθη A. VIII 307, φθαcθέντεc B. VI 7, 3 (112, 11). cf. Dionys. Hal. VI 25, 3 φθαcθεῖcι. CIG. add. 2113 c, 1 in carmine sepulcrali.

Aoristus ἐτέχθην est forma tantum apud poetas[5]) et recentioris aetatis scriptores obvia nec Iosepho inusitata: ἐτέχθη A. III

---

1) sed Isae. II 40 ὀμοθέντα, Dem. 48, 25 ὑπομοθέντοc.
2) Kuehner-Blass I 2 p. 504[3], Veitch p. 496.
3) Jacoby, sprache d. Dion. p. 35.
4) cf. eius praef. p. XVI.
5) [Eur.] fragm. Dan. 44. Anacr. 36, 8. Plut. Dion. 24 (21, 2). Cic. 2 (239, 4). Lucian. dial. deor. 10, 1 (I 230), dial. mort. 13, 1 (I 390), dial. mer. 2, 1 (III 281). Matth. 2, 2.

87, τὸ τεχθέν A. II 207. III 269, τεχθέντα A. XX 104. cf. etiam τεχθηcόμενος A. I 188. 320 (Ps. 21, 32), τεχθήcεcθαι A. II 205.

In participio ὀφειληθέν A. XVIII 167 Iosephus cum Thucydide III 63, 4 (ὀφειληθείcαc) congruit.

Aoristus ἠρκέcθην veteribus ignotus est, posteroribus[1]) vero vulgatus nec non Iosepho: ἠρκέcθηc A. IX 181, ἠρκέcθη XIII 281, ἀρκεcθεῖεν XIII 413, ἀρκεcθήcεcθαι XIV 108 (cf. Diod. VI 1, 11 ἀρκεcθηcόμεθα), ἀρκεcθείc A. I 163. XV 378. XIX 125, ἀρκεcθεῖcα B. II 7, 4 (146, 27), ἀρκεcθέντα A. V 159. VII 327, ἀρκεcθέντεc B. II 17, 6 (193, 13), ἀρκεcθένταc A. IX 249.

Raro apud Atticos aoristum ἠρέcθην deprehendimus (ἀρεcθείη Soph. Antig. 500), quater apud Iosephum: ἠρέcθη A. XII 381, ἀρεcθείc A. IV 171. VII 216. IX 84.[2])

Aoristus ἐφεύχθην nisi apud Iosephum non legi videtur: φευχθῆναι A. XIX 143, διαφευχθείcηc XVII 47, διεφεύχθη XVIII 309. moneo haec exempla in libris illis tribus legi, quorum iam saepius mentionem fecimus. vid. supra p. 366.

Aetatis recentioris tantum est ἐκβραcθῆναι A. IX 213, ἐκβραcθέντων B. III 9, 3 (272, 12)[3]), porro ἐκαθέcθην: καθεcθείc A. II 257. VIII 7. XII 172. XIV 409. XVII 172. XIX 349, si quis codices AME et Naberum sequitur. παρακαθεcθέντων A. VI 235, καθεcθῆναι A. XIX 333, cυγκαθεcθήcῃ A. XI 57. (cf. cυγκαθεcθεὶc Plut. mor. p. 576c. παρακαθεcθῶμεν euang. Petri v. 53 Harn., praeterea Lucian. Soloec. 11 (III 582), qui καθέcθητι damnat.) denique κλαυcθείc A. VIII 272, si codicum ROMSP scripturam cum Nabero agnosces.

Transeamus nunc ad aliquot aoristos secundos: ἡρπάγην, quae forma nisi apud posteriores non in usu est, nam antiquiores ἡρπάcθην dicebant: ἁρπαγέντεc A. VI 14. XII 144, cυναρπαγείc A. VII 177, ἁρπαγέντα A. X 207. B. II 20, 3 (212, 14), ἁρπαγεῖcαν B. V 9, 4 (46, 21)[4]), διηρπάγη B. V 9, 4 (48, 19)[5]), ἁρπαγῶcι B. IV 2, 4 (297, 18), ἁρπαγείη B. II 11, 2 (160, 8). huc pertinet etiam participium futuri passivi ἁρπαγηcόμενον B. V 10, 3 (52, 23), διαρπαγηcόμενον A. VIII 128.[6]) sed etiam aoristus ἡρπάcθην occurrit velut B. II 5, 1 (140, 5) διηρπάcθη, A. XIX 157 cυναρπαcθείc[7]), ἀνηρπάcθη Vit. 381.

---

1) Plut. Pelop. 35 (II 120, 12). moral. p. 114c. Lucian. salt. 83 (II 314). Philop. 29 (III 618). 2) cf. Veitch p. 97.

3) cf. Apoll. Rhod. 2, 568. Plut. Pyrrh. 15 (II 302, 18) (ἐξεβράcθη). Macc. II 5, 8 cυνεβράcθη.

4) διαρπαγένταc Pol. IV 79, 3, Eberh. p. 33, ἐξαρπαγέντεc Diod. XIII 33, 1, διαρπαγείcηc Plut. mor. p. 174a, ἁρπαγέντα Corinth. II 12, 2, ἀφαρπαγέντων CIG. 2347c (Pomp. temp.).

5) ἡρπάγη Cor. II 12, 4, ἀνηρπάγη Plut. Pyrrh. 7 (II 292, 10).

6) Plut. Oth. 3 (V 215, 11) διαρπαγηcομένη, Ag. 19 (IV 124, 17) ἐξαρπαγηcομένου. cf. etiam N. T. Thess. I 4, 17 ἁρπαγηcόμεθα.

7) cf. Pol. IV 54, 6 ἀνηρπάcθη. V 41, 9 cυναρπαcθένταc, Dionys. III

Aoristus ἐτάγην apud veteres scriptores non invenitur nisi apud Eur. fr. 95, sed posteriorum est ut Diod. IV 19, 2 ὑποταγῆναι. Herodian. VI 8, 1 καταταγείς, in titulis Dittenb. syll. 171, 34 ἐτάγησαν, CIG. 4713 f, 3 ἐπιταγέντων a. post Chr. 118, ib. 5127ᵇ, 26 saeculi II post Chr. ὑπετάγη, ταγείς Cichorius, inschriften aus Kleinasien. sitzungsber. d. akad. d. wiss. 1889 p. 368, 23. apud Iosephum hic aoristus legitur: A. VIII 238 προσετάγησαν, ἐπετάγη A. X 123, ἐπιταγῆναι A. VI 243, ἐπιταγέντες A. V 181, ὑποταγέντες A. IV 11, ὑποταγέντων A. IX 285 (Menandri est), καταταγῆναι A. XI 103. aoristum I habes: τὸ προσταχθέν A. XI 138. XX 46, προσταχθέντων A. XI 86, τὰ προσταχθέντα B. III 9, 4 (272, 23), κατετάχθησαν A. XIII 422, similiter A. I 173. V 252. VI 210. VII 123. VIII 256. IX 69. 70. 124. Vit. 109.

A. II 337 Niesius ἀνοιγῆναι reicere non debebat.[1])

Ap. II 25 in codice Laurentiano prima manus κρυβῆναι scripsit,
φθ
sed φθ superscripta habemus: κρυβῆναι. aoristus II sine dubio legendus est, quod apud posteriores potissimum in usu est[2]), ut apud Iosephum ἐκρύβη A. VIII 384, ἐγκατακρυβῆναι B. VII 9, 1 (165, 25).

A. IX 225 ἐμφραγῆναι cum libris editores, ἐμφραχθῆναι Eusebius tradit. sed illam formam praeferendam esse docent ἀποφραγῆναι B. I 17, 6 (65, 29) et ἐμφραγέντος A. VII 316.[3])

B. II 8, 3 (147, 28) ἀλιφῇ editores secundum LMN, ἀλειφθῇ P. hanc scripturam commendem propter ἐξαλειφθῆναι A. IV 210. nec enim quod A. XIX 211 Naberus ex margine codicis Ambrosiani recepit (ἀπαλιφείσης) procul dubio est. Platonis ἐξαλιφῇ Phaedr. 258ᵇ, 'barbaram formam', correxit Cobetus, nov. lect. p. 404.

Similes aoristi sunt: ὑπορυγῆναι B. V 4, 2 (18, 21) [cf. Lob. Phryn. 318] et ἐφύρην: συμφυρέντας B. II 8, 10 (151, 13).[4])

Adde ἐσύρην, aoristum Atticis ignotum: συρείς B. IV 11, 4 (358, 24). V 13, 3 (65, 14), κατασυρέντες B. VI 1, 6 (76, 22), κατεσύρησαν B. IV 7, 6 (334, 22), περισυρέντα B. II 12, 7 (166, 3).[5]) — ἐφλέγην: κατεφλέγη B. II 4, 2 (138, 21). 5, 1 (140, 10). IV 8, 4 (339, 29), κατεφλέγησαν B. VII 3, 3 (126, 11), συγκατεφλέγησαν B. VI 5, 1 (101, 15), καταφλεγῆναι B. V 6, 5 (34, 16) (hoc saepissime apud Plutarchum legi

---

49, 3 διαρπασθεῖσα. IX 60, 3, Diod. XIII 56, 2, Lucian. de luctu 13 (II 928), Herodian. I 11, 2.

1) cf. (Luc.) Amor. 14 (II 412) ἀνοιγείσης, Nehem. 7, 3 ἀνοιγήσονται, Winer § 12 et 15 p. 70. 79⁷, euang. Petri v. 37 Harn. ἠνοίγη.

2) semel κρυφείς Soph. Ai. 1145. vid. Lob. ad hunc locum, κρυβήσονται Eurip. Suppl. 543 Kirchh. ἐκρύβην sim.: Gen. 3, 8. 10. Reg. I 13, 6. Hebr. 11, 23. Io. 8, 59. Luc. 19, 42, κρυβῆναι Matth. 5, 14. Tim. I 5, 25, κρυβήσονται Plut. mor. p. 576 d. Bernardakis p. LXXX.

3) cf. Plut. mor. 521 d ἐμφραγεῖσαι, Lucian. dial. mort. 28, 2 (I 446) ἀπεφράγη, N. T. Rom. 3, 19 φραγῇ.

4) συναναφυρέντες Luc. epist. Sat. 28 (III 409), apud ceteros ἐφυράθην sive ἐφύρθην, Kuehner-Blass p. 567³.

5) Lucian. nav. 9 (III 254) ἀποσυρέντας, Herodian. V 8, 9 συρέντα.

testatur Bernardakis l. l. p. LXXX), cυμφλεγῆναι B. V 1, 4 (4, 7), ἐκφλεγῆναι B. III 7, 32 (260, 3), καταφλεγείη B. VI 1, 3 (71, 18), καταφλεγέντων A. XIII 100, καταφλεγείcηc B. II 12, 2 (163, 22).[1]) huc pertinet etiam καταφλεγήcεcθαι B. IV 6, 3 (329, 5) (καταφλέξεcθαι ex NPT Bekk.), cυμφλεγηcομένων B. VII 8, 5 (156, 4). cf. Lucian. dial. deor. 9, 2 (I 228) ἀνεφλέγη. aoristum I ἐφλέχθην observavi B. V 4, 4 (21, 30) κατεφλέχθηcαν in codice M.[2]) — ἐκάην pro vulgari ἐκαύθην: ἀνακαῆναι A. VIII 342, κατακαῆναι B. V 1, 4 (4, 8), κατεκάη B. VI 3, 2 (91, 7), ὑποκαέντων B. II 17, 8 (154, 9). V 11, 4 (57, 7).[3]) κατεκαύθη legitur: κατεκαύθηcαν A. III 209. B. VII 11, 3 (171, 14), καυθηcόμενα A. III 221.[4])

A. XV 266 ἐξαγγελέντων P, ἐξαγγελθέντων FLAMVE editores, Vit. 282 προcαγγελέντων A, προcαγγελθέντων PRMW editores. non obloquor. sed Nabero non assentior, quod etiam A. V 360 προcηγγέλη, VI 221 ἀπηγγέλη, IX 277 ἠγγέλη, XI 238 παρηγγέλη temptavit nec idem sibi constat, quod A. VII 198 aoristum II ἀπηγγέλη retinuit. omnino aoristum II ferendum censeo, nam etiam aliis Iosephi locis invenitur ut ἠγγέλη B. II 5, 3 (140, 30). 21, 8 (222, 7 Bekk. ἠγγέλθη mutavit). III 1, 1 (225, 8). 9, 5 (272, 26, Bekk. ἠγγέλθη). accedit, quod hic aoristus saepissime apud ceteros scriptores posteriores legitur.[5]) intelleges igitur ἠγγέλην mutandum non esse, quamquam aoristus I paulo saepius occurrit: ἠγγέλθη B. I 33, 3 (125, 15), ἠγγέλθηcαν B. VII 6, 5 (144, 9), ἀγγελθέν A. V 35. B. II 12, 4 (164, 11), ἀγγελθέντοc B. V 2, 4 (10, 14). A. XV 215, (ἀγγελθείcηc Plut. Ages. 33 [III 179, 31]), ἀπηγγέλθη A. V 155. B. VII 5, 6 (138, 6), ἀπαγγελθείc A. V 357. XII 420. Vit. 146. 251. 280 (ἀπαγγελθείc Plut. Cam. 4 [I 256, 22]. Mar. 14 [II 343, 17]), ἀναγγελθείc A. XVII 274, ἐξαγγελθέντοc A. XV 57, περιαγγελθείcηc A. VIII 100 (διαγγελθείcηc Herodian. I 7, 1), προcαγγελθῆναι A. VII 113, προcαγγελθέντων Vit. 282. (προcαγγελθέντοc Pol. II 70, 1, ἐπαγγελθῆναι Dionys. Hal. IX 57, 1).[6])

---

1) cυγκαταφλεγεῖcα Dion. Hal. XIV 2 (199, 22 Kiessl.), Jacoby, spr. d. Dion. p. 34, cυγκαταφλεγένταc Dittenb. syll. 271, 14 = Viereck VI 14.

2) Thuc. IV 133, 2. Cass. Dion. 78, 25, 2.

3) Plut. Pyrrh. 3 (II 287, 21). Othon. 6 (V 218, 26), Herod. I 51. II 180. Veitch p. 350. cf. Cor. I 3, 15.

4) Cass. Dion. 78, 25, 2. Apoc. 18, 8. Winer § 15 p. 83[7]. Heron. Alex. (vett. math. ed. Thev.) p. 247, 6. 256, 42. 265, 16. 272, 30. 31. 47.

5) velut apud Plutarchum (Bernardakis p. LXXX), Dionys. Hal. IX 16, 1. 20, 3. XI 23 (123, 5), Jacoby, sprache d. Dionys. p. 35, Herodian. III 7, 1, in libris sacris V. et N. T. (Exod. 9, 16. Ps. 21, 31. Ies. 52, 15. Act. 17, 13. Pet. I 1, 12), in titulis illius aetatis ut CIG. 2347c ἀπηνγέλη Pomp. temp. (etiam CIA. IV[b] 27[b], 19 [Meisterh. p. 150[2]. Lautensach p. 16. Riemann, rev. de phil. V 159, de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1886 p. 53] ante 429 a. Chr.). de Eurip. Iphig. T. 932 cf. Riemann, revue de philol. IV 127, de Bamberg, zeitschr. für gymn. 1882 jahresber. p. 209, qui aoristum II ab Elmsleio defendunt.

6) cf. etiam Wendland, deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559. de Arriano vid. Boehner p. 19.

Venio nunc ad aoristum ἐφύην, quem in ἔφυν corrigi iubet Dindorfius l. l. p. 833 assentiente Nabero, sed iure defendit Wendlandius[1]) et ipse Cobetus 'seris Graeculis'[2]) vindicat. Iosephi exempla haec sunt: ἐφύη A. XVII 1. 19, ἐπεφύη XIII 2, ἐφύηςαν XVIII 8, φυῆναι XVIII 141 (sed φύναι M), φυέντος XVIII 6, ἐκφυέντας A. II 83, cυμφυέντες VIII 63, ὑποφυέντος XIX 211. notandum videtur plurima huius formae exempla in tribus illis libris inveniri (vid. supra p. 366). formae vulgatae leguntur φύντες A. I 63. 69. IV 245. IX 291, φύντας A. IV 289 (-ες codd.). XVI 400, φύντος A. IV 249, φύντι VII 21, ἀναφύντας A. IV 65, φῦναι A. XVIII 43. etiam Diod. I 7, 4 nunc invenies ἀναφυῆναι, quamquam editores Diod. III 62, 10 et Pausan. II 31, 8 temptaverunt. alia posteriorum exempla conferas apud Veitchium p. 694, quibus adde ἀνεφύη Aristot. περὶ φυτῶν α 6. 821ᵃ 3 et Dionis Chrysost. φυήcομαι (Schmid I 86).

Restat, ut de eo passivi aoristo dicatur, qui significatione medii praeditus est. in paucis enim verbis Iosephus ab Atticorum usu desciscit velut μαχεcθῆναι A. VI 185[3]), sed μαχεcάμενοι A. III 61, ἐμαχέcαντο V 122, ἀναμαχέcαcθαι VII 103. XIII 174, μαχεcάμενοc XIV 339. 358, προcμαχεcάμενοc XX 80[4]), porro ἀποκριθῆναι A. IX 35[5]), sed multo saepius aoristus medii occurrit: ἀπεκρίνατο A. VI 186. XII 177. XIII 246. XIV 373. XVI 60. B. II 17, 4 (191, 32), ἀπεκρίναντο A. XIII 265, ἀποκρίναιτο A. XX 7, ἀποκρίναcθαι A. VII 322. XII 206. XIX 245, ἀποκρινάμενοc XI 160. 318. XII 163. XIX 242. similiter ὑποκριθείc B. I 26, 2 (100, 13)[6]), sed frequentior est forma media ὑπεκρίνατο A. XIII 220 (si Niesium sequeris). XVI 303, ὑποκρίναcθαι A. I 162. VII 165. XVI 211, ὑποκρινάμενοc A. I 207. adde εὐπορηθείc A. XVII 327. XVIII 9 (= εὐπορῶν). vid. supra p. 397. denique commemorare liceat τὸ δοχθέν B. V 1, 5 (5, 7), τοῖc δοχθεῖcι B. III, 5, 6 (236, 30), τὰ δοχθέντα B. IV 6, 1 (325, 21). A. XII 33. [XVI 173 v. l. in AM]. Ap. I 310, τῶν δοχθέντων A. IV 141, δοχθεῖcαν A. III 184[7]), sed τὰ δεδογμένα A. V 32.

---

1) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.
2) var. lect. p. 185². nov. lect. p. 49. 51.
3) cf. Wendland l. l. p. 559, Paus. V 4, 9. Plut. mor. p. 970.
4) Dion. H. V 58, 4 ἀπομαχεcαμένων, Jacoby, sprache d. D. p. 34, Plut. Rom. 18 (I 56, 13) ἐμαχέcαντο.
5) Pol. IV 30, 7 ἀπεκρίθηcαν, passim. Eberhard p. 34. Luettge p. 6. Stich p. 12, ἀποκριθέντ Lucian. Dem. 26 (II 385), ἀποκριθείη Soloec. 4 (III 561). Du Mesnil p. 5. Schmid I 230, in libris sacris: Num. 23, 26. Reg. I 20, 28. Ioel 2, 19. Henoch l. l. p. 1081, 17. 1085, 35. 1089, 6. 9. 16. 26. 30. 1090, 11. 1092, 10, Matth. 4, 4, euang. Petri v. 46 Harn., passim, in inscriptionibus: Viereck XII B 27 saec. II a. Chr., Ditt. syll. 241, 10 = Viereck XIV 10 saec. II a. Chr., Viereck XVI 67 saec. I a. Chr., XXI 5 exeuntis saec. II.
6) Polyb. V 25, 7, al. Eberhard p. 34, App. Syr. 24 (393, 20 Mend.). Civ. 4, 46 (972, 18 Mend.), Diod. XIII 32, 6 ὑποκριθήcονται.
7) Antiph. 2, β, 2, 3, Pol. XXI 8, 8. Eberhard p. 32. Diod. XI 50, 8. XII 55, 9.

X 34. XVIII 264, τοῖς δεδογμένοις A. IV 66. X 254. XIV 242. XVIII 150, δόξαν A. X 114. 129. 190. B. V 1, 5 (5, 10).[1])

§ 20. De perfecto.

Perfectum ἑόρακα, quod apud poetas comicos, Xenophontem, Demosthenem aliquotiens legitur[2]), Naberus A. XVIII 24 Iosepho obtrudere non debebat, cum ἑωρακόσιν in omnibus libris legatur. cf. ἑωρακώς B. VI 1, 1 (70, 6). VII 3, 4 (127, 10), alibi.

Perfectum verbi κτείνω, quod apud antiquiores est ἀπέκτονα, apud Iosephum librarii alius aliter memoriae prodiderunt: A. IV 220 ἀπεκτονηκώς RMSPL, ἀποκτενηκώς O, IX 39 ἀπεκτονότων RO, ἀπεκτονηκότων MSP [ἀποκτεινάντων E], XII 392 ἀπεκτόνασι AM [ἀπεκτείνασιν PF], ἀπεγκτάγκασι L (sic, cf. ἀπεκτάγκασι Reg. II 4, 11, ἀπεκταγκώς Pol. III 86, 10, Eberhard p. 35), ἀπεκτονήκασι WE [ἀπέκτειναν V], XV 222 ἀπεκτόνοι PLAMW [ἀπεκτόνει FV, ἀποκτείνοι E], XVII 54 ἀπεκτονώς PAM [ἀπέκτεινεν WE], XIX 159 ἀπεκτονότων A, ἀπεκταγκότων E [ἀποκτενόντων MW]. ambo editores omnibus locis formam ἀπέκτονα praetulerunt, nisi quod Niesius A. IV 220 ἀπεκτονηκώς retinuit. atque illud quidem non sine causa, nam videmus libros meliores plerumque formae vulgatae ἀπέκτονα favere. praeterea perfectum ἀπεκτόνηκα, ni fallor, rarissime apud ceteros communis dialecti scriptores occurrit velut Plut. Timol. 16 (II 17, 22) ἀπεκτονήκοι, sed ἀπεκτονὼς apud eundem scriptorem mor. p. 261 b invenies. quare Iosephum ubique ἀπέκτονα scripsisse puto. forma ἀπέκτακα (Pol. XI 18, 10 ἀπεκτακότες, Eberhard l. l. Cobet, nov. lect. p. 55) ne in varia lectione quidem invenitur.[3])

A. V 357 παρατετευχώς MSPL editores, παρατετυχώς RO, VIII 295 τετυχηκότες RO editores, τετευχότες MSP, Vit. 362 παρατετεύχεισαν RAM Niesius, παρατετυχήκεσαν cum Eusebio Naberus. perfectum τέτευχα ferendum esse confirmant παρατετευχώς A. XVII 99, ἐπιτετευχότα XVIII 279, τετευχότας XIX 281, τετευχώς Ap. I 189 (ex Hecataeo), quamquam perfectum τετύχηκα multo usitatius est: ἐντετύχηκα Ap. I 216, τετυχήκασι A. II 128. XV 138, τετυχηκώς A. I 232. 264 (τετυχώς L). II 153. 202. VI 267. VIII 130. X 46. XI 249. XII 221. XIV 370. XV 74. 339. 401. XVI 33. 233, τετυχηκέναι A. XII 37. apud Polybium enim ipsam formam τέτευχα multo frequentiorem esse Eberhardius p. 36 testatur. inter duas formas fluctuant etiam Aristoteles[4]) et Dio Chrysostomus.[5]) nec deest τέτευχα

---

1) τὰ δεδογμένα Pol. III 40, 2. IV 9, 7. Plut. Eumen. 16 (III 136, 28).
2) Veitch p. 438.
3) cf. etiam Lob. Phryn. p. 36.
4) Ethic. Nic. β 7 p. 1107ᵇ 7 τετυχηκέναι et τέτευχεν, porro τέτευχε Aristot. περὶ ζῴων μορίων β 2 p. 647ᵇ 15.
5) Schmid I 86.

apud Diodorum (I 57, 8. II 22, 1. III 9, 1, al.) sicut in titulis primi a. Chr. saeculi CIG. 4717, 31. Dittenb. syll. 255, 30 legitur. Dem. 21, 150 nunc ex libris AF correctum est. B. VII 4, 4 (135, 17) τετυχυῖαν (Lob. Phryn. p. 395) sine dubio in τετευχυῖαν corrigendum est, nam etiam in N. T. Hebr. 8, 6 τέτυχε ex codice Vaticano et tertia manu codicis Sinaitici correctum est sicut Diodori exempla[1]), quae huc pertinent.

A. VI 296 lectio codicum RO λελαχώς (ita Niesius; cf. λελάχασι Empedocl. 373) mihi minus probatur quam ceterorum λελογχώς (pro vulgari εἰληχώς). iure hanc formam Naberus recepit illa usitatiorem. etsi Lucianus Soloec. 4 (III 563). 7 (ib. 573) eam usurpari vetat, tamen idem Amor. 18 (II 418) admittit (cf. Schmid I 232), ut Dionys. Hal. III 22, 7. IV 83, 4, Iacoby, sprache d. D. p. 34. Ps. Dem. 21, 82 in dubium vocatur. adde titulos λέλογχα CIG. 1152, 13. 2415, 14. 5819, 10 in epigrammatis.

Perfectum ᾤχηκα non est nisi posteriorum.[2]) Iosephi exempla observavi tria: Ap. I 42 παρῳχηκότος, B. IV 2, 5 (298, 13) παρῳχηκόσι, B. VI 6, 1 (106, 12) παρῳχηκέναι, sed apud eundem A. VIII 301. XI 155 παρῳχημένων.[3])

A. VIII 322 epitome sola rectam formam συνειλοχυῖαν servavit. non placet συνειλεχυῖαν (Aristid. 49, 381), quod Niesius ex codicum plenorum lectionibus elicuit.

A. XII 346 ἐμπεφράκεσαν (ἐπεφράκεσαν proposuit Dindorfius assentiente Nabero) solius Iosephi esse videtur.[4])

Verbi ἄγω perfectum apud Iosephum ἀγήοχα, numquam ἦχα, quam formam Polybius[5]) et Philodemus[6]) praeferunt: συναγηοχώς A. XIV 394. B. I 15, 3 (56, 25), ἀγηοχέναι B. I 30, 1 (112, 2). A. XV 383.[7])

Perfectum διέφθορα apud Atticos transitivam significationem habet (Soph. El. 306, al.), apud posteriores et apud Homerum (Il. 15, 128) intransitivam: A. XV 123 διεφθορότων τῶν ἀνθρώπων, ibid. 283 τῶν διεφθορότων τις, V 207. similiter Plut. mor. p. 87d τῶν διεφθορότων σωμάτων, Diod. XXXVIII 15 συνδιέφθορε, Lucian.

---

1) vid. supra et Veitch p. 653.
2) Polyb. VIII 27, 9 Buettn. W. (29, 9 Hu.). Eberhard p. 36, Sext. Empir. 153, 30. 500, 26, passim (vicies), παρῳχηκόσι CIG. 8613^b tab. Hippolyt. saec. IV post Chr., sed Il. 10, 252 parum certum est sicut Dionys. Hal. A. R. IV 82, 3 correctum est.
3) Plut. Lys. 15 (II 398, 10). Act. 14, 16.
4) περιπεφραγυῖαι Schol. Hes. scut. 298.
5) Eberhard p. 36.
6) Schmid II 28.
7) ter ἀγήοχα apud Polybium, Eberhard l. l. Luettge p. 12, semel Dionys. Hal. A. R. X 6 (8, 23). Iacoby, sprache d. Dion. p. 35, Plut. Phoc. 17 (IV 16, 4) παραγηόχασιν, Ps. Dem. 18, 39. 73). cf. Lob. Phryn. p. 121. Cobet, nov. lect. p. 700, de Aristide et Philemone, qui item ἀγήοχα usurpant, vid. Schmid II 28. cf. in titulis ἀγήγοχα: 'die inschriften von Pergamon' I p 21.

Nigr. 15 (II 54) διεφθορότων ἀςμάτων dicit, quamquam Soloec. 3 (III 558) διέφθορας vituperat.[1])

Solius Iosephi esse videtur plusquamperfectum ἥκεςαν A. XIX 104, quam formam ex sermone vulgari irrepsisse puto, nam similes formae non solum in libris sacris (ἥκαςιν Deuter. 32, 17. Marc. 8, 3) leguntur, sed etiam in titulis Aegyptiis, quibus qui illa loca viserant, memoriae nomina sua prodebant ut CIG. 4762 (anni 44 post Chr.) ἥκαμεν et 4799[b], ἧκα ib. 4803.[2])

Editores A. VIII 79 Dindorfio auctore ὑπήρειςτο iure correxisse, quamquam ἤρειςμαι occurrit apud Polyb. III 66, 9 (ἀπηρεῖςθαι), 109, 11 (ἀπήρειςται)[3]), docent ἐρηρειςμένος A. II 156. III 109. 112. VIII 133, ἐπερηρειςμένος VIII 98. IX 73, ἐρήρειςτο XII 74.[4])

Notandum videtur perfecti passivi participium ἐπιτετευγμένων A. XVIII 127.[5])

Formam ὤμοςμαι librariis, non Iosepho deberi per se patet. etiam Dionys. H. A. R. X 22 ὠμοςμένος a Kiesslingio correctum est. optimo iure editores reduplicationem restituerunt A. XV 283 ςυνωμοςμένος, Ap. I 239 ςυνωμοςμένων (ex Manethone) et ib. 261, ὠμοςμένον Ap. II 124. similiter A. XIX 362 [codices MW ὠμωςμένους] epitome (ὀμωμοςμένους) lectionem codicis A (ὠμοςμένους) refutat sicut A. V 169 lectiones codicum M (ὀμωμοςμένων) et P (ὠμομοςμένων) et S[1]O[2] (ὠμομοςμένων) codicem R (ὀμωςμένων). cur Naberus A. XIX 362 ὀμωμομένους scribere maluerit, quamquam A. V 169. XV 283 ὀμωμοςμένος sim. posuit, non intellego. cum Niesio faciendum censeo. nam formam ὀμώμοςμαι iam apud Demosth. 7, 10. 22, 4 firmatam habemus ut etiam apud Aristot. rhet. α, 15 p. 1377[a], 11[b], 7.[6])

A. VIII 81 ςυνεκέκλει(-ι- RO)το ROMP Niesius, ςυνεκέκλειςτο S Naberus. Vit. 419 ἐγκέκλειτο R, quod probat, sed ne in editionem minorem recepit Niesius, ἐγκέκλειςτο PAM, ἐκέκλειςτο W. qua de causa Naberus hoc loco a codice suo discedat lectione R recepta, cum idem A. VIII 81 scripturam unius codicis S praeferat, intellegi non potest. sola forma κέκλειςμαι Iosephi usui dicendi respondet:

1) Schmid I 231. cf. Lob. Phryn. p. 160.

2) cf. etiam Lob. Phryn. p. 744.

3) Eberhard p. 35. cf. Lob. Phryn. p. 32.

4) similiter apud Heronem Alexandrinum Pneumat. p. 150 vet. math. ed. Thevenot (= Diels, sitzungsber. d. akad. d. wiss. phil. hist. klasse. Berlin 1893 p. 124, 36) ςυνηρειςμένων correxit Dielsius. ibi enim paulo supra p. 124, 28 Diels προςερηρειςμένου legitur. etiam apud Philonem mechan. synt. 44, 39 Schoene προςηρειςμένη et ib. 45 ςυνηρεῖςθαι mutanda esse existimem.

5) Polyb. VI 53, 2, sed ἐνετεύχθην, quem aoristum habemus Polyb. XXXV 6, 1 Dind. et CIG. 4957, 26 (a. 68 post Chr.), a Iosepho numquam usurpatur.

6) cf. Cobet, nov. lect. p. 344 et de Agathia L. Dindorf in Fleckeiseni annal. (1869) p. 460.

περικεκλειςμένων A. II 328, ἐγκεκλειςμένος VII 322. VIII 255. XIII 221. XVI 374 (-ημένοι E), κεκλειςμένα IV 283, ἀπεκέκλειςτο B. V 5, 6 (27, 8), ἀποκεκλειςμένος A. XVII 255. B. V 10, 3 (52, 14), ςυγκεκλειςμένους Vit. 74, (ἐγκεκλειςμένον A. XII 65 lectio perversa est, tum A. VII 274. XII 68 ἀποκεκλεῖςθαι et ib. 337 ἐγκεκλεῖςθαι nihil probant). accedit, quod haec forma etiam aliis posteriorum exemplis permultis firmatur.[1]) nihil ad rem pertinet, quod veterum exempla, quae huc spectant, nunc mutata sunt.[2])

A. XIX 55 Niesius codicem A sequi non debebat ὑπέζωμαι exhibentem, nam sequiorum, in iis Iosephi, propria est forma ἔζωςμαι velut A. VII 283 διεζωςμένος, XIV 165 διεζωςμένους, ἐζωςμένην B. III 7, 26 (254, 29), ἐζωςμένοις A. XIX 85, ὑπεζωςμένος B. II 14, 1 (170, 12). IV 3, 13 (309, 7). A. XIX 85.[3]) quare illo loco sine ulla dubitatione lectionem codicum ME ὑπέζωςμαι recipiemus, praesertim cum forma littera c instructa ne veteribus quidem inusitata esset.[4])

A. III 135 περιελήλαςτο ROMS¹P, περιελήλατο LE editores. B. I 16, 6 (61, 28) ἐξεληλαςμένων N, ἐξεληλαμένων, si Cardwelli silentio fides est, in ceteris libris, quos sequuntur editores. quoniam supra p. 463 aoristum ἠλάςθην improbavimus, sequitur, ut cum editoribus etiam ἐλήλαςμαι reiciatur: Ap. I 279. 299 ςυνεξεληλαςμένον, Ap. II 122 ἐξεληλαςμένοι, quas formas in codice Laurentiano corruptissimo traditas redarguunt ἐλήλατο A. III 140 et περιελήλατο ib. 147.[5])

Verbi θηλύνω perfectum est apud Polyb. XXXVII 2, 2 ἐκτεθηλυμμένος, Lucian. dial. deor. 5, 3 (I 214) ἐκτεθηλυμένῳ, Pisc. 31 (I 599) κατατεθηλυμμένος, apud Iosephum vero A. IV 291 τεθηλυςμένης sicut apud Hippocratem II 60 Littré τεθηλυςμένοι.

A. VI 357 διηρπαγμένα RO Niesius, διηρπαςμένα MSP Naberus, XIV 321 διηρπαγμένα E¹, διηρπαςμένα cum ceteris libris editores, XVI 288 διηρπάχθαι AM, διηρπάςθαι PWE editores, item B. II 21, 3 (218, 15) ἡρπαγμένοις T. hoc verum non esse sibi persuadebit, qui comparaverit: διηρπαςμένα A. XIV 443, ἡρπα-

---

1) cf. Dionys. H. A. R. I 67, 1. IX, 21, 1, Diodor. XIV 66, 4, sed cf. Dindorf, praef. p. XVI, Plut. moral. p. 223c, Philo de incorruptib. mundi 40, 9 ed. Cumont, Io. 20, 19, Lucian. Tox. 29 (II 538) ex Dindorfi coniectura. Heron. Alex. (vett. mathem. ed. Thevenot) p. 268, 37. 269, 15. 270, 8. quare etiam Herwerdeni coniectura κεκλειμένην apud Plut. Pelop. 11 (II 93, 26) pro κεκλειςμένην scribentis facile supersedemus.

2) cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 447, Veitch p. 373.

3) Diodor. I 72, 2 (περιεζωςμένοι). V 29, 2, Plut. G. Gracch. 15 (IV 199, 21). Anton. 4 (IV 349, 13) ἔζωςτο, Apoc. 1, 13 περιεζωςμένον.

4) cf. Cobet, nov. lect. p. 447, Kuehner-Blass p. 437³. aliter Stahl, quaest. gramm. p. 65².

5) cf. ἐληλαμένον Plut. Cam. 41 (I 296, 22), διελήλατο Plut. Crass. 25 (III 71, 16). etiam Pausan. IV 26, 8 fortasse corrigendum est et Polyaen. VIII 7, 2 (ἐληλαςμένος).

μένος [Vit. 130]. B. IV 9,8 (346,8). etiam Pausan. III 18,7 ἥρπαγμαι correctum est.

Vit. 65 Niesius lectionem codicis P πεπόμφθαι recepit, quamquam ceteri libri πεπέμφθαι exhibent. sed tantum πεπέμφθαι ferendum esse vel ex eo intellegitur, quod hoc Vit. 216. 254 in codice P traditur. praeterea vereor, ne nullum exemplum aliunde in hanc rem afferatur.[1])

A. XII 79 ἀναγέγλυπτο P Niesius, ἀνεγέγλυπτο LAW, ἐνέγλυπτο F, ἀνέγλυπτο V Naberus. perfectum ἔγλυμμαι antiquiorum erat ut Platonis de rep. 616d, symp. 216d, Herodoti (sexies, si Kruegero fides est), posteriorum vero ἐγγεγλύφθαι Diod. I 48, 6, διαγεγλυμμένη ib. 66, 4, διαγεγλυμμένον Aelian. var. hist. 3, 45, Cass. Dion. 42, 18. quare ἀνεγέγλυπτο recipiendum censeo. de augmento cf. supra p. 437.

A. XII 378 γεωργημένης (supra: γε) A, unde γεωργημένης in editione maiore Niesius posuit, γεγεωργημένης MV Naberus, item Niesius in editione minore, γεωργουμένης E. perfectum reduplicatione orbum ferendum non esse iure iam monuit Wendlandius.[2]) sed omnino epitomes lectionem praeferam. hoc enim dicit scriptor: frumenta consumpta erant, quia terra illo anno, id quod septimo quoque fieri solebat, non colebatur. cf. etiam B. II 16, 4 (185, 8) ὁ γεωργούμενος χρυσὸς, VII 5, 5 (137, 5) γῆν γεωργουμένην.

§ 21. De verbis contractis.

A. VI 54 καταχεῖ MSP editores, καταχέει EZon., X 271 συγχεεῖν RP[1] Niesius, συγχέειν OSLE, συγχεῖν P[2]V Naberus. haec forma Atticorum erat[3]), illa 'Iudaeorum et Christianorum, qui Graece balbutiebant magis quam loquebantur'.[4]) sed ex hoc numero Iosephus eximendus est. eum forma Attica usum esse demonstrant infinitivi praesentis, cuius flexionem eandem ac futuri fuisse constat: συγχεῖν A. IV 310, μεταχεῖν IX 48, ἐπιχεῖν B. V 13, 6 (68, 7), καταχεῖν B. III 7, 28 (256, 1). A. III 114.[5])

A. XIX 105 Niesius codices MWE secutus ἐχρᾶτο scripsit, quamquam ἐχρῆτο exstat in A (ῆ in rasura). adde variam epitomes lectionem A. XV 120 ἐχρᾶτο, ubi omnes ceteri libri ἐχρῆτο exhibent. sed etsi aliquotiens in inscriptionibus recentioris aetatis illa

---

1) cf. etiam Holwerda, emend. p. 47.

2) deutsche litteraturzeitung 1892 p. 1266. de tali perfecto cf. Hatzidakis, einleitung in die neugr. gramm. p. 75.

3) Cobet, var. lect. p. 607[2] sq.

4) Exod. 4, 9. 29, 16 προσχεεῖς, Deut. 12, 16 ἐκχεεῖτε, al. Winer p. 74[7].

5) cf. etiam ἐγχεῖν Galen. de haeres. ed. Helmr. act. sem. Erl. II 273, 14, ἀποχεῖν ib. 282, 11, ἀποχεῖται ib. 282, 19. 23, ἐκχεῖται ib. 283, 13. ἐπιχεῖσθαι Heron. Alex. p. 222, 2, quare haud scio an p. 172, 27. 223, 6 ἐπιχέειν et p. 186, 11 ἐγχέειν corrigenda sint.

forma per α scripta legitur[1]), tamen mihi non persuadeo eam a Iosepho profectam esse, non a librariis. qui circiter septuagies formam ἐχρῆτο sim. usurpavit, num putas eum semel ἐχρᾶτο protulisse? etiam Dionys. H. A. R. IV 26, 5 ἐχρᾶτο, quod ibi in omnibus libris legitur, a Iacobyo in ἐχρῆτο mutatum est. cf. etiam Gen. 19, 8, ubi in codice Vaticano est χρᾶcθε, sed in Alexandrino χρήcαcθε. dubium mihi videtur, num Philoni mechan. syntax. 53, 49. 95, 19 ed. Schoene χρᾶcθαι vindicandum sit.

Verbi ζάω imperativus veteribus est ζῆ, posterioribus ζῆθι.[2]) apud Iosephum haec forma legitur A. VIII 10.

B. V 1, 4 (3, 32) in omnibus libris ἐπεξέθεεν, B. VI 4, 6 (98, 9) ἔθει in PL, ἔθεε cum ceteris editores.[3]) cum Dindorfio p. 831 illam formam contrahendam esse confirmant B. I 28, 1 (106, 12) περιέθει, similiter ἔπλει XVII 87. XVIII 111. B. IV 9, 2 (341, 25), ἀπέπλει A. XVI 16, ἔρρει A. III 203. B. VI 4, 6 (98, 31), διέρρει B. III 7, 28 (256, 8), προcέρρει B. II 11, 6 (161, 28), cυνέρρει B. III 10, 1 (276, 4), ἐρρεῖτο A. IX 90. B. III 7, 23 (253, 8), al. etiam Herod. V 6, 7 ἔθεε a Mendelssohnio correctum est, sed nunc iniuria toleratur Plut. Marc. 20 (II 143, 19), sicut in apocalyps. Petri v. 26 Harn. κατέρρεε.[4])

Pari modo cum eodem viro docto B. VII 8, 5 (155, 24) διέδεον 'vinciebant' contrahendum est nec Plutarchi loco mor. p. 280a (cυνέδεον) defendi potest, quia haec forma ipsa in suspicionem vocanda est. forma enim contracta legitur apud Iosephum A. XIV 299 ἀνέδουν, similiter ἀποδοῦcι 'vinciunt' B. VII 6, 3 (140, 32) sicut apud Plut. mor. p. 253[b]. Per. 28 (I 328, 13) ἀνέδουν, ib. Pomp. 24 (III 212, 28) ὑπέδουν.[5])

§ 22. ἱcτῶ, ἱcτάνω.

A. III 108 ἵcτα MSPE (ἱcτᾶ L), ἵcτη RO editores, XIV 466 ἀνίcτα P Niesius, ἀνίcτη FLAMW, ἀνίcτηcι V Naberus, ἀνιcτᾶ E, XX 235. 238 καθιcτῶcιν E Photius, καθιcτᾶcιν AMW editores. formas ab ἵcτημι derivatas praeferendas esse (ἵcτη sim.) docent ἀνίcτη A. XVII 248[6]), καθίcτη XVI 266, cυνίcτη XVI 85. 191, ἐπιcυνίcτη

---

1) Ditt. syll. 126, 50. 59. 60. 170, 19. 246, 68, Viereck XVI 89. cf. ibidem p. 59, Meisterhans p. 139².

2) Cobet, var. lect. p. 610. nov. lect. p. 494. 524, Meisterhans p. 139². cf. etiam epigrammata: CIG. 569[b]. 5819. 5862. 8762, 1.

3) A. XVIII 228 ἔθει in A²MW, ubi vero <ἐ>ωθεῖτο secundum AE legendum est, ut facit Naberus. cf. etiam Holwerda, observ. crit. Mnemos. II (1853) p. 129.

4) ἔχεεν, quod saepius legitur (B. I 3, 6 [18, 10]. 21, 4 [79, 5]. II 14, 2 [170, 29]. III 8, 4 [265, 3]. V 5, 3 [24, 23]. VII 6, 4 [143, 4]. A. VI 271. IX 108. XIII 314) non imperfectum, sed aoristus est. imperfectum habes contractum B. V 4, 4 (21, 4) ἐξεχεῖτο, B. I 16, 4 (61, 8) cυνεχεῖτο.

5) cf. Bernardakis p. LXXXV.

6) ἀφίcτη Plut. Tit. 15 (273, 26).

XV 201. B I 8, 6 (34, 3, ubi lectio L ad rem non pertinet), (διίστη A. VI 171 Niesii coniecturae debetur), porro καθιστᾶσι B. I 11, 4 (44, 10). 13, 11 (53, 17), περιιστᾶσι B. III 7, 4 (242, 17). ab altera parte stant περιίστα A. I 114[1]), καθίστα A. XIV 157. XVII 164 (utrobique καθιστὰ P, -ιστᾷ E), συνίστα B. I 26, 2 (99, 17). (A. XIX 71 συνίστα τότε, quod in MWE legitur, huc non pertinet, quod cum A συνίστατο scribendum est)[2]), συναφίστα B. I 24, 2 (91, 9), praeterea καθιστῶσι B. I 4, 8 (22, 9). Niesius has formas ab ἱστῶ derivatas tolerat, Naberus in ἵστη mutat, non solum imperfectum ἵστα, sed etiam praesens ἱστᾷ: A. V 68 ἱστᾷ (MSP), XIV 11 ἐπισυνιστᾷ. nec tamen sibi constat, quod A. VII 49 συνίστων tolerat, nam A. XIV 64 ἀνίστασαν legitur.[3]) aut omnes formae aut nullae tolerandae erant. eas autem ferri posse demonstrat infinitivi forma, quae saepius apud Iosephum ἱστᾶν est: ἱστᾶν A. XVIII 261. 264. B. II 19, 9 (210, 24), ἀνιστᾶν A. XIII 57, καθιστᾶν A. XVIII 271. B. I 14, 4 (55, 11)[4]), διιστάναι (τὰς) legimus Vit. 139. addere liceat ceteris locis ἱστάνειν inveniri: καθιστάνειν A. XVI 129, ἀποκαθιστάνειν XVI 170, παρακαθιστάνειν XIV 438, συνιστάνειν B. prooem. 5 (6, 3), quae forma apud Aristidem omnino non legitur[5]), saepius autem apud Polybium.[6]) in eo vero Polybius a Iosepho differt, quod ante consonantes ἱστάναι ponit, ante vocales et in fine enuntiati tantum ἱστάνειν.[7]) participium apud Iosephum est vel ἀνιστὰς A. XIV 204 (si quis Niesium sequetur), vel συνιστάνον A. VI 272 (συνιστάνων Corinth. II 10, 18). formas ab ἱστῶ derivatas ut μεθιστῶν, καθιστῶν Dan. 2, 21[8]) apud eum non observavi. ne quid desideretur, addo tertiam personam singularis praes. omnibus locis (exceptis eis, quos supra laudavimus) ab ἵστημι derivatam esse.[9])

§ 23. δείκνυμι, sim.

A. XII 361 ἀποδείκνυσι PLAMWE editores, ἀποδεικνύει FV. constat verborum in υμι desinentium omnes formas apud Atticos et primam et secundam coniugationem sequi posse, sed formas in υω

---

1) Lucian. de hist conscr. 1 (II 2), musc. enc. 7 (III 96). Du Mesnil 6. Schmid I 229.

2) Dionysii Hal. exempla A. R. III 41, 5. VIII 18, 2 correcta sunt. Iacoby, sprache d. Dionys. p. 35, idem Philol. 36 (1877) p. 544, Schmid II 26.

3) καθίστων Plut. Pelop. 9 (II 90, 23).

4) Plut. mor. p. 167 c. Bernardakis p. LXXXII, παριστᾶν Sext. Emp. 368, 28.

5) Schmid II 26. 6) Eberhard p. 37.

7) Kaelker p. 237. 8) de Aristide cf. Schmid II 26.

9) velut ἵστησι A. I 31. III 115. 122. V 69, ἐγκαθίστησιν B. IV 7, 6 (334, 26), ἀνίστησι B. III 7, 3 (241, 28), ἐφίστησι A. III 49. 104, καθίστησι A. IV 165. XIII 157. XIV 326. B. I 4, 1 (18, 26). 23, 5 (88, 19). II 12, 1 (162, 20), παρίστησι A. I 35, συνίστησι B. IV 4, 3 (312, 15), passim. cf. etiam Cobet, nov. lect. p. 152.

exeuntes numquam apud poetas tragicos legi.[1]) videamus nunc, quam rationem Iosephus secutus sit. ut initium faciamus a tertia persona singularis, ei sola terminatio υcι usitata est velut δείκνυcιν A. I 141, ἀποδείκνυcι A. II 263. V 57. VI 195. VII 8. 9. 280. IX 6. XIV 143 (bis). 158. XV 254. XVIII 34. B. prooem. 5 (5, 23). I 5, 1 (23, 6). 5, 4 (24, 16). 12, 5 (47, 31). 32, 2 (120, 14), ἐπιδείκνυcιν A. III 101, προδείκνυcι A. II 86, ἐνδείκνυcιν XIX 33, ὄμνυcι B. II 8, 7 (150, 3). A. V 55. VI 126. 212, εἴργνυcι B. I 3, 1 (16, 4). 12, 6 (48, 1). II 9, 5 (156, 8). VI 8, 2 (113, 3), καθείργνυcι B. I 5, 4 (24, 19), cβέννυcι A. XI 40, ἀπόλλυcιν A. VIII 314. B. V 10, 3 (52, 6), προcμίγνυcι A V 60, ἐγκαταμίγνυcι A. XV 360, μεταμφιέννυcιν A. XVIII 237, ἀναζεύγνυcιν Vit. 117. (huc non pertinet καταρρηγνύει A. VII 4).[2]) hac igitur in re Iosephus consentit cum Polybio[3]) et Dionysio Hal.[4]) et, ut videtur, cum Plutarcho[5]), differt ab Aristide, apud quem terminatio υει frequentior esse videtur[6]), et Dione Chrys., cuius formae alternant.[7]) etiam in eo cum Polybio et Dionysio[8]) Iosephus congruit, quod in tertia persona pluralis semper υουcι, numquam υαcι usurpat velut δεικνύουcι A. I 92. 287, ἀποδεικνύουcι A. XIII 220. B. IV 10, 3 (351, 27), ὀμνύουcι B. II 8, 7 (150, 16).

A. V 208 ἐπεδείκνυε secundum libros plenos editores, ἐδείκνυ E. in imperfecti tertia persona singularis formam υε solam fuisse in usu apud Iosephum existimem: ἐδείκνυε B. VII 5, 5 (137, 10), ἀπεδείκνυε A. XIII 408 (si Niesium sequeris). XVII 53. B. I 25, 1 (95, 27). 32, 4 (122, 28). 7 (124, 3). II 2, 6 (135, 1). 20, 7 (214, 11), διεδείκνυε A. II 230, ἐπεδείκνυεν A. II 58. 232. VII 4. XVIII 239. XX 108. Vit. 183. B. I 10, 2 (39, 2), προυδείκνυεν A. XIX 198, ὑπεδείκνυε Vit. 278, ἀπώλλυε A. XIII 279, ὤμνυε A. V 131. VI 225. 229. XIV 347. Ap. II 263. B. IV 3, 13 (309, 9), ἐζεύγνυεν A. XVI 11, ἀνεζεύγνυεν Vit. 308, ὑπεcτρώννυεν A. IX 111. hac tanta exemplorum copia commotus facile concedes etiam duas formas in υ exeuntes in libris, qui sunt de bello Iudaico, obvias esse corrigendas: ἐπεδείκνυ B. V 7, 4 (39, 9). 12, 4 (63, 14), praesertim cum, Aristide excepto[9]), una forma ἐδείκνυε a ceteris communis dialecti scriptoribus adhibeatur ut a Polybio[10]), Diodoro[11]), Dionysio Hal.[12]), Plutarcho.[13]) ut apud Dionysium Hal. et Diodorum[14]), ita apud

1) La Roche, zeitschr. f. österr. gymn. 1876 p. 584, Riemann, revue de phil. V 179, de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882 p. 207.
2) secundam personam singularis A. V 245 ἐπιδεικνύειc in RO, quos libros sequitur Niesius, observavi.
3) Eberhard p. 37. 4) Iacoby, act. Lips. I 308 sq.
5) Bernardakis p. LXIII. 6) Schmid II 25. 7) Schmid I 83.
8) Eberhard l. l. Kaelker p. 237, Iacoby l. l.
9) Schmid II 25. 10) Eberhard, Kaelker l. l.
11) Dind. praef. I p. XXI = Vogel praef. p. XLIX.
12) Iacoby l. l. 13) Bernardakis p. LXIII.
14) Iacoby, Dindorf l. l.

Iosephum in tertia persona pluralis imperfecti terminatio υcαν praevalet: ἐδείκνυcαν A. XVI 59, ἀπεδείκνυcαν A. V 135. B. II 20, 3 (212, 9, si Bekkerum sequeris), ἐπεδείκνυcαν B. V 11, 2 (55, 6), ὑπεδείκνυcαν B. II 16, 2 (179, 32), ἀπεφράγνυcαν A. II 324, κατεπετάννυcαν A. III 124. 125, ὑπεcτρώννυcαν XVIII 204, ὤμνυcαν XVII 329. terminationem υον his locis notavi: ὤμνυον A. V 13. Vit. 259. B. IV 10, 6 (355, 3), ἐπεδείκνυον A. XII 406, ὑπεδείκνυον A. V 52. ἐχώννυον B. III 7, 8 (244, 7) Richteri editioni Lipsiensi deberi Cardwellus testis est. in libris ἔχουν exstat. ab Iosepho Polybius differt, cui forma in υον exiens usitatior erat.[1])

A. IX 176 ἀπολλύειν (δοκοῦν) R(O)M Niesius, ἀπολλύναι SP Naberus, XV 22 ἀποδεικνύειν ἀρχιερέα cum libris plenis editores, ἀποδεικνύναι E. viri docti affirmant infinitivum horum verborum exire in υναι ante consonantes, sed in υειν hiatus vitandi causa ante vocales apud posteriores ut Polybium[2]), Dionysium Hal.[3]), Plutarchum[4]), Aristidem.[5]) adde Galeni de haer. ed. Helmreich act. sem. Erl. II 260, 13. 22. 263, 13 ἐπιδεικνύκαι ante consonantem. Iosephus autem eam rationem observat, ut υναι tantum ante consonantes vel in fine enuntiati usurpet, sed υειν non solum ante vocales, verum etiam ante consonantes admittat. ab altera parte cυναπολλύναι (τοῖc) A. I 199, ἀπολλύναι A. II 215 (sequitur τὰ). IV 191 (πάντας). XII 193. B VII 8, 1 (149, 24), ὀμνύναι (ὁ δὲ, hiatus pausa excusatur) A. III 91, cβεννύναι (καὶ) B. VII 9, 2 (166, 11), ἐπιδεικνύναι (πᾶcαν) A. XVI 13, καταπηγνύναι (cταυρόν) B. VII 6, 4 (143, 10), ἀνοιγνύναι (τοῦ) A. XVIII 29, ab altera ἀπολλύειν ante consonantes A. II 153. IX 176, ὀμνύειν ante vocales Ap. I 167. A. XV 370, ante consonantes A. III 271. B. II 8, 6 (149, 18, si Bekkerum sequeris), cβεννύειν ante vocales B. VI 4, 2 (95, 26). 6 (98, 14), in fine enuntiati ib. 4, 3 (96, 31), ante consonantes B. V 11, 5 (58, 4). VI 4, 7 (99, 10), ἀποδεικνύειν ante consonantem B. prooem. 3 (4, 20), κτιννύειν ante consonantem A. XVII 183, ὑποδεικνύειν (τὴν) B. II 16, 4 (186, 23).

A. III 247 πηγνύουcιν dat. plur. ROSPL Niesius, πήγνυcιν M, πηγνῦcιν Naberus. XVI 133 ἀποδεικνύων PW Niesius, ἀποδεικνύc AME Naberus. hanc lectionem veram esse puto, nam cf. πηγνύντεc A. III 289, δεικνύc XVI 174. XVIII 333. XIX 336, ἀποδεικνύc A. VIII 265. XVI 285. B. I 32, 4 (122, 23), ἐπιδεικνύc A. V 55. X 271. XIV 266. XX 48, προδεικνύντεc XVIII 271, ὑπο-

---

1) Eberhard l. l.

2) Kaelker p. 237, Stich, diss. p. 12, sed cf. Hultsch, über den hiat bei Polybius, Philol. XIV 317 et Buettner-Wobst, Fleckeiseni annal. 129 (1884) p. 115.

3) Iacoby, act. Lips. I 309.

4) Bernardakis p. LXIII, nam Plut. Pelop. 9 (II 91, 27) et Cleom. 10 (IV 134, 29) correxit Sintenis.

5) Schmid II 25.

δεικνύς II 21, ὑποδεικνύντα XV 191, προσρηγνύς IX 91, ἀπολλύντων XIII 325, ἀπολλύντας IV 290, φραγνύντες XVIII 315, καθειργνύντες III 103, ὀμνύς X 161, ὀμνύντες IV 133, σβεννύντας B. VI 4, 5 (97, 27), χωννύς B. VII 6, 4 (141, 24). quare fortasse etiam ὀμνυόντων Ap. II 121 et τοῖς ὀμνύουσιν A. XIX 259, quod Naberus intactum reliquit, corrigenda sunt. nam apud Dionysium Hal.[1]), Aristidem[2]), Polemonem[3]), Diodorum[4]) participium semper in υς exit. etiam apud Polybium[5]) pluralis huius participii in ύντες sim. desinere solet.

A. IV 287 ὀμνύτω cum libris plenis editores legunt, ὀμνυέτω E. illud praeferendum esse demonstrant ἐκτινύτω A. IV 248 et ἀποτινύτω A. IV 248. XII 146.

Omnes formae mediae ut apud Polybium[6]) Atticorum consuetudinem sequuntur praeter unum κτιννύεσθαι A. XVIII 271, quod cum Nabero in κτίννυσθαι mutandum esse videtur.

§ 24. δίδωμι.

A. V 313 παραδιδοῖ SPL Niesius, παραδίδοι M, παραδίδει RO, παραδίδωσιν E Naberus. formam διδοῖ pro δίδωσι apud Homerum[7]) saepe obviam tolerandam non esse plurima formae δίδωσι exempla demonstrant δίδωσι A. I 83. II 263. XII 414. XV 360, ἀναδίδωσι B. IV 8, 4 (339, 14), ἐκδίδωσι A. I 38, παραδίδωσι A. I 167. II 89. V 32. 362. VI 32. VII 110. IX 104. X 82. 100. 186, passim. Arriani exempla A. IV 6. 7. V 6, 4. VII 21, 4, alibi[8]) nihil probare possunt, quoniam constat, quantopere hic scriptor ex Ionibus pendeat.

A. XI 53 διδόαμεν omnes libri exhibent, B. III 8, 5 (266, 13) διδόαμεν in PL exstat. priore loco Niesius hanc formam retinet, Naberus Dindorfio auctore p. 832 iure in δίδομεν mutavit. nam librariorum temeritate ad exemplum formae διδόασι ortam esse putaverim.[9])

A. X 48 παραδιδοῦσι SP Niesius, παραδίδωσιν ROMLVE[10]),

---

1) Iacoby l. l. 2) Schmid II 25.
3) Schmid I 52.
4) VIII 9, 2. XVII 35, 7. XIX 26, 9 correcta sunt. cf. Dindorf, praef. p. XXI = Vogel, praef. p. XLVIII.
5) Eberhard, Kaelker l. l. 6) Eberhard l. l.
7) Il. 9, 519. Od. 4, 237. 17, 350. La Roche, Homers Ilias. einleitung p. XXII et Her. 2, 29.
8) Newie p. 16, Boehner p. 17.
9) cf. Lob. Phryn. p. 245.
10) lectionem plurimorum codicum παραδίδωσιν sic ortam esse puto, ut παραδιδόασι in παραδιδώασι, et hoc in παραδίδωσι depravaretur. cf. A. X 94 διδώασιν in M, A. III 270 in SP διδόασιν littera ό ex ώ correcta, ibidem in ROM δίδωσι. forma διδοῦσιν Homeri (Il. 2, 255, passim. La Roche l. l. einleit. p. XXII) est et Herodoti 2, 30, al. (Veitch p. 190⁴). etiam Arrian. Anab. V 6, 7 ἐκδιδοῦσι corrigendum erit ex Arrian. Anab. V 25, 6.

παραδιδόαϲιν Naberus Dindorfio l. l. auctore. numerum pluralem requiri neque παραδίδωϲιν ferendum esse elucet ex iis, quae antecedunt, imprimis e verbo praecedente ϲυνθάπτουϲι. sed formam παραδιδοῦϲι Niesius recipere non debebat, Wendlandius[1]) non defendere. Iosephum διδόαϲι scripsisse confirmant A. III 230. 254. 270. V 127. VI 72 (παραδιδόαϲιν). X 94. XII 376. 404. XV 333. XVII 287. Vit. 199. 247. B. II 18, 6 (201, 6). V 9, 4 (49, 14). VII 8, 7 (160, 11).

Transeo ad optativum praesentis et aoristi, cuius formae in libris aliquotiens διδῴη et δῴη sunt: A. X 9 δῴητε codd. Niesius, δοίητε cum Dindorfio Naberus, XII 406 παραδώη LAMWE, παραδῷ PFV, παραδοίη editores, XIII 147 ἀποδώη codd. (ἀποδοίη editores), ibid. 231 ἐνδώη codd. (ἐνδοίη editores), XVI 316 δῴη PAM, δοίη WE editores, διδῴη B I 28, 1 (106, 19) (tolerat Bekkerus), προδιδῴη B. II 21, 2 (216, 24) (προδιδοίη cum codice T Bekkerus), ἐνδιδῴη B. III 8, 4 (265, 9) (ἐνδιδοίη Bekkerus). huc pertinent etiam A. XIII 413 ϲυγγνῷεν (ϲυγγνοῖεν editores), XX 128 in MWE ἐπιγνώη, ubi recte ἐπιγνῷ est in A, B. II 19, 8 (209, 31) ἁλῴη (ἁλῷ ex PL Bekkerus). contra forma legitima invenitur A. VII 351 παραδοίη, XVII 69 δοίη, XIX 31 παραδιδοίη, B. IV 5, 4 (323, 10) ἐνδιδοίη, B. V 2, 1 (7, 11) ἐνδοῖεν, B. V 9, 4 (47, 24) παραδοῖεν. talia menda librariorum propria esse et iterum ac saepius in libris οιη in ωη depravatum esse doceant A. XV 33 ϲυναποϲτερώη in PLAM¹VW, recte ϲυναποϲτεροίη A²ME, XVI 248 περιπατώη A¹E, recte περιπατοίη ME, XVII 330 χωρώη PA¹MW, sed χωροίη E, XVIII 175 ἀδικώηϲ MW, recte ἀδικοῖϲ A vel ἀδικοίηϲ E, ib. 176 ἐκπολεμῷεν in omnibus libris, ἐκπολεμοῖεν correxit Dindorfius, IV 236 παρακαλῷεν ROMPL, παρακαλῷιεν S, παρακαλοῖεν Dindorfio auctore Naberus. quare non dubitabimus omnibus locis, nisi forte structura coniunctivum requirit, cum viris doctis διδοίη sive δοίη sim. restituere, quod cur Niesius primo loco (A. X 9) non fecerit, quamquam omnes ceteros mutavit, non intellego. frustra illam formam barbaram defendisse censeo Lobeckium ad Phryn. p. 346 et Holwerdam emendat. Flav. p. 109. et veterum et posteriorum exempla, quae huc pertinent, correcta sunt velut Plat. Phaedr. 273c, Gorg. 512e, Hipp. mai. 281d[2]), Xenoph. Cyr. III 1, 35, Dem. 28, 17, Hesiod. Op. 357, Herod. 9, 111. etiam (Lys.) 6, 19 repugnantibus Scheibio et editoribus Turicensibus iure in suspicionem vocatur.[3]) ad haec accedunt apud sequiores διδῴη Plut. Pyrrh. 14 (II 300, 29). Lys. 9 (II 390, 17), ἐκδῴη Plut. Mar. 10 (II 338, 4), ἁλῴη Plut. Anton. 48 (IV 391, 2), quas formas repugnante Sintenio Schaeferus et Bekkerus correxerunt, tum Lucian. Cyn. 17 (III 549) δῴη[4]) et de Paras. 1 (II 836) μεταδῴηϲ adversante Iacobitzio Din-

---

1) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559. cf. etiam Arnold, philol. anzeiger 17 (1887) p. 277.
2) cf. de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1886 p. 54.
3) Veitch p. 191⁴. 4) Du Mesnil 6. Schmid I 231.

dorfius sustulit, deinde Sext. Empir. 248, 32 δῴη Bekkerus, denique in N. T. Ephes. 1, 17. 3, 16 δῴη ex codice Vaticano correctum est. sed dubito an ceteris locis, ubi codices sacrae scripturae vetustissimi consentiunt velut Gen. 27, 28. Num. 11, 29. Rom. 15, 5. Tim. II 1, 16. 18 cum Tischendorfio haec forma toleranda sit. aetate Christiana etiam in titulo CIA. III 2, 3509, 11. 12 saec. IV/V post Chr. δῴη legitur.

A. VII 312 δίδοι RO codd., secundum quos Niesius διδοῖ scripsit, διδοίη M, δοίη SPE Naberus. similiter B. I 30, 5 παραδοῖ in Cardwelli libris praeter Parisinum, ἐx quo Bekkerus (114, 5) παραδοίη recepit, B. IV 4, 1 (311, 3) προδιδοῖ in codice P (in ceteris προδιδοίη). formam διδοῖ defendit Ditt. syll. 119, 13 anni 324 ante Chr. ἀποδιδοῖ.[1])

§ 25. ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα.

A. V 168 ἔδοσαν cum libris plenis editores, ἔδωκαν E, IX 149 ἐπέθεσαν RO editores, ἐπέθηκαν MSP, XIV 26 ἔδωκαν PFVE editores, ἔδοσαν LAMW, ib. 27 ἀπέδωκαν cum plurimis libris editores, ἀπέδοσαν M, B. III 7, 35 (262, 7) παρεῖσαν NPT, παρῆκαν cum ceteris libris editores. pluralem aoristorum ἔθηκα, ἔθωκα, ἧκα constat saepius inter veteres tantum apud Euripidem, Xenophontem, Demosthenem obvium esse, raro apud ceteros scriptores Atticos.[2]) in vetustioris temporis inscriptionibus ἔθηκαν, ἔδωκαν, similia omnino non inveniri, sed demum post 385/84 a. Chr. hic illic usurpari, inde ab anno 300 usque ad 30 nonnisi formas per κ scriptas, imperatorum vero aetate ἔθηκαν et ἔθεσαν sim. rursus promiscue adhiberi testantur monumenta sermonis.[3]) videamus nunc, quae regula statuenda sit apud Iosephum:

ἀνέθηκαν A. VI 374 (Plut. mor. p. 304c).	ἔθεσαν A. III 119.
διέθηκαν A. VI 132 (Plut. moral. p. 380b).	ἀνέθεσαν A. I 324. XII 416. XIII 69.
(ἔθηκαν apud Plutarchum, si verba composita addideris, circiter septies, ut ait Bernardakis l. l. p. LXXI, apud Polybium quindecies, Eberhard p. 38. adde Dionys. Hal. A. R. VI 74, 2. 3 et euang. Petri v. 21. 32 Harn.)	κατέθεσαν A. VIII 103. XIII 426. μετέθεσαν A. I 22. προύθεσαν Vit. 323. συνέθεσαν B. VII 8, 5 (155, 19).
ἐδώκαμεν A. XIII 169. (Plut. mor. p. 531 e. Thessal. I 4, 2 [?].)	ἔδομεν B. VI 6, 2 (107, 18). παρέδομεν A. XIX 298.

1) cf. pap. du Louvre 30, 12 anni 162 a. Chr., G. Meyer, griech. gramm. p. 437².

2) Kuehner-Blass I 2 § 283, 2. p. 196³. Stahl, quaest. gr. p. 64².

3) Lautensach p. 12, Meisterhans p. 152², Riemann, revue de phil. V 164, Buettner-Wobst, Polyb. vol. I praef. p. LXXVI.

ἐδώκατε A. V 94. (Matth. 25, 35).
ἔδωκαν A. I 22. 118 (Sibyllae est). VII 225.
(apud Plutarchum sedecies ἔδωκαν, terdecies ἔδοσαν, cf. Bernardakis l. l., Polyb. II 11, 5 ἔδωκαν.)
ἀπέδωκαν A. XIII 385. (apud Plutarchum quinquies.)

ἐνέδωκαν B. VII 1, 3 (122, 14). 6, 4 (143, 21).
(ἐνέδωκαν Polyb. III 13, 6; apud Plutarchum quinquies.)

ἐπέδωκαν A. XII 262. (apud Plutarchum quater.)
παρέδωκαν A. [VII 53 in E, in ceteris libris παρεδίδοσαν]. XV 425. (Pol. III 12, 4, apud Plutarchum duodecies.)
ἀνῆκαν A. XV 55.
ἐνῆκαν A. XIII 139.
ἐφῆκαν A. IX 268. Ap. II 251. (Pol. XII 15, 6 ἐφήκαμεν.)
cυνῆκαν A. I 255. VI 4.
ἐναφήκατε B. VI 6, 2 (107, 29).

ἔδοτε A. XVI 39.
ἔδοcαν A. V 126 (bis). 131. VIII 20. IX 271.

ἀπέδοcαν A. XIII 165. B. I 27, 1 (103, 6). (apud Plutarchum bis. adde Dionys. Hal. A. R. IX 13, 3.)

ἐξέδοcαν A. V 154.
ἐπέδοcαν B. IV 6, 3 (329, 8.)

παρέδοcαν A. I 12. V 313. IX 280. 285. [XIII 4]. XVII 297. XX 73. B. II 5, 3 (141, 5). V 9, 4 (48, 11). (apud Plutarchum quinquies.)

addo formas medias προcηκάμην A. IV 46. VI 87, προcήκω A. XVI 55, προcήκατο A. III 73. XVI 225. 355 (Lucian. bis accus. 20 [II 815]), προcηκάμεθα A. IV 134 (προcήκαντο Galen. de haeres. ed. Helmreich, act. semin. Erlang. II 252, 7), προήκατο B. VII 8, 6 (157, 13) (Plut. quinquies), καθυφηκάμην B. II 16, 4 (189, 3), ἀπεθήκατο quoque huc pertinet B. I 14, 2 (54, 17).[1]) apud Polybium προηκάμην legi non videtur.[2]) vides apud Iosephum ἔθηκαν admodum raro usurpari, quare A. IX 149 editores sequemur. aoristo ἔδωκαν, etsi non ita raro legitur, tamen altera forma locis dubiis praeferenda videtur. in hac igitur re Iosephus a Plutarcho differt, cui ἔδωκαν usitatius erat. porro aoristus II εἷcαν apud Iosephum alibi non observatur, qui a Polybio quoque abesse videtur et semel apud Plutarchum invenitur.[3]) eo igitur, de quo disputamus, loco παρῆκαν praeferemus.

§ 26. ἔφυcα.

A. XIX 346 Niesius in utraque editione sic edidit: (ὁ βαcιλεὺc) διακάρδιον ἔcχεν ὀδύνην. ἄθρουν δὲ αὐτῷ τῆc κοιλίαc προcέφυcεν ἄλγημα μετὰ cφοδρότητοc ἀρξάμενον 'gravi dolore affectus est. accesserunt autem ventris cruciatus'. num putas in aoristo I προcέ-

1) Plut. Lys. 21 (II 405, 29) προcεθήκατο. cf. etiam Veitch p. 636[4].
2) Eberhard p. 38.
3) Plut. mor. p. 448[a]. cf. Cobet, nov. lect. p. 378.

φυcε hanc notionem intransitivam inesse? nam exempla intransitivae verbi φύω significationis, quae attulit Lobeckius ad Aiac. 40, suspecta sunt. at nonne Niesii lectio titulo sepulcrali prope Romam reperto (inscr. Sic. et Ital. ed. Kaibel 2126, 5 = CIG. 6303, 5):

τοῖc δ' ἦν γεγαὼc, οἷόc ποτ' ἔφυcεν Ἴαχχοc (sic),
ἢ θραcὺc Ἀλκίδηc ἢ καλὸc Ἐνδυμίων

defendi videtur? sed etsi concedimus hoc loco ἔφυcεν pro ἔφυ usurpatum esse, num verisimile est Iosephum, qui omnibus ceteris locis velut A. I 317 ἐμφῦcαι, II 152 τὸν cὲ φύcαντα, III 1 φῦcαι, VI 33 τοῖc φύcαcι, XII 75 ἐκφύcαντεc, ib. 280 φύcαντοc, (X 271) hanc formam vi transitiva instruxerit, semel contra usum vulgarem a semet ipso descivisse? sed tamen cum Dindorfio p. 834 προcέφυ corrigendum esse mihi non persuadeo, immo προcέφυcεν ex προcίθυcεν, quam lectionem epitome exhibet, depravatum esse putem, praesertim cum notio 'acriter irruendi', quae in hoc verbo inest, hoc, de quo agitur, loco admodum apta sit. constat verborum ἰθύω cum aliis tum Homero usitatissimum esse. Iosephum etiam poeticis vocabulis usum esse infra docebimus (vid. § 44). eum autem προcιθύω, quod verbum compositum alibi occurrere non videtur, novavisse et solum usurpare, nemo mirabitur, qui viderit (cf. infra § 45), quam libere Iosephus in componendis novis vocabulis versetur. haud scio an ea ipsa res causa sit, cur προcίθυcεν a librariis sit mutatum.

§ 27. ἕcτηκα, τέθνηκα, ἕcτακα.

Perfecti ἕcτηκα indicativi formae pleniores leguntur: ἀφεcτήκαμεν Ap. II 123, ἑcτήκατε B. VI 6, 2 (109, 10), καθεcτήκαcιν Ap. I 71, breviores ἑcτᾶcιν B. III 5, 4 (235, 26), cυνεcτᾶcιν A. XVI 234. in plusquamperfecti indicativo formae longiores longe praevalent. breviores reperies: ἕcταcαν A. III 124, ἐφέcταcαν A. XV 410. 413, περιέcταcαν A. XVIII 174. (cf. Cobet, nov. lect. p. 416. 517.) infinitivus ἑcτηκέναι ut rarus est apud Polybium[1]), ita apud Iosephum: XVII 297 cυνεcτηκέναι et ib. 354 ἐνεcτηκέναι. formam breviorem invenies: ἑcτάναι A. III 290. XX 106. B. V 9, 4 (50, 8), ἐνεcτάναι A. III 224, ἀφεcτάναι Vit. 28. B. III 9, 7 (274, 5), ἐφεcτάναι A. VII 378. IX 146. B. I 24, 8 (95, 12), μεθεcτάναι Vit. 180, προεcτάναι A. IV 31. VI 35. XVI 297. notandum videtur formam longiorem in uno libro XVII occurrere (vid. supra p. 366). participii formas longiores inde ab a. 334 a. Chr. usurpari confirmant inscriptiones.[2]) apud poetas tragicos et Aristophanem solas fere breviores usurpari, Thucydidem tantum in genere feminino formas longiores habere refert Herwerdenus.[3]) Polybium et in masculino et in neutro breviores usurpare

1) Eberhard p. 38.
2) Lautensach p. 20, de Bamberg l. l. 1886 p. 50.
3) stud. Thucydid. p. 113, cf. de Bamberg l. l.

solere, in feminino pleniores observavit Eberhardius p. 38. Iosepho in omnibus generibus, etiam in feminino circiter triplo plures sunt formae breviores quam pleniores.

Indicativus τεθνήκαϲι occurrit B. I 32, 2 (119, 24). VII 8, 7 (159, 8). A. VII 254. XVI 351, forma brevior τεθνᾶϲι A. VII 178 (τεθνήκαμεν Sext. Emp. 250, 6). adde τεθνήκοι A. IV 174 et τεθνάτω A. IV 279. infinitivum τεθνηκέναι A. VIII 30 fortasse temptabit, si quis ceteris locis tantum τεθνάναι legerit: A. II 277. V 121. VI 149. X 201. XVI 107. XVII 155. XX 200. Ap. I 185. Vit. 59. B. I 22, 5 (86, 2). III 7, 2 (241, 6). 8, 5 (267, 14). 9, 6 (273, 17). IV 3, 10 (303, 15). 5, 4 (323, 30). 5 (324, 27). VII 8, 7 (158, 27). futuri vim habet τεθνάναι A. XIX 348: διῆξε λόγοϲ εἰϲ πάνταϲ, ὡϲ ἔχοι τοῦ τεθνάναι παντάπαϲι μετ' ὀλίγον 'sermo est apud cunctos egressus, quia indubitanter moriturus esset' (Rufin.). participii τεθνεώϲ circiter duplo plura exempla apud Iosephum observavi quam τεθνηκώϲ.

Perfectum transitivum, quod ante Hyperidem[1]) occurrere non videtur, usurpat Iosephus A. XVIII 301 ἑϲτακώϲ[2]), παρεϲτακέναι A. XVI 98. B. II 6, 2 (142, 24) (παρεϲτάκαϲιν Sext. Empir. 250, 12), καθεϲτάκει A. IX 114 (ἐφεϲτάκει Pol. X 20, 5), καθεϲτάκειν Vit. 89[3]), ἑϲτάκεϲαν A. V 79.[4])

Ut in aetatis Romanae inscriptionibus[5]) pro καθέϲτηκα dicitur καθέϲταμαι et προέϲταμαι pro προέϲτηκα, sic apud Iosephum habes καθεϲταμένοϲ A. XII 268. 278. XIII 204. XV 9. XVII 232. XVIII 254. B. II 21, 6 (219, 27)[6]), singulis locis προεϲταμένου Vit. 37; (τῆϲ μάχηϲ) ϲυνεϲταμένηϲ A. XV 121. saepius vero apud eundem καθεϲτώϲ sive καθεϲτηκώϲ, προεϲτώϲ, ϲυνεϲτώϲ, similia occurrunt.

§ 28. δέδια, δύναμαι.

Plusquamperfecti verbi δέδια tertiam personam pluralis per ε scribi vetat Phrynichus (Lob. 181): ϲὺ δὲ λέγε τετραϲυλλάβωϲ ἄνευ τοῦ ε ἐδέδιϲαν. quam regulam in veterum scriptis secuti sunt editores, quare ἐδεδίεϲαν, formam in libris traditam[7]), correxerunt. apud Iosephum ἐδεδίεϲαν legitur: A. IV 36. V 240. XIII 426 (ubi ἔδειϲαν cum V Naberus scripsit). hanc formam tolerat Niesius, sed haud scio an non sine causa Naberus Dindorfio p. 831 suadente in

1) καθέϲτακα 3, 38, sed quod Lightfoot in κατέϲτηϲα mutari iubet.
2) Pol. III 94, 7 παρεϲτακώϲ et Sext. Emp. 361, 3, ἀνεϲτακώϲ apud Aristidem (Schmid II 30).
3) ἀποκαθέϲτακεν Ditt. syll. 279, 7 saec. I post Chr.
4) cf. Holwerda, emendat. Flav. p. 98.
5) Meisterhans p. 153². Riemann, revue de phil. V 171.
6) Polyb. XV 27, 6 Di. Eberhard p. 38.
7) Thuc. IV 55, 3. V 14, 2 (Stahl, quaest. gramm. p. 65²). Xen. Hell. IV 4, 16 (Cobet, nov. lect. p. 446. 468). Lys. 13, 27 (Cobet ib.). Isocr. Areop. 33. Xen. Anab. V 6, 36.

ἐδέδιcαν mutaverit. etiam Cass. Dion. 37, 44, 3 Sturzio commendante ea forma correcta est.

ἐδύναcο B. V 1, 3 (3, 14) pro vulgari ἐδύνω posteriorum est, ut Luciani dial. mort. 9, 1 (I 360).

§ 29. οἶδα.

Huius perfecti secunda persona singularis apud Iosephum est οἶcθα A. IV 41. 50. VII 212. VIII 208. XVI 331. XVII 134, sed οἶδαc Vit. 350, quam formam tolerandam puto, quia non ita raro apud veteres[1]) et posteriores invenitur. exemplis permultis, quae attulerunt Veitchius p. 218 et La Roche[2]), satis habeo haec addidisse: οἶδαc Aristot. Anal. ὕcτερ. 1 p. 71ᵃ 31ᵇ, 4, 5. Sophist. El. 20, p. 177ᵇ 12, 24 p. 179ᵃ 33, Daniel 10, 20, Henoch p. 1082, 20, Corinth. I 7, 16, Iohann. 21, 15, 16, Dionys. Hal. A. R. XVI 2 (222, 17), sed cf. Iacoby, sprache d. Dion. p. 35, Philon. de migr. Abrah. I 437, 25 Mang. (Treitel p. 6), Plut. mor. p. 180b. 190a[3]), Lucian. dial. mar. 15, 1 (I 325).[4]) epigr. 47, 4[5]), Dion. Chrysost. semel οἶδαc.[6])

Prima persona pluralis est ἴcμεν A. I 137. IV 12. XVI 114. B. V 9, 4 (48, 14), paulo saepius οἴδαμεν A. V 96. VIII 107. 112. XII 125. XIII 212 (hanc formam laudat etiam Wendlandius).[7]) apud veteres Xen. Anab. II 4, 6 correctum est, sed etiamnunc Antiph. 2 a, 3 toleratur. porro legitur οἴδαμεν Herod. 2, 17. 4, 46. 7, 214, Hippocr. I 622 Littré, Ps. Dem. 21, 82. 121 in testimoniis apud Demosthenem allatis, Aristot. Anal. ὕcτ. 8 p. 93ᵃ 25, Ethic. m. β 3 p. 1199ᵃ 32, 35, Marc. 11, 33. Io. 3, 2. 9, 29. Corinth. I 8, 1, denique apud Dionem Chrysostomum.[8])

Porro οἴδατε A. X 177 occurrit ut Thessal. I 2, 1. 4, 2. Marc. 10, 38, passim, Philon. de septen. II 287, 7 Mang., Lucian. epigr. 27, 1 (Schmid I 232), apud Dionem Chrys. (Schmid I 85). sed Eurip. Suppl. 1044 correctum est.[9]) frequentius est ἴcτε 'scitis': A. VII 372. IX 145. XI 169. XV 130. B. III 8, 5 (266, 23). V 9, 4 (47, 7. 49, 31). VI 6, 2 (107, 12). VII 8, 7 (161, 22). (imperativum ἴcτε habes A. IV 116. XIV 174. XIX 243.)

Denique οἴδαcι observavi B. II 6, 2 (143, 1). III 8, 5 (265, 16), sed saepius ἴcαcι: A. XIV 3. XVI 45. Ap. II 176. B. II 8, 5 (148, 19), VII 4, 2 (129, 27). forma οἴδαcι non ita rara est velut Herod.

1) sed cf. Cobet, nov. lect. p. 704.
2) Homers Ilias. einleit. p. XXIII adnot.
3) sed apud eundem vicies quinquies οἶcθα, Bernardakis l. l. p. LXXIII.
4) cf. Cobet, var. lect. p. 316².
5) sed apud eundem multo saepius οἶcθα, Schmid I 232.
6) sed saepius οἶcθα, Schmid I 85.
7) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.
8) Schmid I 85.
9) cf. etiam Cobet, var. lect. p. 582².

2, 43. [Lys.] 11, 1, Xen. Oec. 20, 14, Aristot. Eth. m. α 20 p. 1190b 24. θ 119 p. 842a 2, Dionys. H. A. R. IV 36, 1. VI 47, 2[1]), apud Dionem Chrysostom.[2]), N. T. Luc. 11, 4. Io. 10, 5[3].)

§ 30. εἰμί, φημί.

Imperfectum ἤμην Cobetus, nov. lect. p. 188, veteribus abrogat, sed 'Macedonibus et Alexandrinis et faeci Graeculorum relinquit'. cum eo consentientes editores ἤμην ex Eurip. Hel. 931, Lys. 7, 34[4]), Xen. Cyr. VI 1, 9 eiecerunt. sed satis saepe haec forma apud posteriores legitur.[5]) quare etiam Iosephi exempla intacta relinquemus: B. I 20, 1 (75, 8). 32, 3 (121, 19).

Imperfecti secunda persona singularis est apud Iosephum ἦς A. XVII 110. 112. 353 (E Nab.). Vit. 357. B. V 1, 3 (3, 14), sed ἦσθα (καὶ) A. VI 104. forma ἦς tribus locis prioribus ante consonantes, loco postremo (B. V 1, 3) ante vocalem (ἔτι) legitur. Sommerbrodtius Dindorfio auctore apud Lucianum dial. mort. 7, 1 (I 355) παρῆς in παρῆσθα mutavit. num sibi persuasit Lucianum eam rationem secutum esse, ut ἦσθα ante consonantes, ἦς ante vocales poneret ut Amor. 3 (II 401) ἦς οὐκ, dial. mort. 16, 3. (I 403) συνῆς αὐτῷ? Iosepho quidem haec regula ignota est. ἦς etiam apud Plutarchum legi testis est Bernardakis p. LXXII. adde ἦς in epigr. CIG. add. II 2113c. sed Eurip. Iph. A. 319 et Marc. 14, 67 nunc correcta sunt.[6])

B. I 32, 3 (121, 23) imperfecti secunda persona singularis est ἔφης pro ἔφησθα ut ἔφης Il. 22, 280 et persaepe apud Lucian. dial. mort. 15, 1 (I 399). imag. 10 (II 468), dial. mer. 13, 5 (III 318). rhet. praec. 21 (III 22). Fugit. 5 (III 368). Soloec. 2 (III 555).[7]) veterum exempla, quae huc pertinent, aut correcta sunt velut Aesch. Agam. 1585 Ki. Aeschin. 2, 86 aut dubitationem movent ut Xen. Cyr. IV 1, 23.[8])

---

1) Iacoby, sprache d. Dion. p. 35.
2) Schmid l. l. 3) Winer § 15 p. 81[7].
4) cf. L. Bartelt, emendationes Lysiacae. diss. Hal. 1882 p. 11. 12.
5) velut Plut. Sol. 28 (I 185, 6). Pomp. 74 (III 267, 27). Alex. 14 (III 293, 3) bis, ib. 29 (313, 3). 46 (331, 30). moral. p. 146c. 174a. 180b. 222c, Alciphr. epist. 13. (Cobet, var lect. p. 57[2]), Dionys. Hal. A. R. III 16, 3. X 36 (56, 7). ib. 37 (57, 1). Iacoby, sprache des Dionys. p. 35, Lucian. dial. mort. 28, 2 (I 446), Asin. 15 (II 582). 46 (II 614), sed dial. mar. 2, 2 (I 293) ἤμην nunc apud Sommerbrodtium correctum est, quod fugit Schmidium I 231. in N. T. porro haec forma usitatissima est ut Matth. 25, 35. Io. 11, 15. Act. 10, 30. Gal. 1, 10. Winer § 15 p. 76[7]. nec deest apud LXX interpretes: Psalm. 119, 7 ἤμην. cf. etiam Henoch l. l. p. 1083, 35. 1085, 15. 31 et Lob. Phryn. 236. adde titulos: CIG. III 4464. Le Bas II 2538, porro epigrammata CIG. 1656, 5. 3511a, 3. 3694, 1. 4464, 8. 4709, 6. 6238, 11. 6265, 11. 6287, 1. 6306, 2. 6309b, 2. 6745, 1. 9899, 9.
6) cf. de Bamberg l. l. 1886 p. 51.
7) Schmid I 233.
8) cf. de Bamberg l. l. 1886 p. 51. Kuehner-Blass I 2 p. 211[3]. Lob. Phryn. p. 236.

III. DE NOMINUM DECLINATIONE.

§ 31. ἑκατοντάρχης, ἑκατόνταρχος, similia.

Forma ἑκατοντάρχης apud Iosephum librorum consensu traditur A. IX 143. 148. XIV 69. B. I 7, 4 (30, 1). II 4, 3 (139, 6). 14, 7 (173, 29). 20, 7 (214, 13). III 5, 3 (235, 12). 7, 35 (262, 11). IV 1, 5 (289, 15). 8, 1 (335, 10). V 12, 2 (60, 31). VI 1, 8 (78, 10), similiter ἑκατόνταρχος A. VI 40. VII 233. 368 extr. IX 156. 188. XVII 282. aliquot locis libri fluctuant velut A. VII 368 init. ἑκατοντάρχοις ROSP, -χαις M, IX 151 ἑκατοντάρχας ROMS(P), -χοις E, XIV 69 extr. ἑκατόνταρχος AM(W), -χης PFLV, ib. 476 ἑκατόνταρχοι P, -αι FLAMWE, XVIII 230. 232 ἑκατοντάρχης AMW, -ος E, XIX 308 ἑκατοντάρχῃ AMW, -ῳ E, B. II 15, 3 (176, 25) ἑκατοντάρχοις PM, -αις cum ceteris libris editores, B. III 6, 2 (239, 26) ἑκατόνταρχος PL, ἑκατοντάρχης Cardwellus et Bekkerus. editores (Niesius in editione minore) Dindorfio auctore omnibus locis, binis exceptis, ἑκατόνταρχος restituerunt, sed sibi non constant, nec cognosci potest, quam rationem secuti sint. e. g. cur Niesio placuerit, A. XVIII 230. 232 ἑκατοντάρχης repudiare, XIV 69 init. XIX 308 recipere, non intellego, item nescio, quid causae fuerit, cur Naberus prioribus locis epitomes testimonium aspernaretur, sed loco postremo (XIX 308) agnosceret. nam idem in eisdem libris traditur. quod igitur editores formam ἑκατοντάρχης paene deleverunt, mihi non probatur. posteriores enim studio elocutionis variandae etiam formam vulgarem in ης desinentem praeter veterem in ος receperunt. ἑκατοντάρχης autem in sermone populari in usu fuisse docent libri sacri Novi Testamenti[1]) et titulus CIG. 4956, 23 anni 49 post Chr. Kalendis Februariis confectus: ἑκατοντάρχας. accedit, quod eadem formarum varietas apud alios observatur, velut apud Plutarchum, ut ait Bernardakis p. LXXI, saepius forma in ης quam in ος occurrit. quare ubi optimi libri illam praebent, recipere non dubitabimus.

A. XII 301 ταξιάρχας AM Niesius, ταξιάρχους PFLVWE Naberus, Vit. 242 ταξιάρχας AM, ταξιάρχους PRW editores, A. IX 22. 23 (bis). 24 (init.) sola epitome discrepat, B. II 20, 7 (214, 11) ταξιάρχας R, ταξιάρχους in ceteris libris, item B. III 5, 2 (235, 15) ταξίαρχοι NT, ταξιάρχαι editores. forma in ης exiens bis in omnibus libris legitur: A. VII 368. X 21, saepius vero ταξίαρχος occurrit: A. VII 26. IX 24 extr. 220. B. I 23, 5 (88, 29). 33, 9 (129, 12). III 5, 2 (234, 31). etsi dubitem, num ea regula, quam Stahlius, quaest. gramm. p. 54², de veterum usu statuit, 'munerum militarium nomina omnia in αρχος exire', ad posteriores pertineat (cf. supra ἑκατοντάρχης et infra ἱππάρχης in titulis), tamen ταξίαρχος praeferendum censeo. nam etiam apud alios posteriores longe praevalet ut

1) Winer § 8, 1 p. 60⁷.

apud Plutarchum (Aem. P. 29 [II 69, 9]. Pomp. 78 [III 271, 3]. F. Max. 16 [I 359, 16]. Tim. 12 [II 12, 24]. mor. p. 258 e. Bernardakis p. LXXI). adde Dion. Hal. A. R. III 27, 3.

A. XII 120 γυμνασιαρχῶν PFAVWE, γυμνασιάρχων L editores. hanc lectionem probandam esse confirmant inscriptiones. γυμνασίαρχος enim exstat CIG. 4717, 4 inter annos 45 et 37 ante Chr. et in inscriptione Sestana.[1])

At τοπάρχης Dindorfius, quem sequitur plerumque Naberus, temptare non debebat A. VIII 179. XI 33. 37. 59. idem Naberus cur tres locos postremos mutaverit, primum intactum (VIII 179) reliquerit, idoneam causam non video. cf. τοπάρχαις Esth. 3, 13.

A. XVII 223 φρουράρχους PME, φρουράρχας A. iure illos codices editores secutos esse docent A. XIV 52. XV 408. XVI 317. XVIII 95. B. I 1, 2 (9, 32). 26, 3 (101, 24). II 2, 2 (132, 15). nam etiam Polyaenum forma φρούραρχος semper usum esse testatur Malina l. l. p. 10.

B. I 26, 3 ἱππάρχαις cum plurimis libris Cardwellus, ἱππάρχοις cum T Bekkerus 101, 19. forma ἱππάρχης apud Iosephum paulo praevalet: A. VIII 307 (?). XVIII 237. B. II 14, 5 (172, 28), ἵππαρχος librorum consensu A. VIII 309 traditur. utrumque ferri posse confirmant inscriptiones, quae ἱππάρχης CIG. 4717 (a. 45/37 ante Chr.) et ἵππαρχος CIG. 5109, 9 exhibent.[2])

A. XIII 414 μονάρχους cum plurimis libris editores, μονάρχας V, ib. 427 μονάρχων PAMW editores, μοναρχῶν FLV. unam formam μόναρχος probandam esse docent μονάρχους Plut. Cam. 18 (I 269, 19). Cic. 17 (IV 254, 14), μονάρχων Arat. 30 (V 163, 11).

Vit. 115 δεκάδαρχος PW editores, δεκαδάρχης R. hanc formam praeferam, quia sola, si Cardwello fides est, in libris de bello Iudaico usurpatur: δεκαδάρχης B. II 20, 7 (214, 12). III 7, 3 (242, 4). 9, 7 (274, 17). IV 1, 5 (289, 12). 8, 1 (335, 9). V 12, 2 (60, 31).

A. XIX 91 χιλιάρχοις cum A editores, χιλιάρχαις MW, B. III 7, 34 (261, 14) χιλιάρχης PL, χιλίαρχος cum ceteris libris Cardwellus et Bekkerus. unam formam χιλίαρχος ferendam esse plurima exempla docent: χιλίαρχος A. VI 195. 256. 258. VII 26. 53 (bis). 78. 233. 368. VIII 46. IX 220. 234. XII 301. XIV 238. 239. 288. 291. XVII 215. 216. XIX 46. 148. XX 132. 136. B. I 11, 8 (45, 26). II 19, 7 (209, 18). III 5, 2 (235, 13). 6, 2 (239, 19). 7, 34 (261, 10). 8, 1 (263, 16). V 12, 2 (60, 32 bis). VI 2, 5 (84, 3), alibi, συγχιλίαρχος A. XIX 31. nec minus haec forma titulis confirmatur velut CIG. 4549. 4618, qui duo lapides in Palaestina reperti sunt,

1) cf. Ierusalem, Wiener stud. I 34.

2) similiter alternant formae apud Plutarchum: ἱππάρχης Tim. 32 (II 32, 32), ἵππαρχος Cam. 5 (I 256, 27). Cat. min. 62 (IV 96, 18. 24). Polyaenum semper ἵππαρχος usurpare testatur Malina p. 10. de Diodoro cf. Dindorf, praef. I p. XXIII = Vogel, praef. p. LIII.

porro 3947, 5. 4768 (ann. 189 post Chr.) 4783. 4843 (non ante 117 post Chr.). 4956, 23 (anni 49 post Chr.). in his semper est forma χιλίαρχος (sive χειλίαρχος) ut omnibus locis apud Plutarchum et Polyaenum (Malina l. l. p. 10) et in libris sacris. exempla formae in αρχης exeuntis, quae Winerus p. 61[7] affert ex V. T., correcta sunt.

Nonnisi in αρχος exeunt: ἔπαρχος A. XI 89. 104 (ex Hudsoni coniectura). 115 (Huds.). 117 (Huds., codd. ἱππάρχας ut solent). 118 (H.). 138. 167. 168 (Dind., codd. ἱππ.). XVIII 33. XIX 299 (ἔπαρχον A, ἵππαρχον MWE). 317 (Dind., codd. ἵππ.). 353. 363. XX 152. 174. 193. 197 et XIII 384 (si Naberum sequeris, ὕπαρχον cum libris Niesius). Vit. 33. 46. 121. B. II 19, 7 (209, 18). III 6, 2 (239, 19). 7, 32 (259, 28). V 2, 1 (6, 25). VI 5, 3 (104, 8. 12). cum his locis conspirant inscriptiones: ἔπαρχος CIG. 4750b. 4772. 4931 (a. 25 ante Chr.). 4948 (a. 116 post Chr.). 4957, 25. 35. 36. 53. 54 (a. 68 post Chr.). 3497, 5. 10 et Herodianus I 9, 7. 10. tum φύλαρχος A. III 47. 169. 220. 287. 288. IV 63. V 20. 80. VII 370. XI 146. XIII 384. XVII 56. B. I 29, 3 (111, 3).

Quae reliqua sunt, omnia in αρχης desinunt velut ἀλαβάρχην A. XIX 276. cf. CIG. 4751 ἀραβάρχης et ἀλαβάρχης apud Philonem[1]), γενάρχης A. I 235, ἐθνάρχης A. XIV 117. 151. 191. 194. 196. 200. 209. 306. XVII 317. XIX 283. B. II 7, 4 (146, 21). (Cor. II 11, 32), μεριδάρχης A. XII 261. 264, στρατάρχης B. II 19, 7 (209, 17), στρατοπεδάρχης A. XVIII 333. Vit. 407. B. I 27, 1 (103, 4). II 19, 4 (207, 23)[2]), τετράρχης A. XIV 326. XVII 16. 188. 286. XVIII 36. 102. 109. 137. 148. 240. Vit. 37. 65. B. I 12, 6 (48, 9). 24, 5 (93, 9). 33, 8 (128, 22).[3])

§ 32. Ἀγρίππα, Ἀγρίππου, similia.

A. XV 361 Ἀγρίππου PAMW Niesius, Ἀγρίππα FLVE Naberus, XVIII 134 Ἀγρίππου AE Niesius, -α MW Naberus, ib. 253 Ἀγρίππου MWE Niesius, -α ex corr. A Naberus, XX 15 Ἀγρίππα AM editores, -ου WE. porro in hoc nomine libri fluctuant A. XII 125. 127. XVI 30. 86. XVIII 132. 148. 168. 202. 228. 230. 240. 250. XIX 288. 359. XX 1. 104. 140. Vit. 37. 39. 46. 180. 359. similiter A. XI 79 Ἰούδα FLV editores, Ἰούδου PAW, XII 311 Ἰούδα FLVW editores, -ου PAM, ib. 365 Ἰούδα FLMVE Naberus, -ου PAW Niesius, XIII 201 Ἰούδα FLAMVW Naberus, -ου P Niesius. praeterea in nomine Iudae libri sibi non constant A. XIII 2. 4. 5. accedunt Ἰώδα A. IX 171, ubi in O Ἰώδου legitur,

1) Siegfried, Philo von Alexandria. Jena 1875 p. 31.
2) Dion. Hal. N. T. Lucian. Schmid I 374.
3) τετράρχην CIG. 2502, 3 aetatis Herodis Magni, Plut. Anton. 56, (IV 397, 22). 58 (399, 26). cf. etiam Kuehner-Blass § 138 B p. 502[3].

et A. XVI 196 Φερώρα [ου supra α] in AM, similiter B. I 29, 2 (109, 24) Φερώρου in P, ubi cum ceteris libris viri docti Φερώρα ediderunt. vides, quam libri non conspirent. quaeramus nunc, utra forma ceteris locis, qui huc pertinent, librorum consensu tradatur:

-α	-ου
Ἀγρίππα A. XV 318. XVI 24. 157. 173. XVIII 185. XX 12. B. II 13, 2 (166, 29). 17, 6 (192, 31). 18, 6 (200, 14). 19, 2 (206, 9). (Act. 25, 23).	Ἀγρίππου A. XVI 21. XVII 229. XVIII 110. 135. 137. 151. 156. 160. 168 extr. 169. 183. 252. 299. XIX 276. 279. 309.
Ἰούδα. hunc genetivum in omnibus antiquitatum libris circiter sexagies ter consentiente librorum memoria traditum observavi velut A. II 116. III 308. V 33. VI 14. XI 8, alibi.	
Ἀλεξᾶ A. XVII 10. XVIII 138.	
Ἀμαϲᾶ A. VII 262. 281. 283. 285.	
	Ἀμύντου A. XIV 248.
Ἀρέτα A. XVI 339. 355. XVII 54. XVIII 109. 110. 115.	
Ἀϲπρήνα A. XIX 87.	
Γήρα A. VII 263. 388.	
Γιώρα B. II 19, 2 (206, 13).	
Δολαβέλλα A. XIV 313.	
Ἰώδα A. IX 168.	
Μεντίνα A. XIII 260.	
Μήλα A. XVI 325.	
Νάθα A. VII 353. 371 (-αν codd.).	
Ὀβόδα B. I 24, 6 (93, 32).	Ὀβόδου A. XVI 337.
Ὀρόννα A. VII 69. 329. 331. 332.	
Ϲάββα vel Βάβα A. XV 260. 261. 264.	
Ϲαμᾶ A. VII 178.	
Ϲαραμάλλα A. XIV 345.	
Ϲιβᾶ A. VII 267. 268. 271 (bis).	
Ϲίλα Vit. 89. 90.	
Ϲιϲέννα Vit. 190.	
Ϲκόπα A. XII 133. [136 ex Polybio].	
Ϲουμᾶ A. VII 304.	
Ϲύλλα A. XIV 69.	
Ϲυμεωνίδα A. V 120.	
Φαλέρνα A. XIII 260.	
Φερώρα A. XIV 450. XVI 73. 208. 223. 228 (bis). 321. B. I 24, 6 (93, 24). 30, 1 (111, 28).	Φερώρου A. XVI 200. XVII 14. 16. 18. 42. 46. 51. 62. 63. 65. 68. 70. 73. 76. 121.

ex editoribus Naberus omnibus locis, etiam iis, ubi codices consentiunt, Ἀγρίππα, Φερώρα posuit nec tamen sibi constat, quod Ἀμύντου et Ὀβόδου admittere non dubitavit, Niesius codicum auctoritatem secutus modo α, modo ου scribit. omnibus locis Ἰούδα scribendum esse probant et ingens huius formae exemplorum copia et libri sacri.[1])

1) LXX Ier. 39, 44. 41, 4 Tisch. Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. Winer § 8, 1 p. 59^7.

etiam id notandum videtur codices in priore archaeologiae parte minime fluctuare. quare Niesius A. XII 365. XIII 2. 4. 5. 201 codicem P Ἰούδου exhibentem sequi non debebat. neque id mihi probatur, quod Naberus formam Ἀγρίππου prorsus damnavit, quamquam etiam in codice Ambrosiano, quem se plerumque sequi dicit, exstat. nam praeterquam quod permulta huius terminationis exempla nulla codicum discrepantia in posterioribus antiquitatum libris leguntur, occurrit etiam in titulis illius aetatis velut Ἀγρίπου ter CIG. 4594 et Ἀγρί[ππ]ο[υ] ib. 4609, qui duo lapides in Palaestina reperti sunt, porro ib. 5045 et 4593 (anni 289 post Chr.). accedit, quod apud Plutarchum nonnisi haec forma invenitur ut Ἀγρίππου Anton. 66 (IV 406, 21). 87 (424, 11. 21).[1]) formarum autem varietatem (Ἀγρίππα et -ου) nemo mirabitur, qui observarit rem eodem modo apud ceteros scriptores se habere ut apud Polyb. VII 1, 3 habes Ἀννίβα (etiam Plut. Marc. 11 [II 132, 18]), sed saepius Ἀννίβου III 105, 2, al.[2]) quin etiam in eodem titulo alternant formae ut CIA. II 966, 26. 47 Λεωνίδου et Μνασιάδα, ibid. 967, 46 Μνασιάδου. itaque Naberus non recte fecit, quod omnia ad eandem normam redigi iubet nec dubitabimus Niesio Ἀγρίππου retinenti assentiri.[3]) item nec Φερώρου nec Ὀβόδου mutanda esse existimo.

Transeo nunc ad ea nomina, quorum terminationem ας vocalis antecedit. in his quoque codices sibi non constant:

A. IV 151 Ζαμβρία RO Niesius, -ου MSPLExc. Naberus, VII 141 Οὐρία RO editores, Οὐρίου MSPE, ibid. 144 Οὐρία ROMP editores, -ου SE, ib. 146 Οὐρία ROMS^1P editores, -ου S^2E, item ib. 154, ib. 391 Οὐρία ROM editores, -ου SPExc. Suid. VII 360 Ἀδωνία ROMS editores, -ου P, IX 130. 140 Ὀχοζία RO editores, -ίου MSP, ib. 203. 205. 216 Ἀμασία RO Niesius, -ίου MSP Naberus, ib. 224 Ἀζαρία RO Niesius, -ίου MSP Naberus, VIII 347 Ἠλία ROMSE Niesius, Ἠλίου P Naberus, ib. 354 Ἠλία E, -ίου cum libris plenis editores, IX 33 Ἠλία ROM editores, -ου SP, ib. 412 Μιχαία ROMS Niesius, -ου PE Naberus, X 153 Φιδέα cum libris plenis editores, -έου E, ib. 173 Γαδαλίου RO Niesius, Γοδολίου SPLV Naberus, -α E, ib. 175 Γαδαλία RO Niesius, Γοδολία SPV Naberus, -ίου E, A. XII 333 Ζαχαρία P Niesius, -ου LAMWE Naberus, XIII 355 Ἀνανία PE Niesius, -ου FLAMVW Naberus, Vit. 5 Ματθία PAMW editores, -ίου R Amg. his locis libri conspirant:

-ου	-α
	Ἀβία A. VIII 283. 393.
	Ἀδωνία VII 347. 350. VIII 10. 13.
Ἀμασίου A. IX 192. 199.	
Ἀνδρέου XII 24.	
	Ἀχία VIII 209.
Βαναίου VIII 15.	Βαναία VII 357.
Γοργίου XII 310. 312. 351.	

1) sed cf. A. Sickinger, de linguae Latinae apud Plutarchum et reliquiis et vestigiis. diss. Heid. Friburgi Brisgoviae p. 20.

2) cf. Kaelker p. 233.

3) cf. etiam Stahl, quaest. gramm. p. 54^2 et Kuehner-Blass, ausführl. gramm. d. griech. spr. I § 105, 9 p. 386^3.

	Ἑλκία X 153.
Ζαμβρίου IV 150. 152. 153. VIII 307.	
Ζαχαρίου XII 350. B. IV 5, 4 (323, 10).	
Ἡλίου IX 99. 124.	Ἠλία VIII 343. 417. IX 21. 28. 119.
Ἰωσίου X 75. 80. 81.	
	Καλλέα XVII 9.
Λυσανίου XVIII 237.	
Λυσίου XII 367. 381. 387.	
Ματταθίου XII 305.	
	Μιχαία VIII 405. 406. 417.
	Νηρία X 153.
	Ὀζία IX 236.
Ὀνίου XII 43. 160. 163. 237. 238.	
Οὐρίου VIII 76.	Οὐρία VII 153. X 153.
	Σαπφία Vit. 66. 134 (?).
Σαχχίου X 116. 135. 140 (bis). 145. 149. 172. 186. 188.	
Τωβίου XII 160. 239. 240.	
Ὠβεδίου VIII 335.	

quamquam veteres grammatici postulant, ut genetivus talium nominum in ου exeat, tamen editores ambas formas admittunt. Niesius codices, quos optimos putat, sequitur, num vero Naberus rationem quandam observarit, cognosci non potest. hanc autem formarum varietatem tolerandam esse docent inscriptiones illius aetatis: Λυσία CIG. 5427, 6, qui est titulus Acris, in oppido Siciliae, repertus, Οἰνίου ib. 4612, 4 in Palaestina repert., Προσδοκίου ib. 4594, qui item titulus Palaestinensis est, nec minus Polybii exempla Ἀδρίου II 14, 16, sed Ἀδρία III 47, 4.[1])

§ 33. βορρᾶς βορέας, ὀστέων, χρυσοῦς χρύσεος.

A. III 115 βορέαν ROME Niesius, βορὰν SP[1], βορρᾶν P[2] Naberus, VIII 73 βορέαν RO Niesius, βορρὰν MSP, βορρᾶν Naberus, XV 337 βορέαν P Niesius, βορρὰν FLAMVW, βορρᾶν Naberus. praeferam cum Niesio formam solutam, nam etsi contractam habes A. III 294. XVI 145. B. VII 8, 5 (156, 1), tamen solutam in omnibus libris videmus A. VIII 86 βορέαν, porro βορέαν B. I 21, 9 (81, 10). III 3, 5 (231, 14), βορέας B. I 21, 7 (80, 6). III 9, 3 (271, 22), βορέου B. III 7, 7 (243, 23). has formas Dindorfius p. 838 temptare non debebat, nam omnibus temporibus forma cum contracta tum soluta et apud veteres et posteriores in usu fuit velut Thuc. II 96, 4. III 4, 5 βορέαν, ib. III 23, 5 βορέου, Xen. An. V 7, 7 βορέας, Pl. Phaedr. 229 b. Βορέας, ib. c. Βορέου, porro Βορέου CIA. I 321, 29 saec. V a. Chr.[2]) metro firmatur βορέᾳ Aristoph. Av. 1399, apud

1) at vid. Buettner-Wobst, Fleckeiseni annal. 1884 p. 115. cf. etiam Φιλέα CIA. IV b, 373, 121 Meisterhans p. 94[2], Kuehner-Blass l. l.

2) Meisterhans p. 97[2]. de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882 jahresbericht p. 196. 1886 p. 18, Stahl, quaest. gramm. p. 54[2], Riemann, revue de phil. V 162. de Aeliano cf. Schmid III 28.

eundem Ach. 922 βορέαν. accedunt posteriorum exempla ut βορέαϲ Prov. 27, 16[1]), βορέαν Plut. Sert. 17 (III 104, 23), οἱ βορέαι Plut. Sert. 8 (III 95, 20), βορέαν mor. p. 139d. 895b. etiam Aristidem forma soluta usum esse dicit Schmidius II 17.[2])

Dubium mihi esse videtur, num forma soluta ὀϲτέων B. VI 5,3(104,9) tollenda sit, nam etsi A. VIII 242. XVIII 30 ὀϲτῶν habes et ὀϲτᾶ A. V 125. VIII 232. X 66. XII 211. 212. 213 (bis, p. 108, 14 Nies. in codice V ὀϲτέα). XIII 210. XX 95, porro ὀϲτέων Diod. IX 36, 3 in dubium vocatum est, quod apud eundem sexies ὀϲτῶν et septies ὀϲτᾶ in omnibus libris occurrit[3]), denique nunc apud Lucianum necyom. 15 (I 476) formam contractam ὀϲτῶν re vera traditam in codicibus 𝔄C videmus, tamen ὀϲτέων sine dubio Soph. Trach. 769 et Acharn. 1226 metro firmatur, ad quos locos accedunt Eurip. Orest. 404 Kirchh. Suppl. 1107 Kirchh. Plat. Phaedr. 98c. d[4]), tum ex posteriorum scriptis ὀϲτέων Dion. H. A. R. XIII 4 (191, 20), quod defendit Iacobyus, sprache d. Dionys. p. 36, Plut. Dem. 21 (IV 227, 11). moral. p. 150e (ὀϲτέον Plut. Pyrrh. 3 [II 287, 12]), in N. T. Matth. 23, 27. Hebr. 11, 22.[5])

A. III 135 χρυϲοῖϲ M editores, χρυϲέοιϲ ROSPL, similiter ib. 136, ib. 221 ἀργύρεα ROSP, ἀργυρᾶ MLE editores, VI 171 χαλκέαϲ secundum RO scripsit Niesius, χαλκᾶϲ E Naberus, VII 104 χρυϲᾶϲ cum libris plenis editores, χρυϲέαϲ E, VIII 22 χαλκέου RO Niesius, χαλκοῦ MSP Naberus, ib. 89 χρύϲεα cum libris Niesius, χρυϲᾶ cum epitome Naberus, similiter ib. 89 ἀργύρεα et ἀργυρᾶ, ib. 92 (bis) χρυϲᾶ RO(M) editores, χρύϲεα (M)SP, item VIII 96, IX 221 χαλκέουϲ RO Niesius, χαλκοῦϲ MSP Exc. Naberus, X 145 χαλκοῦϲ MSP editores, χαλκέουϲ LV, ib. 206 χρυϲῆν ROMSP editores, χρυϲέαν LVE, ib. χαλκέουϲ ROMSP Niesius, χαλκοῦϲ LVE Naberus, ib. ϲιδηροῦϲ cum libris plenis editores, ϲιδηρέουϲ E, XII 250 χρυϲᾶϲ P editores, χρυϲέαϲ FLAMVW, XIII 242 χρύϲεά τε καὶ ἀργύρεα cum plurimis libris Niesius, χρυϲᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ EExc. Naberus.

in codicibus totidem fere formae solutae leguntur, quot contractae:

χρύϲεοϲ A. III 109. 120. 124. 130. 140. 143. 148. 150 (bis). 160. 164. 165. 171. 172 (bis). 243. 256. VII 108. VIII 89. 91 (ter). 104. 180. X 213. 235. 240. XI 15. 35. 187. 188. XII 78. 81. XIII 45. 102. XVII 151. 197 (bis), alibi.	χρυϲοῦϲ A. III 109. 117. 198. VII 50. 375. VIII 145. 147. 164. 176. 183. 226. 228. 259. 279. IX 139. 223. X 145. 208. XI 15. 35. XII 53. 89. 117. 372. XIII 146. XIV 34. 35. 72. 106. 107. 147. 153. 304. 488. XV 395. XVIII 237. XIX 294. Vit. 296. B. I 33, 2. 3 (125, 2. 14. 19). 9 (129, 7). III 10, 1 (51, 8). V 5, 4 (25, 12). 7 (27, 27), alibi.
χάλκεοϲ A. III 109. 110. 114. 149.	χαλκοῦϲ A. III 109. 112. VIII 77.

1) sed forma contracta exstat βορρᾶν Gen. 13, 14. Num. 2, 25, βορρᾶ Iob. 37, 21. Henoch p. 1091, 25. 37.

2) cf. etiam Kuehner-Blass I § 105, 6 adnot. 3 p. 386[3].

3) Dindorf, praef. p. XXXI = Vogel p. LXIII.

4) cf. Kuehner-Blass I § 113 adn. 3 p. 402[3].

5) Winer § 8, 2 p. 62[7].

IV 58. V 112. VII 108. VIII 77. 88 (bis). 105. 263.	79. 81. 85. 195. XII 372. 417. XIV 153. 188. 191. 197. 266. B. III 6, 5 (ter). VI 5, 3 (102, 31).
λίνεος A. III 128. 153 (bis). 157. 184. XI 187.	λινοῦς A. XX 216. 217. B. V 5, 7 (27, 24).
ἀργύρεος A. III 109. VII 108. VIII 91 (bis). 92. XI 15 (ter). 187. XII 81.	ἀργυροῦς A. II 124. III 117. VII 375. VIII 183. X 145. 206. XII 53.
πορφύρεος A. XI 187.	πορφυροῦς A. VIII 93. X 235. XIII 45.
σιδήρεος A. IV 98. V 208. VIII 409.	σιδηροῦς A. XIV 423. XVIII 237. XIX 294.

Niesius assentiente Paulo Wendland l. l. formas solutas retinet, sed Naberus Dindorfio l. l. p. 828 auctore omnes contrahit, id quod apud Dionysium Hal. fecit Iacobyus[1]), apud Diodorum idem Dindorfius.[2]) Plutarchi (Luc. 37 [II 545, 14]. Sert. 22 [III 110, 26]) et Luciani (adv. ind. 4 [III 102]) et Polyaeni IV 3, 24 (175, 21 Melber) formae solutae adhuc tolerantur. sed omnes librariis, non scriptoribus ipsis debentur. an putas hos Graecae linguae scientia inferiores fuisse scriptoribus librorum sacrorum, quibus unice usitata erat forma contracta?[3]) quae ex veterum scriptis afferebantur exempla[4]) iam pridem correcta sunt.[5]) at exstant formae solutae in inscriptionibus. concedo. sed nihil probare possunt. nam πορφυρέοις CIG. 1012. CIA. III 2, 1376, 5 et πορφυρέην CIG. 8614 (aetatis Christianae) in epigrammatis leguntur. etiam ceterae formae parvi aestimandae sunt, cum profectae sint ab hominibus admodum indoctis velut tituli Sarmatici CIG. 2072, 14. 2073, 13. 2074, 12 Νείκην χρύσεον (sic), ib. 2074, 13 σὺν βάσει ἀργυρέῳ (sic), porro χρύσεον ib. 2067, 17. 2070, 11. 2071, 9, sed ib. vers. 17 χρυσῷ, χρυσέοις ib. 2059, 2, sed ibid. vers. 36 χρυσῷ ut ἀργυρᾶν (Νείκην) ib. 2069, 12. 2078, 12. neque χιτῶνα λίνεον Ditt. syll. 388, 17 (anni 91) quicquam demonstrat, quia Doriensium est.[6]) alia formae solutae exempla, quae huc pertineant, in inscriptionibus haud scio an non inveniantur, plurima vero occurrunt formae contractae.

Has autem formas solutas librariorum sive incuria sive temeritate ex epico sermone illapsas esse in horum scriptorum libros demonstrant eae formae, quae imprimis epicorum ut Homeri, Hesiodi propriae sunt. simul enim cum illis formis solutis irrepsit in Iosephi scripta χαλκείαις A. III 124. 149. huc pertinet etiam B. V

1) sprache des Dionys. p. 36.

2) praef. p. IX = Vogel, praef. p. XXXI. cf. etiam Cobet, var. lect. p. 202². nov. lect. p. 528, de Plutarcho Bernardakis p. LXXXVI, de Luciano Du Mesnil p. 4 et E. Mehler, in Luciani veras historias et somnium observationes criticae. Mnemos. II (1853) p. 67.

3) Timoth. II 2, 20. Hebr. 9, 4. Apoc. 1, 12. 13. 20. 4, 4, passim, Genes. 41, 42. Ex. 3, 22. Num. 4, 11, passim.

4) (Xen.) Ages. encom. V 5, Aeschin. 3, 166.

5) cf. Cob., nov. lect. l. l. Lob. Phryn. p. 207.

6) sed cf. λινέην Ditt. syll. 353, 128. vid. etiam Schmid III 19.

9, 4 (50, 18) cιδήρειοι (cιδήρεοι L). adde variam lectionem A. III 109. 118. 130. 148 (bis). VIII 77. iure omnes mutavit Naberus, iniuria aliquot intactas reliquit Niesius. eadem menda apud Plutarchum (Them. 26 [I 244, 32]. mor. p. 382c) viri docti correxerunt.[1])

§ 34. De secundae declinationis formis cum aliis tum Atticis.

A. XIV 24 ὦ θεέ codd., ὦ θεός ed. princ. librorum scriptura confirmatur vocativo θεέ: Iud. 21, 3(?). Sap. 9, 1. Matth. 27, 46, quamquam saepius in libris sacris quoque θεὸc invenitur: Psalm. 21, 1 Tisch. ὁ θεός μου, Apoc. Petri v. 25 Harn. ὁ θεὸc, δικαία cου ἡ κρίcιc.

A. XV 389 ναὸν P Niesius, νεὼν FLVWE Naberus, XVIII 258 νεὼc codd. editt., ναοὺc Euseb., B. V 4, 1 (16, 22) τὸν νεὼν plurimi codd., ναὸν L. formam ναόc ante saeculum tertium in inscriptionibus occurrere negant viri docti.[2]) iidem affirmant in titulis aetate imperatorum communi dialecto conscriptis formas νεώc et ναόc alternare. apud Polybium forma Attica rarior[3]), apud Plutarchum non minus frequens quam ναόc est.[4]) Iosephus vero formae ναόc magnopere favet velut in A. XI—XX ναόc occurrit quinquies et sexagies, νεώc sexies observavi vel quater, si locos, quos laudavi, exceperis. porro ναόc excepto genetivo pluralis omnes casus habet, etiam nominativum singularis (ναόc A. XI 80) et dativum singularis (ναῷ A. XI 299. XII 249. XIII 282. XIV 219. 222. 480. XV 364. 394. XVI 165. XVIII 261. XIX 305) et accusativum pluralis (ναούc XV 328. XVI 106. XIX 329. 359). contra νεώc in singulari quidem omnes casus habet, in iis nominativum νεώc A. IV 200. 201. XV 339 et dativum τῷ νεῷ A. XVIII 74, sed in plurali solus accusativus exstat: νεώc A. IV 192 (Herodian. I 7, 6). nominativus igitur pluralis est ναοί A. XV 90 et dativus ναοῖc A. XIV 76. 197. XVI 158. me genetivum pluralis legere omnino non memini. a Luciano in nominativo singularis et accusativo pluralis tantum νεώc usurpari affirmat Schmidius I 227. a quo differt Iosephus, quoniam cum hanc tum alteram formam adhibet ut Polybius. idem vir doctus testis est (II 18) Aristidem unum ex Atticistis, qui dicuntur, dativum νεῷ proferre. cum hoc igitur consentit Iosephus, sed idem ναῷ atque hoc quidem saepius usurpat. dativus νεῷ a Polybio quoque abesse videtur.[5])

A. III 270 τὸν νεὼ ROM, νεὼν SPLE editores, IV 313 τὸν νεὼ M, νεὼν ROSPL editores, XIII 243 τὸν νεὼ PFV, νεὼν

1) cf. Bernardakis l. l.
2) Meisterhans p. 100², de Bamberg, zeitschrift für gymnas. 1886. jahresber. p. 23.
3) Eberhard p. 23.
4) Bernardakis l. l. p. LXXIII.
5) Eberhard p. 23. de Aeliano cf. Schmid III 25.

LAMW editores, XV 380 τὸν νεὼ PAM, νεὼν FLVW editores, ib. 389 τὸν νεὼ AM, νεὼν FLVWE Naberus, ναόν P Niesius (vid. supra p. 493), Ap. I 228 τὸν νεὼ L Niesius in editione maiore, νεὼν Dindorfio auctore Niesius in editione minore, ib. I 315 νεὼ L, νεὼν ed. pr. Niesius, B. IV 1, 1 (285, 20) νεὼ PL, νεὼν cum ceteris libris Cardwellus et Bekkerus. accusativum igitur τὸν νεὼ editores repudiaverunt, quamquam in iis ipsis libris exstat, quos uterque eorum meliores putat. forma ipsa satis defenditur titulis inde a quarto saeculo usque ad alterum a Chr.[1]) sed tamen eam Iosepho non vindicaverim, et quia libri sibi non constant, et quod ceteris locis ut A. III 125. IV 203. Ap. I 127. B. IV 3, 7 (302, 2). [V 4, 1 (16, 22) vid. supra p. 493]. VII 1, 1 (120, 4). 5, 6 (137, 30) τὸν νεὼν legimus, et quod apud ceteros communis dialecti scriptores ea forma decurtata nonnisi paucis locis ut Dionys. H. A. R. III 69, 1. VIII 55, 4. 56, 2[2]) in varia lectione invenitur.

Attica forma substantivi λεώς apud Iosephum tam rara est, ut dubitari possit, num re vera profecta sit ab ipso scriptore: ὁ λεὼς A. IV 114, τὸν λεὼν B. III 7, 34 (261, 26 λεὼ L). 10, 10 (284, 1, in PL λεὼ). contra persaepe λαός invenitur velut in decem antiquitatum libris posterioribus ter et vicies. a Plutarcho et Polybio forma λεώς prorsus abest, si Wyttenbachii et Eberhardi (p. 23) silentio fides est, nec minus a libris sacris. quare vereor, ne tres illi loci mutandi sint in λαός et λαόν. huc non pertinet λεωφόρος B. III 6, 2 (239, 7). 7, 3 (241, 25). IV 2, 4 (297, 11). 6, 3 (328, 8). V 2, 2 (7, 15).[3])

Apud Atticos accusativus adiectivorum ἵλεως, ἀξιόχρεως, aliorum in ων exit[4]), apud posteriores interdum in ω. apud Iosephum his locis libri conspirant:

ἵλεων (καί) A. XIX 272. (Pol. XXXII 25, 5, Plut. Artox. 25 [V 130, 18], mor. p. 125c. 464d, Bernardakis p. LXXXI, Lucian. merc. cond. 26 [I 684]. CIG. 4767 ἱκετεύων τὸν θεὸν εἵλ[εω]ν καὶ εὐμεν[ῆ] saec. II post Chr.)	ἵλεω (τόν) A. IV 222. (Plut. Num. 15 [I 139, 1] [v. l. C.]. Tim. prooem. [II 1, 23] [-ων B]; Aem. 17 [II 58, 6] [-ων BM], Philo de sacrific. II 258, 40 Mang. ἵλεω φύσιν.)
ἀξιόχρεων (οἷα) A. XVII 142. (D. H. A. R. II 54, 2. VI 15, 2, Iacoby, spr. d. Dion. p. 37, Polyb. quinquies Eberhard p. 24, Diod. XVI 30, 3.)	(ἀξιόχρεω Polyb. I 30, 5, retin. Hu. et B.-W., temptavit Reiskius.)
πλέων (ἐλαίου) A. XVII 172.	πλέω (καταστῆναι) A. XVII 215.

1) Meisterhans p. 101[2] adnot. 951.
2) Iacoby, sprache d. Dion. p. 36.
3) ceterum cf. de hac voce Kreling, de usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores. pars prima indicem e Polybio et Diodoro haustum continens. Traiecti ad Rhenum. 1886. p. 43.
4) Kuehner-Blass I § 114 adnot. 1 p. 404[3].

ἀνάπλεων (γενέcθαι) A. XIX 87. (Dion. H. A. R. VII 62, 3, Plut. Galb. 1 [V 186, 18]. Thes. 22, 1 [I 19, 1]. Brut. 48 [V 96, 8]. mor. p. 99b, al.) (περίπλεων Plut. Dion. 39 [V 34, 28], mor. p. 161 e.)	ἀνάπλεω (γεγον.) A. XIX 214. (καὶ) XX 2.
	περίπλεω (καὶ) A. VIII 137 codd. (-ων Cocceji). (Plut. Artox. 11 [V 114, 32] var. l., Mar. 21 [II 352, 7].)
(εὔγεων Plut. Syll. 16 [II 437, 24].)	μεcόγεω A. I 120 (-γεών Nies., -γειον L Nab.).
	ἀγήρω (μνήμην) A. VI 345. (μόνον) XI 57. (Plut. Pericl. 13 [I 313, 7], praeterea sexies Bernardakis l. l.)

iis locis, ubi codices discrepant: A. IV 243 ἵλεω ROS¹P, ἵλεων (ante αὐτῷ) ML, X 64 ἵλεω ROM, ἵλεων (αὐτοῖc) SPLVE, XV 191 ἀξιόχρεω PF, -ων LAMVW (ante ἀλλά), vix quisquam, ne hiatus fiat, dubitabit ἵλεων et ἀξιόχρεων ponere. adde B. II 18, 6 (200, 22) ἀξιόχρεω (φυλακὴν) PN, -ων in ceteris libris. etiam A. VII 290, ubi ἵλεω (μέν) in RO²MS, ἵλεων in P leguntur, editores hanc formam scripserunt, sed eodem iure lectionem meliorum codicum ἵλεω praeferas. nam forma in ων exiens etiam ante consonantes occurrit.

A. XIV 70 ἀνάπλεω V, ἀνάπλεα cum plerisque libris editores iure legunt, quod habemus ἀνάπλεα A. XIV 479. XIX 30. 349, similiter ἔμπλεα XIV 459 et κατάπλεα B. I 17, 5 (65, 24). in hac igitur forma Iosephus cum Atticis et Polybio congruit[1]), differt vero a Dionysio, apud quem habes ἀνάπλεω A. VI 26, 2.[2]) a vulgari Atticorum usu discedens Iosephus B. V 4, 4 (21, 23) περίπλεοι, B. II 8, 8 (150, 21) ἀξιοχρέοιc, A. XVII 345 πλέουc scribit, sed in his formis consentit cum ceteris posterioribus.[3]) A. XV 264, in plurimis libris τοὺc ὑπόχρεωc legimus, in epitome vero ὑποχρέουc, editores illam formam praeferunt, quae etiam loco Plut. Luc. 20 (521, 8) πολλοὺc ὑπόχρεωc et accusativo ἀξιόχρεωc, qui quinquies apud Polybium occurrit, commendatur.[4])

§ 35. De tertia declinatione.

Accusativus pluralis vocum in ευc desinentium in inscriptionibus inde ab anno 307 a. Chr. plerumque in ειc contrahitur.[5]) hoc si iam notum fuisset Dindorfio, eum suspicor postulaturum non fuisse,

---

1) cf. Kuehner-Blass § 114 adnot. 3 p. 404³ et Eberhard p. 24.
2) Iacoby, sprache d. Dion. p. 37.
3) de Polybio cf. Eberh. p. 24, de Diodoro Dindorf, praef. ad Diod. I p. XVIII = Vogel p. XLV, de Dionysio Hal. Iacoby l. l.
4) cf. Eberhard p. 24 et Hultsch, Philol. 14, 36.
5) Meisterhans p. 111², de Bamberg, zeitschr. f. gymnas. 1886. jahresber. p. 25.

ut apud Iosephum ut apud Diodorum[1]) omnes accusativi in εαϲ exeuntes mutarentur.[2]) rem contrariam conatur Kaelkerus l. l. p. 235. 300, cum apud Polybium omnes formas in εαϲ exeuntes in ειϲ contrahi iubet. ne hoc quidem verum est. nam etsi in titulis posteriorum temporum accusativus in ειϲ multo saepius legitur, tamen minime desunt formae in έαϲ velut Ditt. syll. 279, 25 βαϲιλέαϲ (in eiusdem tituli versibus 18 βαϲιλεῖϲ et 19 ἱερεῖϲ), quem titulum veri simile est anno 37 post Chr. esse confectum, tum βαϲιλέαϲ CIG. 5127[b], 29, denique Μελιταιέαϲ Viereck XII B 10, cf. ib. 59. quare Buettnero-Wobstio[3]) formarum varietatem apud Polybium admittenti assentiri non dubito, quae pari modo apud Dionysium Halic.[4]) et Plutarchum[5]) et Polyaenum[6]) invenitur, quaeque Iosepho iure ab editoribus conceditur:

βαϲιλεῖϲ A. I 191. V 73. VII 289. 367. XI 27. XII 414. XIII 165. 249. 263. XIV 147. XV 17. 63. XVI 131. XVII 315. XIX 291. XX 261.	βαϲιλέαϲ A. V 61. 62. 229. VI 36. 51. 349. VIII 363. 380. 385. IX 243. XI 144. XVI 133. XVII 29. XIX 341. XX 87. Vit. 180. 181. Ap. I 25. II 131. B. I 23, 5 (88, 15).
ἱερεῖϲ A. II 285. III 278. VII 293. 365. VIII 87. 228. 265. 318. 395. IX 12. 135. 136. 289. X 65. XIII 63. 73. 124. XIV 199. XVIII 22. XX 180. Vit. 13. 16. B. II 17, 4 (191, 17).	ἱερέαϲ A. II 242. III 197. 198. 219. IV 72. 305. V 69. IX 161. Ap. I 270.
ἀρχιερεῖϲ A. VII 200. XIV 199. XV 17. XX 6. 181. 247. Vit. 193. B. II 15, 3 (176, 19). 4 (177, 7)	ἀρχιερέαϲ A. VII 222. 260.
ψευδιερεῖϲ A. VIII 232. IX 133.	
	ἀμφορέαϲ A. V 223. 225. XII 81.
γονεῖϲ A. I 291. IV 136. 260. V 137. 286. 287. VI 248 (bis). VIII 354.	γονέαϲ Ap. II 213.
δρομεῖϲ A. VI 40.	
ἱππεῖϲ A. VI 40. IX 130. 174. XII 298. 313. 426. XIII 92. XIV 83. 342. XX 86. Vit. 115. 157. 182. 213. 396. 397. B. I 1, 5 (11, 3). 8, 2 (32, 14). 16, 5 (61, 18). II 3, 4 (137, 19). 13, 4 (168, 1). 18, 11 (205, 2). III 4, 2 (233, 9. 13. 14).	ἱππέαϲ A. V 199. XV 168. XVIII 354. B. III 4, 2 (233, 16).
ϲκαπανεῖϲ A. VI 40.	
ϲυγγραφεῖϲ A. XIV 3.	
τροφεῖϲ A. IX 127.	
φονεῖϲ A. X 48. B. I 17, 4 (64, 17).	
	φρουρέαϲ A. XI 295 (sic cum PO Niesius, φρουραίουϲ Grotio suadente Naberus).

1) praef. p. XII = Vogel p. XXXV.
2) Fleckeis. ann. 1869 p. 821. apud unum Arrianum nonnisi formam solutam legi testatur Boehnerus, de Arriani dicendi genere p. 16.
3) praef. I p. LXXV et Fleckeis. ann. 1884 p. 121.
4) Iacoby, sprache d. Dion. p. 35. de Aeliano cf. Schmid III 22.
5) Bernardakis p. LXXXVIII. 6) Malina p. 12.

Ἀλεξανδρεῖς A. XIX 281. 284.
Ἀντιοχεῖς A. XIII 111. 113. 114. 115. 138. 141.
Γαδαρεῖς Vit. 82.
Καισαρεῖς A. XX 176.
Σαμαρεῖς A. IX 61. XIII 276. 277. XX 122. 127. 129.
Τιβεριεῖς Vit. 82. 305. 319. 327. 345. 382. 384. 385. 392.

aliquotiens libri fluctuant ut A. XIX 299 ἀρχιερέας MWE, -εῖς A, sed ratione inversa ἀρχιερέας A, -εῖς MWE XX 231. utrobique consentaneum est Niesium codicem A secutum esse, Naberus vero alterius familiae lectionem probat. similiter A. VII 363 ἱερεῖς RMSP, -έας OE, item VI 268, B. II 9, 4 (49, 32) ἀμφορέας P, cum ceteris libris ἀμφορεῖς editores. in accusativo βασιλεῖς varia lectio exstat: A. V 58. VIII 157. 182. IX 32. 38. X 208. 265. XII 155. 208. 246. XIII 83. B. II 6, 2 (143, 5), sed plerumque accusativus βασιλέας in plurimis eisque optimis libris exhibetur.

Sed in eo editores rursus discedunt, quod Niesius βόας[1]), similia admittit, Naberus repudiat ut Dindorfius (l. l. p. XXIV) Diodori, Iacobyus (l. l. p. 35) Dionysii, Bernardakis (p. LXXV) Plutarchi formas mutavit. nec tamen Naberus sibi constat, quod χόας intactum reliquit. primum videamus, quas formas codices praebeant:

βόας A. II 81. III 220. 222. 238. IV 163. VI 11. 15. VII 331. VIII 40 (bis). 354. XVII 347. (Dion. Hal. I 39, 2. 3 [bis]. 4. X 50. Plut. mor. 495ᵃ. Lucian. somn. 2. Polyaen. VI 52).	βοῦς A. II 84. III 226. IX 270 (bis). X 71. 72. B. II 7, 3 (146, 7). (apud Plutarchum octies, Diod. III 37, 9, alibi, Dion. Hal. A. R. I 39, 1.)
χόας A. III 197. 234. VIII 85.	
βότρυας A. XV 395. (Diod. III 63, 3).	βότρυς A. XII 68. (Diod. IV 35, 4. Plut. mor. p. 472 f.)
στάχυας A. II 83 (bis). IV 233.	στάχυς B. II 7, 3 (146, 2. 7). (Diod. I 14, 2. Vogel l. l. p. LIV.)
ἀστάχυας A. XVII 347.	
μύας A. VI 10. 15.	(μῦς Plut. quinquies, Reg. I 6, 11.)
σύας A. XII 253 init. (Polyaen. IV 6, 3).	σῦς A. XII 253 extrem. B. I 1, 2 (9, 30). ὗς A. XIII 243. (Pol. XII 4, 5. 8. XXXIV 8, 2. Dion. Hal. A. R. III 70, 2.)
πήχεας A. III 122.	πήχεις A. VIII 64. 77. XV 392.

paucis locis libri dissentiunt: A. II 64 βότρυας SL, -τρυς ROMPE, XII 68 στάχυας PLAW, -υς FV, XV 422 βοῦς PLAMWE, βόας FV, XVII 345 ἀστάχυας PAE, -υς MW. quoniam formae solutae praevalent, mutare dubitamus, praesertim cum non solum apud Lucianum et Diodorum (ed. Vogel) et LXX interpretes (Reg. I 6, 7) tolerentur, sed etiam apud Arrianum solas in usu esse (ἰχθύας

1) cf. etiam Arnold, philol. anzeiger 17 (1887) p. 277.

octies) testis sit Boehnerus.[1]) iis autem locis, ubi codices discrepant, res horum auctoritate diiudicanda est.

Formam contractam πηχῶν damnat Phrynichus ed. Lobeck p. 245 (δεινῶς ἀνάττικον), quocum concinunt inscriptiones.[2]) sed non sine causa apud posteriores admittitur ut in libris sacris V. et N. T.[3]) et apud Diodorum.[4]) quare Naberus Dindorfio (p. 831) auctore illam formam temptare non debebat, praesertim cum conspirantibus libris saepius πηχῶν quam πήχεων legatur. illud habes A. I 77. III 139. 181. IV 98. V 126. VIII 64. 65. 72 (bis). 74. 77. 79. 133. 134. XI 13. 99. XII 64. XV 391. Ap. II 119. B. VII 8, 5 (155 3), contra hoc A. III 111. 120. VIII 77. in sola epitome forma soluta πήχεων A. VIII 64. 71 (bis). 85. 88. XX 221 exstat. porro libri dissentiunt: A. III 108. 113. 125. 130, VI 171. VIII 81. 90. IX 219. X 213. XI 266. his quoque locis plerumque optimi libri formae contractae favent.

A. I 130 ὀρῶν cum libris editores, ὀρέων Eustathius, IX 98 ὀρῶν secundum libros plenos editores, ὀρέων E, B. I 15, 6 (58, 26) ὀρῶν M, ὀρέων cum plurimis libris Cardwellus et Bekkerus, similiter IV 8, 2 (336, 22) ὀρῶν L, ὀρέων ex ceteris codicibus editores. nemo priorem scripturam recipere dubitabit, qui sescenties apud Iosephum formam ὀρῶν observarit ut A. I 109. 122. 324. II 265. III 76. 309. IV 85. 112. VI 171. VIII 279. IX 98. XI 310. XIII 227. XIV 409. 456. XVIII 85. Ap. I 130. B. I 17, 4 (64, 25). III 3, 3 (230, 24). 7, 8 (244, 4). forma soluta ex LXX virorum libris illata esse videtur a librariis[5]) ut fortasse apud Plutarchum Cam. 34 (I 288, 13). etiam ibi Sintenis ὀρῶν correxit, quoniam hoc apud eundem scriptorem duodecies legitur.[6]) nihil refert, quod Ditt. syll. 226, 18 = Viereck XI 18 (cf. ib. p. 59) ὀρέων in titulo legitur atque etiamnunc Xen. Anab. I 2, 21[7]) admittitur nec Aristophani (Nub. 279 in versu lyrico) adimi potest.

A. IX 17 νηῶν omnes libri exhibent, νεῶν editores ponunt, XVI 17 νεῶν PE editores, νηῶν AMW. B. II 20, 1 (211, 15) νηὸς P, νεὼς cum ceteris codicibus editores, III 7, 19 (249, 20) νηὸς Cardwellus et Bekkerus tolerant. hae formae ionicae librariis debentur, qui apud Polybium XVI 15, 2 (νηός) idem peccaverunt.[8]) cf. (τῆς) νεώς B. II 16, 4 (182, 29). III 7, 15 (247, 25). VII 2, 1 (122, 26), νεῶν A. IX 286. XVI 52. B. III 9, 3 (271, 27). IV 8, 4

1) de Arriani dicendi genere l. l. p. 16. de Aeliano Schmid III. 22.
2) Meisterhans 108² adn. 996.
3) Reg. III 7, 2. 39. Io. 21, 8 in codice Sinaitico. Apoc. 21, 17. cf. Henoch l. l. p. 1081, 28.
4) Dindorf, praef. p. XXXIII.
5) Gen. 8, 5. Lev. 19, 26. Num. 23, 9. Ies. 13, 4. 52, 7. Ez. 11, 10; adde Henoch l. l. p. 1087, 18. 1091, 10. 34. 1092, 1. Apocal. 6, 15.
6) cf. Bernardakis p. LXXVI.
7) ab Hugio. cf. Kuehner-Blass I § 123 adn. 5 p. 432³.
8) Eberhard p. 26, Kaelker p. 236.

(339, 21). etiam Philonem mechan. synt. p. 98, 32 ed. Schoene νεῶν pro νηῶν cum Dielsio legendum esse putem, quamquam in omnibus codicibus legitur. idem valet in Polyaen. III 11, 14 et Heron. Alex. p. 272, 50.

Porro ferendus non est accusativus νέας Vit. 165 (in editione minore Niesius ante νέας lacunam indicavit), quem refutant (τὰς) ναῦς A. VIII 163. IX 17. 285. X 279. B. III 9, 2 (271, 14). 10, 1 (276, 25). apud Polyaenum IV 7, 6 Melberus hanc formam (νέας) tolerare non debebat: νῆας ib. 6, 8 nunc correctum est. sed hic accusativus (νῆας) apud Polybium etiamnunc toleratur[1]) ut Arrian. II 20, 1. V 6, 5.[2]) ceterum hoc, quem tractamus, loco magis lectio MW placet: καταπλαγέντες ὡς ἐπιβατῶν πλήρεις εἶεν αἱ νῆες 'perterriti, cum putarent naves militum plenas esse'. quare Nabero hos codices secuto assentimur.

B. II 16, 4 (184, 7) (αἱ) ναῦς P, νῆες ex ceteris libris Cardwellus et Bekkerus ediderunt. ut Polybio nominativum αἱ ναῦς pro νῆες vindicat Hultschius (Pol. V 35, 11, quamquam est νῆες in codice Bavarico), Polemoni Schmidius I 48, ita Flavio A. VIII 181 Paulus Wendland.[3]) sed tamen ambo editores (Niesius in editione minore) eam in νῆες mutarunt, quod habes A. XIV 375. B. VII 5, 5 (137, 12). idem mendum in Diodori libris saepius obvium ut XI 19, 3[4]) sustulit Dindorfius, sed etiamnunc iniuria Arr. Anab. IV 30, 7 toleratur.[5])

Forma ionica est ἠοῦς A. VIII 414, si re vera ab Iosepho profecta est, sed vereor, ne ut Diod. I 32, 5 τὴν ἠῶ[6]) corrigenda sit, quia omnibus ceteris locis ἕως legimus velut ἄχρι τῆς ἕω A. VI 215, ἅμα ἕῳ ib. VI 40. IX 54, ὑπὸ τὴν ἕω A. XVIII 211. B. I 17, 4 (64, 24). III 7, 24 (253, 20). 9, 3 (271, 25). V 2, 1 (7, 2). 13, 2 (64, 32).[7]) Polybium constanter forma ἠώς usurpare testatur Kreling l. l. p. 32.

§ 36. De substantivis, quae dicuntur heteroclita et abundantia.

A. XI 346 σαββάτοις PAVW editores, σάββασι FL, XIII 252 σαββάτοις PAMW editores, σάββασι FLV. apud LXX interpretes dativus

1) Eberhard p. 26, Kaelker p. 235 sq., Hultschius, quaest. Polyb. I 15 et Buettnerus-Wobstius, praef. p. LXXVI, idem Fleckeis. annal. 129 (1884) p. 121.

2) Newie p. 9. Boehner p. 16.

3) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 558.

4) Dindorf, praef. p. XXIX = Vogel p. LXI.

5) cf. Newie, über den sprachgebrauch Arrians bes. in der Anabasis p. 9. Boehner l. l. p. 16. de Aeliano cf. Schmid III 29.

6) Vogel, praef. p. LII.

7) cf. Polyaen. IV 6, 8 (191, 14) ἕω, sed CIG. 1755 ἀπὸ μὲν ἠοῦς tit. Opunt. vid. etiam Kuehner-Blass I § 129, 1 adn. 2 p. 455[3]

pluralis vocis ϲάββατον sive ϲάββατα est cum ϲάββαϲι tum ϲαββάτοιϲ (Paralip. I 23, 31. II 2, 4. 8, 13. Ezech. 46, 3), in N. T. tantum ϲάββαϲι Matth. 12, 1. Marc. 1, 21. 2, 23. 3, 2. 4. Luc. 4, 31, al. utraque forma apud Iosephum legitur velut ϲαββάτοιϲ: A. III 294. XII 4. 276. 277. B. I 7, 3 (29, 14), al., sed ϲάββαϲι A. XIII 337. XVI 163. 168. Vit. 279, quae forma a stirpe ϲάββατ (שַׁבָּת) nusquam obvia derivanda esse videtur. ceterum teste Bleekio[1]) τὰ ϲάββατα, plurale tantum, ad dialectum Aramaicam referendum est. cur I. B. Carpzovius[2]) apud Iosephum numerum singularem requirat, non intellego.

Pluralis πρεϲβευταὶ pro πρέϲβειϲ occurrit nonnisi ab extremo saeculo tertio in inscriptionibus[3]), nam quae apud veteres exstabant exempla, aut correcta sunt ut Thucyd. 8, 77, 1. 86, 1 aut in suspicionem vocantur ut Dem. 18, 77. 166 in decretis spuriis. sed etiamnunc toleratur Din. 1, 20.[4]) posteriores ut Polybium testis est Eberhardius p. 24 in nominativo formam breviorem, in genetivo et dativo longiorem praetulisse, aut, ut ait Viereckius p. 73, in plurali semper formam longiorem usurpabant, id quod etiam ad eius aetatis titulorum usum pertinet. ab utrisque differt Iosephus, nam ambae formae alternant, sed ita, ut πρέϲβειϲ multo saepius usurpetur. exempla habes haec:

οἱ πρεϲβευταί A. XIV 146. 307. XVI 369. XVIII 257. XIX 234. B. I 27, 3 (104, 9).	οἱ πρέϲβειϲ A. V 167. VIII 365. 372. X 11. XIV 30. 34. 37. 233. XVII 146. 300. 301. XIX 247. XX 8. Vit. 310. B. I 6, 3 (26, 11). 27, 2 (103, 20). II 6, 1 (141, 15). IV 11, 5 (359, 11). (Polyb. III 11, 2, Dion. Hal. A. R. IV 60, 1.)
	οἱ ϲυμπρέϲβειϲ Vit. 63. 256.
τῶν πρεϲβευτῶν A. V 166. XIV 251. 314. XIX 291. B. II 6, 1 (141, 22). (Pol. V 67, 3, Dion. H. A. R. III 37, 3. IX 60, 4. Plut. Crass. 9 [III 49, 30].)	τῶν πρέϲβεων A. IV 104. VII 263. IX 253. 265. X 2. XIII 329. XIV 213. XVI 339. XVII 182. XVIII 257. Vit. 57. B. I 12, 6 (48, 1). 19, 4 (73, 24). 33, 7 (127, 7). (Pol. V 67, 1. Plut. Aem. 28 (67, 30.)
	ϲυμπρέϲβεων Vit. 70. 216.
τοῖϲ πρεϲβευταῖϲ A. VIII 370. X 2. XIII 164. 246. XIV 198. 210. B. II 17, 4 (191, 32). (Plut. Pomp. 53 [III 244, 5].)	τοῖϲ πρέϲβεϲι A. IV 107 (bis). VIII 366. XVII 302. 304. Vit. 57. 200. 297 (bis). 298.
τοὺϲ πρεϲβευτὰϲ A. V 104. VII 120. VIII 365. X 31. XI 187. XII 416.	τοὺϲ πρέϲβειϲ A. IV 76. 105. 106. V 51. 263. VI 71. VII 119. 262. VIII

---

1) Bleek-Mangold, einleitung in das Neue Test. p. 87[4]. cf. etiam Winer § 8, 2 adnot. p. 62[7].
2) lectionum Flavianarum stricturae. Helmstadii 1748. 4°.
3) Meisterhans p. 112[2].
4) cf. Kuehner-Blass § 138 Bb p. 504[3].

XIII 133. 145. 147. 163. 170. XIV 197. 327. 346.
(Pol. II 19, 9, Plut. Marc. 27 [II 152, 8], Syll. 3 [II 419, 20], Pomp. 25 [III 213, 17], passim.)

304. 371. IX 265. 289. X 30. XIII 37. 223. 263. 266. 267. 333. 419. XIV 155. 217. 248. 254. XV 124. 136. 137. 156. 407. XVII 145. XX 7. 8. 10. 12. Vit. 270. 311. Ap. I 241. B. I 12, 6 (48, 4). 19, 4 (73, 15). II 17, 4 (191, 24). IV 3, 14 (309, 25). 4, 3 (314, 8), alibi.
(Dion. H. A. R. IV 59, 3. Plut. Arat. 39[172, 13]. Herodian. I 11, 3.)
τοὺϲ ϲυμπρέϲβειϲ Vit. 62. 73. 77.

A. II 119 τοὺϲ υἱεῖϲ O, υἱοὺϲ RMSP editores, V 88 υἱέων RO editores, υἱῶν MSPL, ib. 356 οἱ υἱεῖϲ ROML editores, υἱοὶ SPE, XIII 407 υἱεῖϲ L, υἱοὺϲ ceteri libri, XIV 79 υἱεῖϲ cum plerisque libris editores, υἱοὶ E, XV 362 τοὺϲ υἱεῖϲ P Niesius, υἱοὺϲ FLAMVW Naberus, XVIII 194 υἱεῖ AMW editores, υἱῷ E, B. I 2, 8 (15, 9) υἱοῖϲ LNT, υἱέϲι ceteri libri, ib. 8, 9 (36, 5) υἱοὶ L, υἱεῖϲ cum ceteris libris editores, ib. 27, 2 (103, 25) υἵουϲ (sic) P, υἱεῖϲ ceteri libri. videamus, quam rationem Iosephus secutus sit.

υἱέοϲ A. XVII 145 (PA, υἱέωϲ ME). 187. XVIII 39 (A, υἱέωϲ MWE). 96 (υἱέωϲ Exc.). 133 (AMW, υἱέωϲ E). 146 (AMW, υἱέωϲ E).
υἱεῖ A. XVII 247. XVIII 211. 218. XIX 209.
(Plut. mor. p. 294 d.)

υἱεῖϲ nomin. A. V 347. 354. XVII 198. XVIII 92. 139. B. I 1, 3 (10, 9). 7, 7 (31, 26). 22, 2 (84, 10). 28, 1 (106, 3). 33, 9 (129, 8).
υἱέων A. XVII 13. 67. 107.
(Plut. mor. p. 17 a. 403 b. 583 c.)

υἱέϲι A. IV 18. XIII 433. XVII 147. 154. 321. 322.
(Plut. Per. 15 [I 316, 25]. Aem. 28 [II 68, 21].)

υἱεῖϲ accus. A. XIII 227. XVII 192. B. I 2, 2 (12, 31). 7 (14, 30). 23, 4 (87, 27). 5 (88, 6). 27, 1 (103, 3). 3 (104, 17). 6 (105, 23).

υἱοῦ A. I 345. VII 212. IX 228. XIV 226. XV 72. XVI 375.
(Plut. F. Max. 24 [I 369, 13]. Eumen. 18 [III 139, 28], alibi.)
υἱῷ A. VI 309. VII 189. 205. 244. VIII 362. XVII 288. Ap. I 135.
(Plut. Sol. 22 [I 177, 16]. Lys. 26 [II 411, 25], alibi.)
υἱόν. hic accusativus saepissime occurrit, quare exempla congerere supersedeo praeter haec: A. I 206. XII 354.
υἱοί A. I 122 (bis). 147. 289. II 178. 180. VI 130. VIII 43. 250. XII 266. B. I 28, 1 (106, 6).
(Plut. Aem. 35 [II 74, 31], al.)
υἱῶν A. I 126. 133. 143. 307. II 9. 115. 174. 194. 257. III 169. 209. IV 58. 289. V 333. VI 35. 157. 261. VII 46. VIII 46. 228. IX 43. XII 191. XIV 273. XVII 146. B. I 2, 8 (15, 25). 23, 1 (86, 17). 5 (89, 15). 27, 1 (103, 9).
(Plut. Per. 36 [I 336, 28].)
υἱοῖϲ A. I 282. 310. II 112. 176. V 240. 319. 340. VI 32. 175. 234. VIII 243. XII 328. XIII 296. B. I 11, 2 (43, 12). 23, 1 (86, 20). 5 (88, 10. 31). V 13, 1 (64, 1).
(Plut. moral. p. 480 b. d. Dion. Hal. A. R. VI 26, 6.)
υἱούϲ A. I 341. II 95. 178. V 350. VI 161. VII 8. 115. 177. 223. 350. 352. VIII 242. 285. 374. IX 102. X 140. XI 79. XII 328. XIII 205.

(de Plutarcho cf. Bernardakis p. LXXIII.)

276. 285. 299. XIV 163. XVI 133. 242. XX 71. 104. B. I 26, 4 (102, 4). 32, 2 (120, 3).

primum vides accusativum υἱέα, quem occurrere apud Dionem Chrysostomum affirmat Schmidius I 86, ab Iosepho prorsus abesse nec minus deesse υἱέας ut deest in titulis et apud poetas Atticos.[1]) tum in accusativo pluralis forma υἱούς longe praefertur. ut Dindorfius[2]) apud Diod. XII 12, 4 υἱεῖς sustulit, ita apud Iosephum Naberus A. XIII 227 accusativum υἱεῖς mutavit, quamquam idem A. XVII 192 eundem accusativum retinuit. sed virum doctum iniuria mutasse docent permulta belli Iudaici exempla et Polyb. X 26, 4. etiam apud Arist. Vesp. 569 τοὺς υἱεῖς occurrit.[3]) sed A. IV 260 Niesius lectionem codicis L υἱάσιν (ὑᾶσιν R) admittere non debebat (υἱάσι Soph. Ant. 571 Di. corr.), immo iure Naberus ex libris SPE υἱέσι recepit. ceterum non obliviscendum est plurima tertiae declinationis exempla in tribus illis antiquitatum libris postremis legi (vid. supra p. 366).

§ 37. De adiectivis.

A. XVI 46 τὴν δύσνοιαν ἀργὸν commendante Dindorfio legit Naberus, ubi codices ἄνεργον (P Niesius) sive ἄεργον (A M W) exhibent. sed praeterquam quod non ita certum est, num omnino coniectura opus sit, illa forma Iosephi usui dicendi non respondet. refert enim adiectivum ἀργός ad omnia tria genera: B. II 10, 2 (157, 24) τὴν ἀργὴν ψάμμον, ib. II 19, 2 (205, 26) ἀργῆς ἑβδομάδος, ib. IV 2, 3 (296, 8) ἀργὴ — ἡ τῆς ἑβδομάδος περίοδος, A. XII 378 ἀργὴν τὴν χώραν, ut Philo de septen. II 287, 21. 41 Mangey ἀργὴν τὴν χώραν et plerumque Plut. (Arist. 16 [II 180, 16], Ages. 5 [III 146, 29] χάριν ἀργήν), hac in re discedens a veterum usu.[4]) apud Plutarchum quoque ἀργός, όν habes: G. Marc. 6 (I 423, 15) μόνης ἀργοῦ (γαστρός).[5])

Rem contrariam videmus B. V 10, 3 (52, 3): δακρύων ἄξιος ἡ θέα, formam masculinam hiatus vitandi causa pro feminina positam. si quis hoc loco quicquam mutare volet, conferat Polybii IX 41, 2 παραπλήσιος ἡ πρόσοψις, ibid. XVIII 54, 2 παραπλήσιος ἡ κατηγορία, tum Plutarchi mor. p. 783 d πολιτεία — νόμιμος ἀνδρός (ib. 719 b βασιλείᾳ νομίμῃ), Mar. 25 (II 356, 13) ἴδιος ἡ νίκη, alia (cf. Bernardakis p. LXVI), denique Luciani somn. 3 (I 5) ἐπιτήδειος ἐδόκει ἡμέρα, ubi sine ulla causa Iacobitzius ἐπιτηδεία scripserat, sed nunc Sommerbrodtius veram lectionem restituit.

1) de Bamberg, zeitschr. f. gymnas. 1882. 1886. jahresber. p. 201. 31 adnot. de Aeliano cf. Schmid III 27.
2) praef. p. XXXVI = Vogel, praef. p. LXXII.
3) Kuehner-Blass I p. 508[3].
4) Arist. Nub. 53. cf. Ditt. syll. 180, 8 ἀργὸς γῆ.
5) cf. etiam Lob. Phryn. p. 104.

Quamquam forma cῶοc apud Atticos obvia iterum ac saepius a viris doctis ut a Cobeto[1]) in suspicionem vocata est, tamen ex inscriptionibus hodie intellegitur eam Atticis tribui debere.[2]) nec apud Iosephum hanc formam Dindorfius p. 847 temptare debebat[3]): cῶοc A. V 263 (vid. infra)[4]), cῶον A. II 117. V 37[5]), cώουc A. II 119[6]), cῶα A. XIII 56. femininum cώαν, quod apud Aristidem occurrere dicitur, me apud Iosephum legere non memini. paucis locis libri fluctuant velut A. XVIII 162 cῶν in AW, quod editores receperunt, cῶον E et in margine codicis A. VI 346 cώουc MSPExc., cῶc ex lectione RO codicum elicuerunt editores, nam ἴcωc dittographia litterae ι (καὶ ἴcωc) ortum est, A. VII 215 cώουc RMSP Naberus, ζώουc OE Niesius (τοὺc cὺν αὐτῷ ζωοὺc ἀνάξειν). Arnoldius l. l. Xenoph. Hell. I 2, 5 (ζωὸν ἔλαβε) comparat, ut lectionem a Niesio receptam defendat, praestabat A. XVIII 115 ζωὸν ἀναγαγεῖν[7]) (vel A. IX 191. 278. XX 122. 171. 177 ζῶντας ἔλαβεν) afferre, sed Rufini versio exhibet 'incolumes', quod mihi aptius cum verborum contextu cohaerere videtur. tum etiam alibi librarii in hoc adiectivo peccarunt velut A. V 263, ubi in MLSP pro cῶοc exhibetur ζωόc (ἂν cῶοc εἰc τὰ οἰκεῖα ὑποcτρέψῃ). ut hoc (ζωόc) refellitur aliquot locis velut A. VI 346 cῶc ὑποcτρέψονταc (ὑποcτρ. Bekk., ἐπι- codd.) vel A. XVIII 162 cῶν ἐπανήκειν vel Lucian. l. l. cώουc ἐπανήξειν, ita locus, de quo agitur, verbis, quae leguntur A. II 117 cῶον ἐπανάξοντοc. cf. ib. 119 εἰ κομιεῖται cώουc.

A. XVII 317, ubi PM ἡμίcεωc exhibent, sed AWE ἡμίcεοc, Niesius illam lectionem (iniuria) recepit, quamquam XIII 49 epitomes testimonium item ἡμίcεωc tradentis repudiavit nec veritus est ὀξέωc[8]), etiamsi in codice P legebatur, in ὀξέοc mutare ut A. XVII 23. 256. 344.[9]) immo vereor, ne non solum haec forma (ἡμίcεωc), sed etiam altera (ἡμίcεοc) reicienda sit, nam ἡμίcουc ut Plutarcho (Mar. 34 [II 366, 1]), Dionysio Hal. A. R. IV 17, 2. 18, 2, Philoni Alexandrino de opific. mundi 4, 2 ed. Cohn, N. T. Marc. 6, 23 nec non V. T. Exod. 27, 5 et Apocalyp. Petri v. 27 Harn., ita Iosepho usitatissimum est velut A. II 301. III 116. 127. 139. VII 57. VIII 83. XII 64 (bis). quare etiam illic fortasse ἡμίcουc scribendum erit.

---

1) nov. lect. p. 436. 497.
2) Meisterhans p. 117², Kuehner-Blass I p. 542³.
3) cf. etiam Arnold, philol. Anzeiger 17 (1887) p. 277.
4) Polyaen. V 2, 4. Malina p. 11.
5) Polyaen. II 33 (106, 20). 35 (108, 2). V 15 (252, 24). acc. cῶν ap. Aelian. (Schmid III 29).
6) Lucian. laps. in salut. 8 (I 734), de Aristide cf. Schmid II 19.
7) hic ζωὸν verum est, quod opponuntur significationes: aut mortuus aut vivus.
8) ὀξέωc satis saepe in libris: A. XVII 312. XVIII 58. 107. 170. 236. 277. 294. 299. 309. XIX 46. 107. 197. 274. codicum consensu ὀξέοc nonnisi A. XVIII 171. 173 traditur in his quattuor libris postremis.
9) cf. Lob. Phryn p. 247, sed contra Kuehner-Blass I p. 443³.

Neutrum pluralis apud veteres erat ἡμίσεα[1]), nam Dem. 27, 62, ubi etiam in S ἡμίση legitur, nunc ἡμίσεα correctum est. toleratur ἡμίση etiamnunc apud Hyperidem c. Demosth. col. X vers. 27, sed hoc quoque a Riemanno in dubium vocatur.[2]) posterioribus vero haec forma adimi non potest, praesertim cum ἡμίση etiam in titulo saeculi alterius a. Chr.[3]) inveniatur. quare ut Plut. Alc. 4 (I 379, 29). Polyaen. VI 15. 16, 5, ita apud Iosephum A. VII 119 (bis). 271. XI 241 ἡμίση mutandum non esse censeo.

A. XV 53 ἀδεῆ secundum plerosque libros Niesius, ἀδεᾶ ex E Naberus edidit. Niesio favere videtur ἀδεῆ XVII 66, quod omnes codices exhibent; similiter libri B. IV 3, 10 (303, 21) formam εὐκλεῆ tradentes consentiunt. A. XVII 66 quoque Naberus temptavit, quo iure, videbit, quisquis contulerit ἀδεᾶ A. XIV 444. B. VII 3, 3 (125, 17), ἐνδεᾶ A. XVII 175, εὐκλεᾶ B. IV 4, 3 (313, 23). apud Plutarchum quoque formae in ᾶ exeuntes longe praevalent ut ἀδεᾶ mor. p. 33d, ἐνδεᾶ Thes. Rom. 6 (I 76, 17). Sol. 27 (I 183, 21). Cat. 35 (IV 69, 14). mor. p. 195c, εὐκλεᾶ Lys. 15 (II 398, 22). Anton. 75 (IV 414, 32), mor. p. 70a. quare apud eundem ἐνδεῆ Luc. 20 (II 520, 14) et ἀκλεῆ Crass. 14 (II 55, 31). 25 (71, 7). Cic. 2 (IV 239, 29) suspecta videntur ut apud Diodorum ἐνδεῆ I 45, 2 ex loco X 31, 1, similiter καταδεῆ XVII 91, 5 a Dindorfio correcta sunt.[4]) sed tamen dubito Nabero assentiri, quod fieri potuisse puto, ut apud Iosephum talis forma ex sermone vulgari se insinuaret. nam in inscriptionibus, quas collegit Philippus Le Bas[5]), formam εὐκλεῆ deprehendi. sed quoquo modo haec res se habet, sive probabis sive repudiabis, in ea re te mecum facturum spero, quod Naberus Dindorfio p. 831 auctore A. VII 381. VIII 23 ὑγιᾶ pro ὑγιῆ reponens laudandus non est. (A. VI 9 ὑγιῆ est in codicibus, sed ab Hudsono αὐτῇ correctum est.) nam praeterquam quod haec forma iam apud veteres in ιῆ non minus exit quam in ιᾶ, non solum apud scriptores[6]), sed etiam in titulis (CIA. II 61 ὑγιᾶ et ὑγιῆ)[7]), etiam apud alios posteriores[8]) exempla in ιῆ exeuntia habes ut ὑγιῆ Lev. 13, 15. Io. 5, 11. 15. Tit. 2, 8, ad quae accedunt permulta in υῆ desinentia apud Diodorum ut ὑπερφυῆ IV 22, 3. 34, 2 et εὐφυῆ Polyb. I 8, 3. 78, 2, προσφυῆ Aristot. περὶ τὰ ζῶα ἱστορ. δ 4 p. 528ᵃ, 33.

---

1) Meisterhans p. 118², Kuehner-Blass I p. 443³.
2) de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1882. 1886. jahresb. p. 202. 34.
3) Meisterhans l. l.
4) Dindorf, praef. p. XII = Vogel p. XXXIV.
5) voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure II 5, no. 1620.
6) Plat. Gorg. 478c Schanzius temptavit, at cf. Kuehner-Blass I p. 433³ adn. 8.
7) cf. Meisterhans p. 118². de Bamberg, zeitschr. f. gymn. 1886. jahresber. p. 31.
8) de Aeliano cf. Schmid III 21.

§ 38. De adiectivorum comparatione.

A. VI 104 comparativum ταχύτερος legimus sicut B. IV 7, 2 (331, 8) ὀλιγώτεροι, qui comparativi inter veteres nisi apud Iones[1]) obvii non sunt. ex posterioribus cf. Dionys. Hal. A. R. X 2 ταχύτερος[2]) et ὀλιγώτερος ap. Aelian. (Schmid III 29).

Poetarum tantum sunt apud veteres superlativus πρέσβιστος 'honestissimus' A. IV 182 — sed πρεσβύτατος 'maximus natu' A. II 21. 100. IV 19 (bis). XVII 284. B. I 2, 8 (15, 24), passim[3]), μήκιστος A. VIII 63. 67. 137. 185. XVII 66. 192. 285. XVIII 200. Vit. 2. 193. B. I 23, 5 (89, 5). IV 8, 2 (336, 12). VII 6, 1 (139, 10). 2 (140, 13). 8, 7 (160, 18)[4]) — sed μακρότατος Ap. I 28, οἴκτιστος B. II 8, 8 (150, 22). VII 6, 4 (143, 16).[5])

Spurius videtur B. II 14, 2 (170, 22) superlativus ἀγαθώτατον, pro quo Bekkerus δικαιότατον coniecit.[6])

§ 39. De adverbiis.

Vit. 237 εὐνόως P, εὐνοῶς MW, εὐνοικῶς AR Naberus, Niesius εὔνως proposuit, sed eum suum codicem sequi potuisse confirmat εὐνόως in titulo Pergameno[7]) no. 245, 1.

Ab Atticorum usu deflectit comparativus τάχιον[8]), etsi saepius θάσσων occurrit.

τάχιον A. I 98. II 142. 314. XI 232. XIII 240. XV 54. XVI 179. 298. B. I 14, 4 (55, 23). 22, 1 (83, 27). 23, 4 (88, 2). 29, 3 (110, 16). IV 4, 2 (311, 25). 3 (314, 7). 6, 1 (325, 1). 10, 6 (354, 29). V 9, 4 (48, 27). 13, 2 (64, 31). VII 3, 3 (126, 12), alibi.
(Sapient. 13, 9. Io. 20, 4. Hebr. 13, 19. 23. cf. Winer § 11, 2a p. 67⁷. Dion. Hal. A. R. I 76, 3, al. Iacoby, sprache d. Dion. p. 37, de Dione Chrys. cf. Schmid I 86, Plut. mor. p. 138 f., al.)

θᾶττον A. I 115. IV 89. 102. V 171. VIII 167. 273. XI 251. XV 38. 78. 148. XVI 19. 253. 257. 327. XVII 95. 108. XX 86. Vit. 96. 109. 132. 183. 195. 218. 310. 373. 394. Ap. I 108. B. I 2, 4 (13, 26). 16, 7 (62, 22). 29, 2 (109, 32). II 3, 4 (137, 13). 9, 5 (156, 5), alibi
(cf. etiam Lob. Phryn. p. 76.)

Comparativus ἔγγιον posteriorum est ut Polybii (Eberhard p. 22), ita Iosephi B. I 18, 5 (70, 3). II 8, 7 (149, 29). 21, 8 (222,

---

1) Kuehner-Blass I p. 556. 567³.
2) Iacoby, sprache des Dionys. p. 37.
3) cf. Kuehner-Blass I p. 555³.
4) Xenoph. Cyr. IV 5, 28. Kuehner-Blass p. 567³, Dionys. Hal. A. II 76, 5, passim. cf. Iacoby, act. Lips. I 326, Philon. de septen. II 287, 1 ed. Mang.
5) Kuehner-Blass I p. 556³, Dionys. Hal. A. R. IV 4, 4. 70, 5.
6) cf. ἀγαθώτερος Iudic. 11, 25 et Kuehner-Blass I p. 565³.
7) altertümer von Pergamon. VIII 1 die inschriften von Pergamon.
8) Wendland, deutsche litteraturzeitung 1888 p. 559.

23). III 7, 19 (250, 3). V 6, 2 (31, 8). 3 (31, 31). (cf. etiam A. I 289. IV 323. XVII 23. Ap. II 224. vid. etiam supra p. 380.) sed non deest ἐγγυτέρω A. IV 246. IX 76. B. V 6, 4 (33, 1) ut apud Dionysium Hal. A. R. I 79, 7, Plut. Galb. 9 (V 193, 12). A. XIX 217 ἐγγύτερον (ante καί, itaque non hiatus vitandi causa) occurrit, quae forma nescio an apud ceteros posteriores non inveniatur.

Superlativus apud Iosephum semper est ἔγγιστα A. IV 254. V 49. 159. 331. VI 265. 327. IX 102. XIV 193. B. I 15, 2 (56, 16), quod etiam a Polybio[1]), Dionysio Hal.[2]), Diodoro, Luciano[3]) usurpatur sicut in titulis illius aetatis.[4]) in eo igitur Iosephus a Dionysio, Plutarcho, Philone differt, quod numquam ἐγγυτάτω sive ἐγγύτατα protulit.[5])

Comparativus ᾆσσον poetarum est[6]) A. I 328. Naberus eum in θᾶσσον mutavit, sed iure collato loco XIX 198 defendit Carolus Raab p. 14.[7])

Ab adverbio in ω derivatur comparativus προσωτέρω A. I 250. IV 225. VI 14. in hac forma Iosephus cum Herodoto et Xenoph. Mem. IV 3, 8 congruit, sed Atticis usitatius erat πορρωτέρω, quod apud Iosephum est A. IV 9.[8]) recentioris aetatis est ἀνώτερον (ἔφην) A. XIX 212, fortasse hoc loco, ne hiatus exsistat, admissum ut apud Polybium.[9]) saepius vero apud Iosephum ἀνωτέρω scribitur: A. XIX 297. XX 239. Vit. 410. Ap. I 65 ut in Apocal. Petri v. 24 Harn.

§ 40. De numeralibus.

A. III 161 δυοῖν ROSPL, δυεῖν M; V 123 δυοῖν ROMLE, δυεῖν SP; XII 107 δυεῖν plurimi libri, δυεῖν E; XVIII 32 δυοῖν AWE, δυεῖν M; ibid. 71 δυοῖν AMW, δυεῖν E, Vit. 219 δυοῖν PAMW, δυεῖν R, B. I 30, 1 (112, 2) δυεῖν LT, δυοῖν cum ceteris libris editores; ib. II 6, 1 (141, 29) δυεῖν LNT, δυοῖν PRM; ib. 9, 1 (154, 17) δυεῖν LMNT, δυοῖν PR; III 7, 31 (258, 14) δυοῖν cum codice Parisino Bekkerus, δυεῖν cum ceteris Cardwellus; ibid. 8, 9 (269, 16) δυεῖν, ut videtur, in omnibus libris, quos sequitur Cardwellus, δυοῖν mutavit Bekkerus. quamquam apud ceteros poste-

1) Eberhard l. l.
2) Iacoby, sprache d. Dionys. p. 37.
3) Krebs, praepositionsadverbien II 51—53.
4) Viereck p. 59.
5) de Dionysio cf. Iacoby l. l. p. 37, ἐγγυτάτω Plut. Cleom. 9 (IV 134, 5), al., ἐγγύτατα Philon. de poster. Caini I 229, 45 Mang.
6) Kuehner-Blass I p. 578[3].
7) cf. etiam Iacoby, wochenschr. f. klass. philol. VI 1313.
8) cf. Kuehner-Blass I p. 579[3].
9) I 10, 1. 63, 5, Eberhard p. 22, Goetzeler, de Polybii elocutione p. 34, sed apud Polybium ante consonantes quoque legitur ut Polyb. I 7, 2. III 1, 1 sicut in titulis Viereck XII B. 20. cf. ibid. 72. Sext. Empir. 289, 26 ἀνώτερον ὑπεδείκνυμεν.

riores[1]) forma δυεῖν minime inusitata est, tamen Iosephus ea abstinuisse videtur. loco enim, quem supra attulimus postremum, excepto nusquam haec forma codicum consensu traditur, sed aliquotiens ut Plut. Pelop. 9 (II 90, 24). Sext. Emp. 313, 32. 324, 30. 337, 17. 18 forma δυοῖν consentiente librorum memoria exhibetur: A. III 160. 233. IV 305. XVII 112. Ap. II 31. B. I 29, 2 (109, 30). VII 5, 3 (133, 32). etsi haec forma a titulis abest inde ab anno 329 a. Chr., tamen postea eam revixisse nihil impedit, quominus sumamus. etiam apud Diodorum aliquotiens in omnibus libris δυοῖν traditur (Vogel l. l. p. L).

Genetivus δύο exstat: A. I 225. III 142. IV 249. VII 59. VIII 274 (bis). IX 4. XX 229. Ap. I 231. B. I 5, 1 (23, 5). hac in re non solum cum veteribus[2]), sed etiam cum posterioribus consentit.[3])

A. III 90 ταῖς δύο πλαξὶ cum plerisque libris editores, δυσὶ O. semel dativus non declinatur: A. VII 56 ut apud Thucydidem quinquies, apud Xenophontem semel, apud posteriores haud scio an numquam. quare vehementer vereor, ne hic quoque locus corrigendus sit, cum omnibus ceteris locis, qui plurimi sunt, formam declinatam δυσί habeamus ut apud ceteros recentiores.[4]) Iosephi exempla haec sunt: A. II 84. IV 240. 304 (ἐν δυσὶ πλαξὶ). V 89. 122. 159. 190. 299. VIII 189. IX 233. X 4. XI 234. XII 107. XIII 271. XVII 318. XVIII 120. XX 4. 74. Ap. I 19. B. I 23, 2 (87, 5). II 6, 3 (144, 4). 8, 7 (149, 32). 17, 7 (193, 16). 21, 6 (220, 10). III 4, 2 (233, 2). IV 2, 1 (294, 27). 8, 1 (335, 13). 11, 5 (359, 28), al.

A. XI 137 extr. δεκαδύο PFL, δώδεκα AW; XIV 228 δεκαδύο AM, δώδεκα FLV; XV 260 δεκαδύο PFE, δώδεκα LAMW. illis libris succurrit A. IX 286 δεκαδύο (ex Menandro). Niesius δεκαδύο ter admittit, Naberus omnibus locis δώδεκα praefert atque etiam A. IX 286 mutat. concedo illam formam in sermone vulgari usurpatam esse.[5]) sed num tibi persuadebis eum, qui sescenties δώδεκα scripsit, bis vel ter δεκαδύο protulisse? at legimus δεκαδύο Polyb. I 42, 5.[6]) et apud Arrianum[7]) et Polyaen. III 11, 3.[8]) sane

1) ut apud Polybium (Kaelker p. 232; Hultsch, praef. I p. LVIII², Buettner-Wobst, beiträge zu Polybios in Fleckeis. annal. 129 [1884] p. 115 et praef. I p. LXXVIII), Dionys. Hal. IX 13, 4, Plut. Crass. 27 (III 73, 18. 74, 6). Phoc. 30 (IV 27, 26), Lucian. (Schmid I 226), in posterioris aetatis titulis (Kaelker p. 299, Meisterhans p. 124²).

2) de Bamberg, zeitschr. f. gymnas. 1886. jahresber. p. 37, apud Thucydidem septies, Xenophontem sexies, Platonem quater, Demosthenem semel vel bis. cf. etiam Keck p. 39; Kuehner-Blass I p. 633³.

3) in N. T. semper δύο in genetivo (Winer § 9, 2b p. 63⁷), Lucian. dial. mort. 4, 1, Sext. Empir. 129, 14. de Aeliano cf. Schmid III 28.

4) Pol. III 42, 4, Stich p. 13; Dionys. Hal. A. R. 6, 3. 22, 8. VI 26, 1; Plut. Cam. 27 (I 280, 1). Mar. 25 (II 355, 22); de Aristide cf. Schmid II 17, de Polyaeno Malina p. 15; Sext. Empir. 451, 12. 21. 723, 15; semper in N. T.: Matth. 22, 40, Winer l. l.

5) cf. Meisterhans p. 126² et inschrift. v. Pergam. no. 158, 11 p. 83.

6) Buettner-Wobst, praef. I p. LXXIX et Fleckeiseni annal. 129, 119 (1884). 7) Boehner p. 19. 8) Malina l. l. p. 4.

in libris. sed ibi quoque librariis nulla fides est sicut Act. 19, 7 δεκαδύο iure ex codicibus Sinaitico et Vaticano correctum est. persuasum enim habeo hanc lectionem aut ex numerorum compendiis[1]) ortam aut ex LXX invectam esse. illud colligi potest ex A. XI 137, ubi bis exstat in V ιβ' sive ῑβ, similiter XV 260 ιβ' in V. pariter δυοκαίδεκα[2]) ortum esse videtur. cf. A. VII 372, ubi R δύο καὶ δέκα exhibet. quare haec quoque forma, quae A. VII 12. 372. X 50 occurrit, suspecta est. varia lectio huius formae exstat A. I 150. XX 230. omnes hae tam paucae formae sine dubio redarguuntur permultis locis, ubi δώδεκα legitur (in omnibus antiquitatum libris vitaque et libello, qui est de Iudaeorum vetustate, circiter ter et quadragies velut A. I 84. XI 69. Vit. 55. Ap. I 96 [bis]).

B. III 4, 2 (233, 9). 7, 5 (243, 6) δεκατρεῖς PL, cum ceteris libris τρισκαίδεκα editores; A. XX 228 δεκατρεῖς AE Niesius, τρισκαίδεκα MW Naberus; ib. 229. 230. 231 δεκατρεῖς A Niesius, τρισκαίδεκα MWE Naberus; XVIII 32 δεκατέσσαρα A Niesius, τεσσαρεσκαίδεκα MWE Naberus; XX 159 δεκατέσσαρας AE Niesius, τεσσαρεσκαίδεκα MW Naberus; B. V 13, 1 (64, 13) δεκαπέντε L, πεντεκαίδεκα ceteri libri; ib. 5, 4 (25, 16) δεκαέξ L, ἑκκαίδεκα cum ceteris libris editores; A. XV 334 δεκαοκτὼ (P)WE ambo editores, ὀκτωκαίδεκα FL. Niesium vides codices suos sequi, Naberum vero formam vulgarem praeferre, nec tamen hic sibi constat, cum XV 334 δεκαοκτώ retinet. quaeramus nunc, quam rationem in hac re Iosephus secutus sit. traduntur autem in omnibus codicibus haec numeralia, quae huc pertinent:

δεκατρία A. X 148. XX 148. Ap. I 156. 236.
(δεκατρεῖς iam anno 408 a. Chr. in titulis, Meisterhans l. l.)
δεκατέσσαρας B. V 5, 2 (23, 19, Bekk. τεσσαρεσκαίδεκα). (Pol. I 36, 11. IV 56, 2.)
δεκατέσσαρα A. X 143. XX 234. (Polyb. V 89, 3. Kaelker p. 299. Buettner-Wobst, Fleckeis. annal. 129 p. 119, idem praef. I p. LXXIX.)
δεκατεσσάρων A. VIII 285. (Polyb. IV 39, 5. Cor. II 12, 2.)
δεκαπέντε A. II 318. XIII 427. Ap. I 140. B. II 19, 2 (206, 3). (Pol. III 56, 3 [?].)
δεκαέξ A. X 143, si Naberum sequeris. (δεκαέξ CIG. 4877 anni 143 post Chr., Ditt. syll. 240, 70 anni 135

τρισκαίδεκα A. IV 69. XII 190. Ap. I 247. B. V 5, 5 (26, 5). 12, 2 (61, 19).
τρισὶ καὶ δέκα Ap. I 40.
τριακαίδεκα (L N T) B. IV 9, 2 (340, 26).
τεσσαρεσκαίδεκα A. II 180. III 253. B. V 5, 2 (23, 12).
πεντεκαίδεκα A. I 89. VII 115. 263. IX 242. X 27. 225. XIII 55. XIV 158. 326. 476. XVIII 339. XX 234. (Dion. Hal. A. R. IV 17, 2).
ἑκκαίδεκα A. II 183. VIII 285. IX 257. Vit. 10. (Pol. XVIII 30, 1.)

---

1) cf. Vogel, praef. p. L.

2) δυοκαίδεκα etiam Plut. Pyrrh. 3 (II 287, 8). Diodori exempla correxit Dindorfius. cf. Vogel l. l.

ante Chr. CIG. 2139b, 7. Le Bas II 1213.)	
δεκαεπτά B. III 7, 5 (243, 7). V 11, 4 (56, 25).	ἑπτακαίδεκα A. VIII 264. X 247.
(δεκαεπτά CIG. 4869 anni post Chr. 128; ib. 4871 anni p. Chr. 132; ib. 4876 anni p. Chr. 142; ib. 4882 anni post Chr. 146.)	
δεκαοκτώ A. I 178 (ita RO Niesius, δέκα καὶ ὀκτώ SPL Nab.). Ap. I 230.	ὀκτωκαίδεκα A. V 187. VIII 77. 222. 250. 397. X 21. 116. 134. 231. XV 56. Ap. I 280. B. II 12, 6 (165, 16). III 4, 2 (233, 5). V 9, 4 (46, 2. 47, 4).
δέκα καὶ ὀκτώ A. XX 231.	
(cf. δέκα πρὸς τοῖς ὀκτώ A. VI 294, δεκαοκτώ in titulis saeculorum IV et III, Meisterhans l. l.)	
δεκαεννεά Ap. I 97.	
(δέκα πρὸς τοῖς ἐννέα A. VII 19.)	

iam tibi non dubium erit, quid de hac re iudicandum sit: ubi in libris melioribus formae minus vulgares praebentur, eas tolerandas esse putaverim.[1])

IV. DE VERBORUM DELECTU.

§ 41. **Quae Iosephus Herodoto et Alexandrinis debeat.**

Ex quo dialectus Graeca, quam communem dicunt, litteris mandari coepta est, videmus scriptores non iam priorem orationis vigorem et facilitatem et ornatum elegantiamque per semet ipsos proferre posse, sed arte quadam ita assequi studere, ut flores undique sive ex Atticorum scriptis sive aliorum decerperent, quibus opera sua quammaxime exornarent. ita posteriores multas voces imprimis ex Herodoti libris delibabant. etiam Iosephum hunc legisse elucet ex multis locis, ubi hic laudatur velut A. VIII 157. 253. 260. X 20. Ap. I 16. 66. 73. 169. II 142. atque etsi Iosephus solum elocutionis cognoscendae studio commotus eum adisse putandus non est, tamen mirum non est, quod quae fortasse iterum ac saepius perlegerat, memoria tenebat atque sive de industria sive imprudens in scripta sua inferebat. ex magna exemplorum copia satis habeo haec attulisse[2]): ἀλλόγλωςςος A. I 117 (Herod. 2, 154, etiam LXX Ez. 3, 6, CIG. 5126, 4, qui est titulus in Nubia repertus), θυςανωτός B. V 5, 7 [27, 26] (Her. 2, 81, al.), οὐδαμός A. XVII 296. XIX 194 (Her. 1, 24, Arrian. Boehner p. 6), κατοχή A. II 112 (Her. 5, 35,

1) de his formis cf. etiam Viereck p. 59.
2) Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff 'persuasum est haec pleraque saltem Iadis esse vulgaria, non Herodoti peculiaria'. sed tamen eas voces, quas attuleram, non supprimam, eo potissimum consilio, ut huius rei accuratius tractandae huic vel illi auctor sim.

Plutarch.), πληθώρα, si Niesium sequeris, A. II 250 (Her. 7, 49), ἡ ἁμαρτάς A. III 204. 230. 238. 240. 249. XVIII 117. 350 (Her. 1, 91), ἡμίεργος A. XIV 474 (Her. 4, 124, Plut.), ἀντιτεχνάομαι ib. (Her. 5, 70, Plut.), λιμαίνω 'esurio', si cui codicis P lectio cum Niesio probatur, A. XIV 80 (Her. 6, 28, al.), προκομίζω A. III 272. IV 64. X 57. 58 (bis). XVII 196. XX 115 (Herod. 4, 122, Diod. Lucian. Schmid I 307), [περιυβρίζομαι A. III 298. XVIII 44. 260. 335. 358. XX 116 (Her. 1, 114, al., Plut., Philon. de profug. 27. Siegfr. p. 109, Lucian. Schmid I 285)], καταλογεῖν 'contemnere' A. XII 193 (Her. 1, 84, al.); διεξελαύνω B. VII 5, 4 [135, 20] (Her. 5, 29, al., Plut.), [παραμίσγω B. IV 8, 4 [339, 23] (Her. 1, 203)], προσμίσγω A. III 53 (Her. 4, 46).

Similiter atque Herodoti voces insertae sunt, consentaneum est etiam ex libris sacris LXX virorum multas in Iosephi scripta fluxisse. nam constat Iosephum versioni Alexandrinae imprimis operam dedisse velut librum, qui est de Esthere, paene ad verbum transscripsit sicut alios Veteris Testamenti libros inspexit.[1]) sed in hac re magnopere cavendum est, ne quae a librariis ex libris sacris interpolata sunt, genuina habeantur velut nemo dubitabit, quin A. VIII 270, ubi RO ἐξολέσω exhibent, ceteri autem codices ἐξολοθρεύσω, hoc verbum interpolatum sit, cum videbit, quam temere in codice Vaticano librarius quidam A. XI 220 ad ἀπώλειαν addiderit καὶ παντελῆ ἐξολόθρευσιν.[2]) tum si qua verba Iosephi cum versione Alexandrina potissimum consentiunt, non necessario sequitur, ut Iosephus ea ab Alexandrinis petierit. sed fieri poterat, ut ea ab ipso sermone vulgari mutuaretur. non omnia exempla collegi, quae ad Alexandrinos pertinent. satis habeo perpauca attulisse et cum iis conferre, quae Sturzius[3]) in verbis proprie Alexandrinis numerat. nonnulla autem, quae vir doctus huc refert, apud alios quoque scriptores inveniuntur neque huc spectant velut ἀποκαραδοκέω[4]), καταχωρίζω[5]),

---

1) cf. Bloch l. l. p. 18. 69. 78. 80.

2) quare etiam Spanheimio assentior, quem testis est Ernestius opusc. phil. p. 397 apud Iosephum A. VI 61 (κατὰ φυλάς τε καὶ σκῆπτρα) pro σκῆπτρα poni iubere πατριάς. constat τὰ σκῆπτρα apud LXX interpretes nihil aliud significare quam ipsum nomen φυλάς velut Reg. I 10, 20 (πάντα τὰ σκῆπτρα Ἰσραήλ). itaque si σκῆπτρα Iosephus re vera scripsisset, idem bis dixisset, id vero, quod nunc, ut ex proxima paragrapho (VI 62 ἔλαχεν ἡ Ματρὶς καλουμένη πατριά) satis elucet, desideratur, omisisset. cf. A. VI 66 αἱ πατριαὶ πᾶσαι διεκληρώσαντο. fortasse etiam V 43 pro φατρίας (sic) πατριὰς legendum est. de nominibus propriis cf. Niese, praef. I p. XXXV.

3) de dialecto Macedonica et Alexandrina. Lipsiae 1808.

4) ἀποκαραδοκέω 'attente exspecto, observo', quod occurrit B. III 7, 26 (255, 8) (Sturz p. 148, Krebs, observat. in N. T. e Flav. Ios. p. 278), etiam Polyb. XVI 2, 8 legitur.

5) καταχωρίζω A. XII 262 'in album refero, transscribo', etiam Dionysius Hal. I 6, 1 et Diodorus V 5, 1, al. (Sturz p. 174) habent.

γλωccόκομον[1]), ὀψώνιον[2]), ποιεῖν[3]) 'versari, commorari'. sed huc referendae sunt hae voces: μεγιcτᾶνες 'proceres' A. XI 37. XX 26. 66. 76. 79. 81. Vit. 112. 149. 151. 153[4]), ἀπόμοιρα A. V 326. VI 367. XV 133 (CIG. 4697, 15 ἀπομοίρας in lapide Rosettano anni 196 a. Chr.), ἀλαβαρχία A. XX 147, ἀλαβάρχης A. XVIII 159. 259. XIX 276[5]), ἀλαβαρχεῖν A. XX 100, ἀραβάρχης [ἀραβάρχη codd.] A. III 151, ἀραβαρχία A. XV 167. cf. CIG. 4751 Κλαύδιος Γέμινος ἀραβάρχης καὶ ἐπιστράτηγος Θηβαΐδος, porro ἐξάδελφος idem significat, quod apud Atticos erat ἀνεψιός 'consobrinus' A. XX 236, sed hoc usitatius est velut ἀνεψιός: A. I 290. XV 250. XVII 184. 270. 294. XVIII 130 (bis).[6]) ad has accedunt eae voces, quas Sturzius in Aegyptiis numerat: βᾶρις 'turris, arx'[7]) A. VIII 396 (si Naberum sequeris). X 264. 265. XI 99. XII 230. XIII 307. XIV 481. XV 403. 409. XVIII 91. 92. XX 85. Vit. 246. cf. Βᾶρις B. I 3, 3 (16, 30). 5, 4 (24, 21).[8]) Βάρις A. I 95 (Nic. Dam.). adde ἱεροψάλτης A. XI 128. 134. XII 142, μεριδάρχης XII 261, μεριδαρχία A. XV 216, ἐνδελεχισμός A. XI 77 (Exod. 29, 42. 30, 8. Sir. 7, 13), παστοφόριον 'habitaculum' (Ruf.), 'conclave prope templum exstructum' A. XI 147. B. IV 9, 12 (350, 19).[9]) hanc vocem in Aegyptiorum sermone populari fuisse in usu docet titulus CIG. 2297: Θεόφιλος Θεοφίλου Ἀντιοχεὺς μελανηφόρος τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου καὶ τὴν

---

1) γλωccόκομον 'loculus' A. VI 11 (Sturz l. l. p. 155. 156) etiam in titulo Theraeo CIG. 2448 VIII 31 saeculi III/II ante Chr. quare Bleek-Mangold, einleit. in das Neue Testament p. 83⁴ adnot. b iniuria affirmant hanc vocem ab Alexandrinis novatam esse (Paralip. II 24, 8. 10. 11. Io. 12, 6), etsi non nego eam apud Alexandrinos potissimum in usu fuisse ut apud Heronem Alexandrinum Autom. (vett. math. ed. Thevenot) p. 228, 26. 229, 4. 9. 13. 22. ceterum apud LXX interpretes eo loco, qui Iosephi verbis respondet (Reg. I 6, 8), 'loculus' sive 'cistella' non est γλωccόκομον, sed θέμα (θήσετε ἐν θέματι sc. τὰ σκεύη χρυσᾶ).

2) ὀψώνιον 'stipendium' (Sturz p. 187, Phryn. p. 418 Lob.) etiam in titulis Erythraeo, Smyrnaeo, Thessalico Ditt. syll. 159, 19 (circiter 278 a. Chr.). 171, 106 (circiter 244 a. Chr.). 247, 25 (circiter 118 a. Chr.) legitur nec non apud Polybium (Kaelker p. 294).

3) A. VI 18 ἔμεινεν ἐν τῇ Καριαθιαρεὶμ ποιήσασα παρὰ τοῖς Παλαιστίνοις μῆνας τέσσαρας, A. X 231 μῆνας ποιήσασα παρ' αὐτῷ τοὺς πάντας ἐννέα (cf. Sturz. p. 189, Act. 15, 33 ποιήσαντες χρόνον, 18, 23 ποιήσας χρόνον τινά, 20, 3 ποιήσας μῆνας τρεῖς). haec verbi ποιεῖν notio iam occurrit apud Demosthenem 19, 163: οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα οὐδ' ἐποίησαν χρόνον. cf. etiam Ciceron. epist. ad Atticum V 20: *Iconii decem* (sc. dies) *fecimus* (= morati sumus). adde A. XIX 28, ubi medium usurpatur χρόνον ἐκεῖ ποιεῖται.

4) Sturz p. 181 sq., Lob. Phryn. p. 196, Ion. 3, 7. Nahum 3, 10. Dan. 5, 1, passim, Marc. 6, 21. Apoc. 6, 15.

5) Sturz p. 65—68, apud Philonem Siegfried l. l. p. 31.

6) cf. Lob. Phryn. p. 306.

7) cf. Ernesti, observ. phil. crit. p. 103. 112. Cardwell I 444.

8) Sturz p. 89. Boettger, topograph. histor. lexicon zu den schriften des Flav. Ioseph. Lipsiae 1879 p. 50.

9) Sturz p. 110, Cardwell I 571, Ies. 22, 15.

γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς καὶ τὴν ἔ[γ]καυσιν τῶν θυρῶν καὶ τοὺς προμόχθους τοὺς ἐν τοῖς τοίχοις καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς σανίδας ἀνέθηκεν Σεράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι. Titulus est saeculi II ante Chr. denique πυραμίς A. XIII 211. XX 95 (CIG. 4699, 13 a. 56 post Chr.) nihil valet, quod aliter exprimi non poterat.

§ 42. **De Latinismis.**

Iosephum constat Iotapatis oppido expugnato in Romanorum potestatem venisse. ex quo tempore non solum per totum bellum Iudaicum, sed etiam post diruta Hierosolyma apud Romanos versabatur eorumque principibus familiariter utebatur. quare iure suspiceris paulatim eum consuetudine cotidiana Latine quoque didicisse, ut mirum esse non possit, si in Iosephi scriptis linguae Latinae vestigia pauca deprehenduntur. accedit, quod omnino illis temporibus vocabula subinde atque idiomata Latina etiam in sermonem popularem atque inde iam in virorum litteratorum scripta se insinuaverant. sermonem vulgarem Latinismos recepisse confirmat euangelium Marci, de cuius Latinismis initio saeculi praeteriti viri docti acriter disputaverunt[1]) et inscriptiones, imprimis monumentum Ancyranum.[2]) sed etiam apud rerum scriptores inveniuntur velut Polybium[3]) et Plutarchum[4]), etsi Atticistae a lingua Latina abhorrent.[5]) ut Iosephi exempla afferamus, habes aliquot vocabula iuris publici et rei militaris: σικάριος 'sicarius' A. XX 186. 204. 208. 210. B. II 13, 3 (167, 8). IV 7, 2 (330, 13). VII 8, 11 (149, 27). 2 (151, 10) οἱ προσαγορευόμενοι σικάριοι 'latronum factio quaedam Iudaeorum Romanis resistens', σίκαις καλουμέναις 'sicis' A. XX 186, τῶν κολωνειῶν (sic cum W scribendum censeo) καὶ μουνικιπίων A. XIX 291, sed ἀποικία A. I 120. 216. Ap. II 38 (κολώνεια CIG. add. 2811 b. 3497, 20. 3993, 6. 4164, 4. 4496, 5; μουνικίπιον CIG. add. 5491 b. 5608, 1). omnes hae voces sicut τὸ Παλάτιον A. XIX 86. 266. B. II 6, 1 [141, 20], τὸ Καπετώλιον A. XII 416. XIV 388. XVI 48. XIX 4. 11. 71, δικτάτωρ A. XIV 190. 199. 210. 211 (bis)[6]) tantum litteris Graecis expressae sunt, σημαιοφόρος B. VI 1, 7 (76, 27)[7]), cf. ση-

1) cf. Bleek-Mangold l. l. p. 89⁴ sq.
2) Viereck p. 81—83.
3) de Latinismis apud Polybium obviis disputaverunt Eberhard l. l. p. 18—20, Kaelker p. 280. 290, Luettge p. 6 sq., Stich, de Polybii dicendi genere p. 8. 9, L. Goetzeler, de Polyb. elocutione pluribus p. 17—24. cf. etiam L. Goetzeler, quaestiones in Appiani et Polybii dicendi genus p. 39 adnot. 1, p. 41 adn. 1, p. 42 adn. 3, p. 43 adn. 1, p. 70—74. ceterum Polybii Latinismi qui afferri solent, maximae dubitationi obnoxii sunt.
4) A. Sickinger, de linguae Latinae apud Plutarchum et reliquiis et vestigiis. diss. Heidelb. 1883. cf. imprimis p. 32—33.
5) Schmid I 237.
6) Viereck p. 71, Plut. Syll. 33 (II 459, 22).
7) Pol. VI 24, 6, Plut. Galb. 22 (V 205, 21). Goetzeler, diss. p. 22. σημεαφόρος CIG. 4957⁶.

μαία 'signum' A. XVIII 55. 56. 121. B. II 9, 1 (154, 24). 20, 7 (214, 15). III 6, 2 (239, 20). V 2, 1 (6, 26). VI 4, 1 (94, 30. 32).[1]) sed tales voces, quales sunt λεγεών, κεντυρίων, κουστωδία, πραιτώριον, σπεκουλάτωρ, aliae, a Iosepho absunt. item θρίαμβον καταγαγεῖν 'triumphum agere' B. III 1, 2 (225, 27).[2])

Transeo ad formulas quasdam, quae in epistulis usitatissimae sunt: A. XII 148 in epistula non Romani hominis, sed regis Antiochi εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός 'si vales, bene est, ego valeo', XIII 166 in epistula Ionathae, summi Iudaeorum sacerdotis, ad Lacedaemonios εἰ ἐρρωμένοις ὑμῖν καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια χωρεῖ κατὰ νοῦν, οὕτως ἂν ἔχοι ὡς βουλόμεθα, XIV 306 in epistula Marci Antonii ad Hyrcanum, summum sacerdotem, εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι, ἔρρωμαι δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος, ib. 190 in epistula C. Iulii Caesaris ad Sidonios εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι κἀγὼ δὲ ἔρρωμαι σὺν τῷ στρατοπέδῳ. sed has formulas 'certum est Romanos a Graecis accepisse: habemus epistulas Attali et Eumenis', ut Wilamowitzius me monuit.

Nescio an Iosephus ἐκκοιτεῖν ad exemplum 'excubandi' formarit B. VI 2, 6 (84, 23). hoc Friderico Leo probabile quidem videtur, sed ipse me monet iam Xenophontem ἐκκαθεύδειν (Hellen. II 4, 24) dixisse.

Denique Iosephus in diebus constituendis Romanorum morem sequitur. at hoc non est Iosephi proprium, sed consuetudo vulgaris posteriorum et scriptorum et inscriptionum.[3]) in eo autem a Romanis differunt, quod pro numero ordinali cardinalem ponunt: πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς ἑορτῆς A. XV 408 'pridie diei festi' (cf. euang. Petri v. 5 Harn. πρὸ μιᾶς τῶν ἀζύμων), πρὸ μιᾶς ἡμέρας A. XIII 159. XIV 317 (ἡ), πρὸ ἡμέρας μιᾶς B. II 8, 9 (151, 8), ubi ἡμέρας post μιᾶς collocandum videtur, sed A. III 255 legimus τῇ πρὸ τοῦ σαββάτου. ceterum fortasse apud Iosephum ἡμέρας delendum est, quod deesse solet Plut. Luc. 27 (II 531, 29) πρὸ μιᾶς νωνῶν Ὀκτωβρίων, Plut. Popl. 9 (I 198, 30) πρὸ μιᾶς καλανδῶν Μαρτίων, Plut. Syll. 27 (II 452, 15) πρὸ μιᾶς νωνῶν Κυντιλίων, Appian. bell. civ. II 115 (798, 21) πρὸ μιᾶς τοῦδε τοῦ βουλευτηρίου.[4]) in exemplo, quod primum posui, genetivus τῆς ἑορτῆς a praepositione πρὸ pendet, cui verba μιᾶς ἡμέρας quoque accommodata sunt ut apud Latinos accusativus 'Kalendas' et verba 'diem V' vel similia a praepositione 'ante' pendent vel ei accommodata sunt. quare non

---

1) Pol. VI 33, 9. Plut. Marc. 26 (151, 12). CIG. add. 4716d, 20. vid. etiam Cardwell I 578.

2) Pol. XI 33, 7, Goetzeler l. l. p. 18. cf. eiusdem quaest. etc. p. 72.

3) Viereck p. 81. Goetzeler, quaest. p. 71.

4) Goetzeler, quaest. p. 71, Viereck XVIII 5. cf. ib. p. 81 πρὸ μιᾶς εἰ⟨δυῶν⟩ Ὀκτωμβρίων, sed cf. Maccab. II 15, 36 πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς Μαρδοχαικῆς ἡμέρας, Appian. bell. civ. IV 101 (1021, 11) πρὸ μιᾶς τῆς μάχης ἡμέρας, Polyaen. VII 10 (Malina p. 77).

intellego, quid Viereckius l. l. in genetivis νωνῶν sim. offenderit. porro A. XIV 145 εἰδοῖς Δεκεμβρίαις 'Idibus Decembribus' est, XVI 172 εἰδοῖς Φεβρουαρίαις 'Idibus Februariis'[1]), XIII 260 πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Φεβρουαρίων 'a. d. VIII Idus Februarias' (Viereckius cum hoc loco tum ceteris ἡμερῶν addi iubet, fortasse non iniuria. cf. exempla, quae l. l. ex inscriptionibus congessit. idem observatur apud Plut. Mar. 26 [II 357, 28] πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς νουμηνίας τοῦ νῦν μὲν Αὐγούστου κτέ.); XIV 219 πρὸ τριῶν εἰδῶν Ἀπριλλίων 'a. d. III Idus Apriles', ib. 222 πρὸ πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων 'a. d. V Idus Februarias', ib. 228 πρὸ δώδεκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων 'a. d. XII Kalendas Octobres', ib. 234. 237 πρὸ δώδεκα καλανδῶν Κουιντιλίων, XX 14 πρὸ τεσσάρων καλανδῶν ⟨Ἰουλίου⟩. adde Ap. II 16 πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐνενηκοντατριῶν τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς, B. VI 5, 3 (103, 25) πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου (cf. Amos I 1 πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ). vides hanc rationem temporis significandi apud Graecos latius patere quam apud Latinos, unde profecta est. restat, ut afferamus dativos absolutos, qui respondent Latinorum ablativis absolutis: A. XIV 219 Κοΐντῳ Ῥουτιλίῳ Κοΐντῳ Κορνηλίῳ ταμίαις, ib. 228. 238 Λευκίῳ Λέντλῳ Γαΐῳ Μαρκέλλῳ ὑπάτοις, in quibus notandum est linguae Latinae consuetudine particulam καὶ omissam esse. cf. exempla, quae Viereckius p. 62 ex titulis attulit. sed hos ablativos absolutos, quamquam Viereck p. 111—116 demonstrat, quanta licentia Iosephus in afferendis epistulis et decretis usus sit, tamen ei non deberi ex eo efficitur, quod in narratione hoc aliter exprimit velut A. XIV 4 ὑπατεύοντος Ῥωμαίων Κυΐντου Ὁρτησίου καὶ Κυΐντου Μετέλλου, ib. 389 ὑπατεύοντος Γναίου Δομετίου Καλβίνου τὸ δεύτερον καὶ Γαΐου Ἀσινίου Πωλίωνος, ib. 487 ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα καὶ Κανιδίου Γάλλου, similiter ib. 66 ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος, item XX 14 ἐπὶ ὑπάτων Ῥούφου καὶ Πομπηΐου Σιλουανοῦ.

§ 43. De Hebraismis.

Iosephum cum dialectum Aramaicam tum linguam Hebraicam cognitam habuisse docent et ei loci, ubi dicit (A. I 5. IX 208. X 218) se id agere, ut Hebraeorum libros (ἐκ τῶν Ἑβραικῶν γραμμάτων) Graece interpretetur et is (Ap. I 218), ubi Demetrium, Philonem maiorem, Eupolemum scriptores vera quidem non rettulisse commemorat, sed addit errores eorum esse excusandos, quod linguam Hebraicam librorum sacrorum non accurate cognitam habuerint (οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν). accedit — quod gravissimum est — quod nomina vel verba Hebraica, quotquot in eius libris occurrunt, ubique recte interpretatur.[2]) quare

1) cf. Sickinger l. l. p. 32.
2) cf. cum I. A. Ernesti, exercitationum Flavianarum prima de

non sine causa quaesiverit quispiam, num Iosephus linguae Hebraicae sive dialecti Aramaicae recordatus tales quoque Hebraismos admiserit, quales inveniuntur in libris sacris Veteris et Novi Testamenti.[1]) primus in hanc rem inquisivit Io. Aug. Ernesti[2]), tum Scharfenbergius.[3]) ille (Ernestius) recte iudicat Flavii Iosephi genus dicendi purum esse Hebraismis, quare pauca, quae ipse putat, in Hebraismis esse habenda, temptavit velut A. I 203 στήλην ἁλῶν (etsi iniuria) merum Hebraismum dicit atque στήλην ἁλατίνην proponit. A. VI 120 nunc ex libris SPE ἔναιμα pro ἐν αἵματι κατήσθιον correctum est, item A. X 123 μετανοήσας ἐπὶ τῷ παραδοῦναι pro ἐν (בְּ) scribendum esse Ernestio concedo. cf. A. VI 143 μετανοεῖν ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι. in eandem coniecturam Niesius inciderat eamque recepit Naberus. praepositiones ἐν et ἐπὶ etiam aliis locis ut A. V 276, X 4 in libris inter se confunduntur. contra Scharfenbergius affirmat, etsi in universum Iosephi elocutio 'accederet ad similitudinem optimi cuiusque scriptoris, tamen et verba et formas loquendi se notasse, quae si non redolerent Hebraismum, fateri sese ingenium linguae Hebraicae nondum satis cognitum habere'. sed in idem vitium incidit ac viri docti, qui de N. T. Hebraismis scripserant. multa enim in eis ducit, quae a lingua Graeca minime abhorreant. vix unum exemplum dignum est, quod commemoretur. sed ne acerbius quam verius dixisse videar, exempla apponam. nonne mirabitur qui legerit ad Hebraismos pertinere: A. VII 170 ἀναστᾶσαν ἀπιέναι, VII 151. IX 175 ῥύσασθαι (ἐκ) τῶν χειρῶν, VII 323 εἰς τὰς τοῦ θεοῦ χεῖρας ἐμπεσεῖν, VIII 200 ἐκ βασιλικῶν σπερμάτων, IX 109 σπέρμα τῆς Ἀχάβου γενεᾶς[4]), IX 135 ἱερεῖς καὶ προφήτας καὶ δούλους αὐτῶν (עבדי), VII 384 φυλάττειν (שׁמר) τὰς ἐντολάς (cf. Soph. Trach. 616 φύλασσε νόμον, al.), alia, quae afferre non operae pretium est. ne εἷς quidem, quod pro numero ordinali usurpatur A. I 29 (אחד), huc pertinet, quod non Iosephi est, sed Moysis verba referuntur.[5])

Tum rem paucis tetigit Carolus Raab p. 35, cui fuit, cum assentirer verbum ἐρωτᾶν 'orandi' notione instructum in Hebraismis numeranti: A. V 42 ταῦτα Ἰησοῦς ἐπὶ στόμα πεσὼν ἠρώτα τὸν θεόν, VI 328 τὸν θεὸν ἐρωτᾷ περὶ τῆς μάχης καὶ τοῦ περὶ ταύτην ἐσομένου τέλους προειπεῖν, VII 164 ἠρώτα φράσαι τὴν αἰτίαν

---

fontibus archaeologiae. opuscul. philol. et crit. ed. II p. 365 sq. tum Bloch l. l. p. 12—17.

1) cf. Winer § 3 p. 27—35[7], Bleek-Mangold l. l. p. 88[4].

2) exercitat. Flavianae I corollarium de Iosephi stilo. opuscul. philol. et crit. edit. II p. 395—398.

3) Pott, syllog. VII 306.

4) etiam Bleekius et Mangoldus l. l. p. 86[4] putant σπέρμα, quod 'progeniem', significet, ab Hebraeis petitum esse, sed cf. Soph. Phil. 582 ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, O. C. 600 πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων, passim.

5) αὕτη μὲν ἂν εἴη πρώτη ἡμέρα, Μωυσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε. cf. Gen. 1, 5 וַיְהִי עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם אֶחָד καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα μία apud LXX viros.

αὐτῷ. Hebraeorum enim שָׁאַל et 'orare' et 'interrogare' significat. hoc verbum saepius ita in N. T. occurrit[1]), sed nunc mihi persuasit Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff re vera hoc ad Hebraismos non pertinere, quoniam 'Apollonius Dyscolus testatur esse vulgare omnibus': p. 289, 20 Bekk. ἐρωτῶ cε νῦν ἐν ἴcῳ τῷ παρακαλῶ cε, λιτανεύω, ἱκνοῦμαι. cf. etiam Stephani thesaur. s. v. ἐρωτάω.

Porro huc referat quispiam A. XVI 343 τὴν μὲν cτρατείαν οὐ cτρατείαν ἔλεγεν, Ap. II 34 τὴν οὐ πατρίδα μὲν λεγομένην δὲ αὐτοῦ (sc. τὴν Ἀλεξάνδρειαν). vid. etiam A. II 214. VIII 192 τοῖc (ταῖc) οὐχ ὁμοφύλοιc, item VIII 117 (cf. A. I 263. II 337). sed quamquam cum hoc dicendi usu congruunt Deuter. 32, 21 לֹא־עָם ἐπ' οὐκ ἔθνει (LXX), Rom. 9, 25 τὸν οὐ λαόν μου, tamen ne hanc quidem dictionem huc pertinere existimo, quia iam apud veteres permulta eius exstant exempla velut Eurip. Bacch. 395 οὐ cοφία, ib. 1287 ἐν οὐ καιρῷ, Hippol. 195 δι' ἀπειροcύνην κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίαc, Arist. Eccles. 115 ἡ μὴ 'μπειρία, Thuc. V 50, 4 τὴν οὐκ ἐξουcίαν, VII 34, 6 τὴν οὐκέτι ἐπαναγωγὴν ac saepe ita in substantivis verbalibus (Thuc. I 137, 4. III 95, 2. V 35, 2). sed ne apud posteriores quidem eiusmodi exempla desunt velut Plut. Lyc. 7 (I 86, 17) οὐκ εὐπειθείᾳ, quae verba Cobetus et Herwerdenus temptare non debebant.[2])

A. VI 287 legimus προcθέμενον μεταδιώκειν τὴν ἐμὴν ψυχήν, quae verba vulgo sic vertunt: 'dum pergis animam meam persequi' et A. XIX 48 ἀνδρὸc οὐ μόνον cτέγειν ἃ πύθοιτο προcθηcομένου[3]), ἀλλὰ καὶ γνώμην φανεροῦντοc τὴν αὐτοῦ 'viri, qui non solum reticere pergeret quae (ab aliis) comperisset, sed etiam quid sentiret ipse communicaret (cum aliis)'. vides προcτίθεcθαι aliter verti non posse quam verbo 'pergendi'. Iosephus si hoc dicere voluit, Hebraismum admisit, eundem, quem admiserunt scriptores librorum sacrorum. nam ut προcτίθεcθαι, ita Hebraeorum verbum יסף proprie est 'adicere, addere', tum persaepe cum infinitivo coniunctum 'pergere' significat velut Ios. 7, 12 לֹא אוֹסִיף לִהְיוֹת עִמָּכֶם 'non adiciam (= pergam) esse vobiscum' οὐ προcθήcω ἔτι εἶναι μεθ' ὑμῶν (LXX). similiter Exod. 14, 13 οὐ προcθήcεcθε ἔτι ἰδεῖν, Reg. I 19, 8 καὶ προcέθετο ὁ πόλεμοc γενέcθαι, ib. 27, 4 καὶ οὐ προcέθετο ἔτι ζητεῖν αὐτόν. cf. Gen. 8, 21. Exod. 10, 28. Deuter. 3, 26. 18, 16. Luc. 20, 11. Act. 12, 3. Winer § 54, 4 p. 436[7], Philon. de sacrif. Abelis et Caini init. καὶ προcέθηκε τεκεῖν (= Gen. 4, 2).[4])

1) Winer p. 30[7], Bleek-Mangold p. 86[4].

2) cf. Michaelis, zeitschr. f. gymnas. 37 (1883) jahresbericht p. 94; Schenkl, jahresbericht über die fortschr. d. klass. altertumswissenschaft 1884, 1 p. 192.

3) cf. A. XIX 19 μηδὲ cτέγειν προcτίθεcθαι. locus spurius est (μηδὲν Naberus proponit, fortasse recte).

4) sed participii absolute appositi usus ab Iosepho abest: Gen. 38, 5 προcθεῖcα ἔτεκεν υἱόν, ibid. 25, 1 προcθέμενοc ἔλαβε γυναῖκα, Hiob. 29, 1. 36, 1. Luc. 19, 11.

huc alii quoque Iosephi loci referendi essent, nisi iure in suspicionem vocarentur ut A. IV 91 οἷς προπεπονήκεσαν προσεπιταλαιπωρῆσαι προσθέμενοι, sed editores Bekkeri coniecturam προθέμενοι receperunt: 'pergunt insuper laborare' (προσεπιταλ.) est tautologia vix ferenda.[1]) προθέμενος 'qui sibi quid proposuit' saepius a Iosepho usurpatur velut A. XVII 72. XVIII 267. 286. XIX 137. Vit. 189. cf. IV 189. XVI 318. etiam Ap. I 236 (προσθέμενον εἰπεῖν) corrigendum puto προθέμενον cum editione principe assentiente Paulo Wendland.[2]) illa lectione retenta verborum contextus turbatur, nam si re vera vates regi dicere perrexisset (= praeterea dixisset) populum peregrinum Aegypto bellum illaturum, addi non poterat hunc vatem hoc coram rege dicere ausum non esse, sed per litteras cum eo communicasse. hac vero (προθ.) recepta omnia sana sunt, nam sic ibi Manetho refert: vatem illum, quamquam animum induxisset regi dicere alios cum exsulibus se coniuncturos esse et Aegyptum in potestatem suam redacturos per tredecim annos, tamen haec re vera cum rege communicare non ausum esse.

Iam intelleges, quam pauca sint apud Iosephum Hebraismorum vestigia, id quod in eo ut in homine Iudaeo inprimis laudandum est (de legum sermone vid. supra p. 421).

§ 44. De vocabulis poeticis.

Iosephum etiam poetarum carminibus legendis operam dedisse velut Homero probabile est (cf. etiam A. XX 263). hoc quidem demonstrari nequit, nam celeberrimum illud dictum de Homeri carminum origine (Ap. I 12) ab aliis mutuatus est ut omnia in libris in Apionem. quod Ap. II 155 Iosephus negat in Homeri poematis Moysis mentionem fieri, hoc quoque eum ab aliis comperisse sumendum est. neque verba Iliadis 14, 90, quae A. XIX 92 leguntur: σίγα μή τίς τ' ἄλλος Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ, quicquam probare possunt, quoniam verisimile est ea fuisse in omnium ore, fuisse dictum vulgare, quod nos dicimus 'geflügeltes wort'. sive autem Iosephus legit Homerum sive non legit, hoc certum est multa vocabula poetica apud eum inveniri. hac in re posteriorum[3]) vulgarem consuetudinem sequitur, qui omnino discernere non potuisse videntur, quid carminibus accomodatum, quid in oratione pedestri aptum esset, adducti fortasse etiam studio elocutionis quammaxime variandae. ita multa vocabula poetica proferunt Polybius[4]), Dio-

---

1) sed cf. Holwerda, emend. Flav. p. 47.

2) deutsche litteraturzeitung 1891 p. 951.

3) inter veteres iam Plato, Xenophon, oratores Attici libris suis voces poeticas inserebant, ut orationem suam exornarent. cf. etiam inter Latinos Tacitus, qui multa ex Vergilio hausit.

4) Luettge p. 4. 5. Eberhard p. 9—16; Mollenhauer, de verbis cum praepositionibus compositis Polybianis p. 9. 18. 23. 26—28. 33. 39; Stich, de Polybii elocutione diss. p. 7; fusius Goetzeler, de Polybii elocutione

dorus[1]), Dionysius Halic.[1]), Appianus[2]), Philo[3]), Polemo[4]), Dio Chrysostomus[4]), Lucianus[4]), Aristides.[4]) Iosephum ea non omnia primum invexisse, sed multa iam inde ab aetate Macedonica tradita accepisse per se patet. Iosephi exempla haec attulisse satis habeo, sed etiam plura inveniet, si quis de industria in hanc rem inquisiverit. ceterum non raro eadem notio vocibus prosae orationis propriis exprimitur.

Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff eas voces, quas collegeram, diligentissime perlustravit et quamquam persuasum habet multas in poeticis numerandas non esse, tamen non inutile esse putavit omnes publici iuris fieri. curavi autem, ut litteris diductis ea vocabula, quae ipse a poetis peti potuisse existimat, signentur: ἀκαρπία A. II 85. 92. VIII 335. Ap. I 305, ἀσιτία A. XII 290, (ἀσυλία A. XVI 163. 168. XVIII 326 [Pol. Diod. Plut.] huc non pertinet. vid. Goetzeler, quaest. p. 78, sed cf. Schmid I 322, Kreling p. 12), αὐτουργία A. XVII 333. Ap. II 234 (Pol. IV 21, 1. IX 14, 4, Goetzeler, quaest. p. 81), βύρσα B. III 7, 10 (245, 9), ἑκυρά B. I 27, 1 (102, 26) (= πενθερά 'socrus'), ἐπιφροσύνη A. XV 398 (Philon. agricult. 39. I 326 Mang.), ἔρευνα A. I 322. 323. XV 265. XVI 181. 235 (de Luciano cf. Schmid I 329), εὐτεκνία A. I 305, κατήφεια A. II 108. III 24. XVI 258. XIX 260. Vit. 212. B. II 22, 1 (224, 13), al. (N. T. Plut. Philon.), λιτή A. III 34, στοργή A. IV 134, τερπωλή A. XIV 35 Strabonis est. — ἀλαλαγμός B. III 7, 25 (254, 14) (etiam apud Herodotum, de Diodoro cf. Kreling p. 5), ἄμητος 'messis' A. II 83 (Lucian. Schmid I 319), δρασμός A. II 256. IV 44. XVI 324. 356. Vit. 252. Ap. I 273. B. I 15, 1 (56, 4). II 19, 9 (210, 20). III 7, 15 (247, 18). 8, 1 (263, 10). IV 2, 3 (296, 13) (Lucian. Schmid I 325, sed cf. Kreling p. XIII), sed etiam δρόμος occurrit velut A. VI 188. VII 139. B. V 2, 5 (10, 30), θύσανος 'fimbriae' A. III 160. 171 (Diod.), ἔριφος A. III 222 (Lucian. Schmid I 329), κλαυθμός XX 112, [huc non pertinet κόπος A. I 336. II 257. III 25. VII 48. 299. VIII 244. Vit. 136. cf. Goetzeler, quaest. p. 77. Kreling p. XIV], λαιμός 'guttur' XVI 387 (Lucian. Schmid I 336) [ἔπαθλον A. IV 182. VI 160. XII 304. 409. XVI 112 (de Plutarcho et Dione Chrys. cf. Schmid I 151, de Diodoro Kreling p. 27, sed cf. schol. Eur. Phoen. 52. Poll. 3, 143)], πλευρόν A. III 140 (Plut. Lucian. Schmid I 343), sed πλευρά A. III

p. 4—8; idem in libro, qui inscribitur quaestiones in Appiani et Polybii dicendi genus p. 80—87; denique Kreling, de usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores. pars prima indicem e Polybio et Diodoro continens. Traiecti ad Rhenum. 1886. cf. etiam de Himerio de Wilamowitz, commentariolum grammaticum III. index lection. Gottingae 1889. p. 21.

1) Krebs, zur rection d. cas. III p. 5—10 horum scriptorum pauca exempla praeter alia attulit, Kreling l. l.

2) Goetzeler, quaest. etc. p. 13—21; Kratt p. 61. 62.

3) L. Cohn, de opific. mundi praef. p. XLIII; Siegfried p. 47—130.

4) Schmid I 57. 148—154. 313—352. II 187—213. de Aeliano III 178—228.

111 (bis). 116. 130. 147. 149. 161. 289. IV 95. 308. VII 12, ῥύcιον XVI 282. 343. 345. B. I 14,1 (53,26). 19,2 (70,1) (cf. Cardwell I 446, de Polybio vid. Eberhard p. 11. Kreling p. 56, Philon. I 635 Mang. Siegfried p. 117, etiam in titulo Pompeii aetatis CIG. 2347c, 12), ἀντιcτάτηc A. I 333, cυμπολίτηc A. XIX 175.

Ἀγέραcτοc B. VI 2, 5 (84, 15) (de Philone cf. Siegfried p. 47. vid. etiam Schmid I 318, sed contra Goetzeler, quaest. p. 14), ἀδήριτοc A. IV 183 (Polyb. saepissime, Eberhard p. 11. Luettge p. 5. Stich p. 145. Goetzeler p. 82. Kreling p. 2), ἀδηρίτωc B. III 2, 4 (228, 26), ἀοίδιμοc XIX 53 (Herod. Dion. Hal. Lucian. Schmid I 321, sed cf. Goetzeler p. 14), ἄκοcμοc A. VI 191, ἄμνηcτοc Ap. I 9, ἀμφήριcτοc XVI 76 (Pol. V 85, 6, Eberhard p. 12. Goetzeler p. 82. Kreling p. 6. Lucian. Schmid I 319), ἀνέcτιοc A. III 314 (Dion. Hal. Luc.), ἀναίμακτοc B. V 9, 4 (46, 20) (Luc. Schmid I 320), ἄτεγκτοc B. V 9, 4 (50, 23) (Dion. Chrys. Lucian. Schmid I 149. 322), ἄτρεcτοc B. VII 8, 7 (162, 5) (Dion. Chrys. Lucian. Schmid I 322), ἀτρεμαῖοc XV 236, ἄφατοc Ap. II 190 (Pol. Eberhard p. 12. Kreling p. 68), ἀχείμαcτοc A. III 88, γαῦροc A. III 83 (Dion. Chrys. Luc. Schmid I 150. 324, Phil. Siegfried p. 64), δέcμιοc XIII 203 (LXX, Polyb. cf. Goetzeler p. 87), δίψιοc Ap. I 164, δόλιοc A. I 335. B. IV 3, 13 (308, 20), δορίκτητοc A. IV 166. B. IV 8, 3 (337, 6) (Pol. Eberhard p. 13. Goetzeler p. 84. Diod. Kreling p. 18), δυcπαραίτητοc XV 356. XVI 151 [si libros AME Naberumque sequeris] (Pol. Goetzeler p. 83. Kreling p. 19), δύcτηνοc B. VII 8, 7 (162, 32) (Lucian. Schmid I 326), ἔκλυτοc B. I 19, 3 (72, 7) (Lucian. Schmid I 359), ἐπίφοβοc A. XII 314, κάρπιμοc A. III 88 (Lucian. Schmid I 333), λάβροc 'vehemens' A. III 80. B. I 33, 5 (126, 5) (Lucian. Schmid I 336, λάβρωc Phil. Siegfried p. 94), μιcότεκνοc B. I 30, 3 (113, 11), μονότροποc B. II 21, 1 (215, 25) (Phil. Siegfried p. 99), πατροκτόνοc A. XVI 115 (cf. μητροκτόνοc Dion. Hal. Lucian. Schmid I 338), παιδοποιόc A. IV 258, πένθιμοc A. II 136 (Diodor. Kreling p. 53), πρόφαντοc XVIII 211, τεκνοκτόνοc Ap. II 202 (Philon. Siegfried p. 124), τερπνόc XIX 181, ὑπέρτεροc A. I 332, φιλοπάτωρ XVII 110 (Lucian. Schmid I 351), χλοερόc B. V 4, 4 (21, 21) (Dion. Chrys. Schmid I 154), ψαφαρόc 'solutus, laxus' A. III 1. 9.

Ἀμνάc A. III 262. VII 149. 150, sed ἄρναc VIII 40. IX 268. X 70, ἀμνόc VII 382, βάcταγμα A. VI 171. XIX 362, δάμαλιc A. IV 80 (D. H. N. T. Lucian. Schmid I 325), δεξίωμα XVI 56, δώρημα A. IV 318 (paulo supra IV 316 δωρεά), ἔχθοc A. XV 227. XVII 287. XVIII 376, κάμαξ A. III 109. 110. 111 (Lucian. Schmid I 333), κρηνίc A. VII 11, λῆμα B. III 10, 4 (279, 30). VII 8, 7 (158, 22) (Lucian. Schmid I 337), μύcοc A. II 22. XIII 314. XIV 309. XVI 381. XVIII 43 (CIG. 5149b. Diodor. Kreling p. 47), νηδύc A. III 227 (Lucian. Schmid I 339), ῥιώνιcμα XVIII 212, περονίc A. III 141. 165, πήδημα A. VI 217 (Lucian. Schmid I 343), πῖδαξ A. III 33 (Arist. Schmid II 204), πίcτωμα A. II 106, πληθύc

34*

(compluribus locis apud Platonem) A. I 38. II 268. III 49. 75. IV 7. 39. 50. 305. V 17. VI 67. VIII 126. XI 73. XVII 214. 234. 254. 279. 293. 319. 331. XIX 101. 234, passim (Dion. Hal. Lucian. Schmid I 343), quare XIX 86 sine dubio cum AE πληθὺς legendum est, πτῆσις A. III 25 (Lucian. Schmid I 345), σπιλάς B. III 9, 3 (271, 19) (Polyb. Diod. Kreling p. 57), φέγγος A. II 308. XI 285, χάρμα A. XVII 201. 330. XVIII 225. 229. 230. 232 (cf. epigramma CIG. 1409, 3. 2388, 10), sed χαρά A. VII 252, [χεῖλος A. XII 79. 80. B. III 10, 7 (281, 18). cf. Eberhard p. 9. Goetzeler, quaest. p. 77], εὐμαρής A. VI 203. VII 377. B. III 5, 2 (234, 25), εὐμαρῶς A. XV 340. B. V 1, 3 (2, 24) (εὐμαρής Pol. Eberhard p. 12. Luettge p. 5, de Arriano Boehner p. 4, Dion. Chrys. Lucian. Schmid I 142. 330, CIG. 9438, 7 in epigrammate, sed cf. Kreling p. XIV), κατηφής A. II 55. VII 253. XI 164. 167. Vit. 252. B. I 30, 1 (111, 30) (Lucian. Schmid I 334. CIG. 5394, qui est titulus Syracusanus), ξιφήρης A. XVI 259.

Ἀναιμωτί A. XIX 115 (Lucian. Aristid. Schmid I 320. II 189), ἀγχοῦ XV 206. XVI 187 (cf. Krebs, praepositionsadv. II 49), ἀνέκαθεν XII 260. XIX 281 (Polyb. Plut. Schmid I 306. Lob. Phryn. 270. Kreling p. 7), ἐφύπερθεν A. III 130, ἔνερθεν A. III 141, πάρεξ A. III 112. IV 74. VII 9. VIII 40. 397. IX 271. X 86. XI 57. 70. XIII 42. 410 (CIG. 9546 aetatis Christianae), δίχα[1]) passim (cf. Krebs, praepositionsadv. II 33. 64). rarius ἄνευ apud Iosephum legitur: A. VII 72. Vit. 167.

Καταμῶμαι B. II 15, 4 (177, 7), μηνίω A. VIII 112. B. II 5, 1 (140, 5) (Lucian. Schmid I 338), μοιρῶ A. II 65 (Phil. Siegfried p. 99), ὀριγνῶμαι A. XVII 2. 153. 210. 316, φονῶ B. I 18, 4 (69, 27). 24, 8 (94, 31). III 7, 31 (258, 10) (Philon. Siegfried p. 129), ἀντιλογῶ A. XVII 118, βουκολῶ 'decipio' B. VII 8, 7 (163, 10) (Lucian. Arist. Schmid I 314. II 192), θεοκλυτῶ A. II 269 (Plut. Cat. 58 [91, 23]. Alex. 19 [299, 25]), κατηφῶ A. III 98. IV 322. X 78. XI 81. XIII 313. B. III 8, 4 (264, 28) (Philon. Siegfried p. 92. cf. Cobet, var. lect. p. 591². nov. lect. p. 248, de Luciano Schmid I 334), ὁρκωμοτῶ Ap. I 238 (Lucian. Schmid I 341), πιεζῶ A. XX 51 (hanc formam iniuria spernit Ernestius l. l. p. 182. cf. Pol. III 74, 2, Hultsch, quaest. Polyb. p. 14, Buettner-Wobst, beitr. zu Polyb. in Fleckeis. annal. 129 p. 119 (1884), Krebs, zur rection d. cas. III 18, sed cf. πιέζω A. II 241. III 272), προσκυρῶ A. XIII 127. B. III 3, 5 (231, 15) (Diod. Kreling p. 55), συννοσῶ B. III 1, 2 (225, 20), ὑπερμαχῶ A. III 309 (Polem. Luc. Schmid I 57. 349), ὑπερπαθῶ B. II 15, 2 (176, 8), ψυχορραγῶ A. I 218, παχνοῦμαι B. I 28, 3

---

1) δίχα A. I 211. 267. 340. II 171. 307. III 76. IV 1. 10. 60. 224. V 24. 145. 151. 197. VI 123. VIII 69. 412. XIII 286. XIV 361. XVII 34. XVIII 127. 287. 336. 343. XIX 341. B. I 6, 4 (26, 28). 17, 9 (67, 10). II 8, 7 (150, 8). 16, 4 (182, 9. 184, 1. 186, 27. 187, 20). 20, 5 (213, 31). III 4, 2 (233, 17). IV 4, 3 (312, 32). V 8, 1 (40, 11). 9, 4 (47, 13). 12, 1 (59, 32. 60, 24), alibi.

(107, 12), τεκνῶ A. II 213, φιμῶ B. prooem. 5 (6, 12). I 22, 3 (84, 31). V 1, 5 (4, 29) (N. T. Lucian. Schmid I 317), ἐξικετεύω A. III 264, θεμιστεύω Ap. I 239, ἀγλαΐζω A. III 187, καθαγνίζω A. III 227. 233. 262. IV 54 (Lucian. Schmid I 333), καινίζω A. IV 292. XII 126. XIII 41, προθεσπίζω A. X 79 (Dionys. Hal. Luc. Schmid I 344, Philon. Siegfried p. 113), φημίζω B. I 23, 2 (86, 31), βαστάζω A. III 210. V 292. VII 79. 132. 284. 287. 393. VIII 28. 101. 258. 326. IX 79. 142. 254. XII 250. XIV 105. XV 390. XIX 226. Ap. I 209. B. II 16, 4 (182, 10) (Lucian. Schmid I 323), ἐπιστενάζω Vit. 84 (Lucian. Schmid I 329), ἀσθμαίνω A. VI 217, κραδαίνω A. III 121. B. VII 4, 2 (130, 1) (cf. Ernesti, observat. phil. crit. p. 67, Lucian. Schmid I 322), φέγγω A. III 199, φοινίσσω A. III 228 (Lucian. Schmid I 351), κατοιμώζω B. I 24, 3 (92, 16), νήχομαι A. XV 55. Vit. 15 (Pol. Eberhard p. 15, Philon. de opif. m. 56, 8 ed. Cohn, de Arriano cf. Boehner p. 5), διανήχομαι A. XIII 14 (Lucian. Schmid I 357), δαίνυσθαι A. VI 121. VIII 118 (Diod. Kreling p. 15. Lucian. Schmid I 325), διασκίδνημι B. III 5, 1 (234, 5). III 6, 3 (240, 14). 7, 17 (248, 24). 10, 3 (279, 10). VI 7, 2 (111, 21) (Plut. Lucian. Schmid I 325, de Appiano cf. Goetzeler, quaest. p. 14), σκίδναμαι A. I 120. V 247. XVII 346 (Luci. Schmid I 346), φράγνυμι XVIII 315.[1])

§ 45. **De novis vocabulis.**

Posteriores ut ad vocabula poetica confugiebant elocutionis exornandae aut variandae causa, ita non magis novas voces formare dubitabant, quod verba antiquiora multo usu trita veterem vim amisisse videbantur. 'addebant monstra verborum a se stolide ficta, ait Cobetus[2]), eaque ut tesserulas in pavimento componebant. non deerant his omnibus auditores, ita ut fit, et admiratores aliquanto etiam stolidiores, qui stupebant ad ea, quae non caperent.' ita sermonis communis proprium est multa verba decomposita novis praepositionibus additis formare. viri docti saepius disseruerunt[3]), utrum in verbis decompositis sua cuique praepositioni vis subsit necne. alii existimant priorem praepositionem cum verbo tamquam in unum verbum simplex coaluisse. hoc mihi ad Iosephi verba decomposita pertinere non videtur. sed quid quaeque praepositio sibi velit, cognoscimus velut in verbo προσυναθροίζω. alii non sine causa affirmant verba decomposita adhiberi, ut notionis gravitas augeatur velut in verbo προσεπιταλαιπωρέω. hoc ipsum posteriorum proprium est superlativis uti, ut ita dicam, ubi positivi sufficiebant.

1) ex vocabulis, quae a philosophis potissimum usurpantur, satis habeo unum attulisse διχόνοια B. IV 6, 2 (327, 24). A. XVIII 374 (de Plutarcho et Appiano vid. Goetzeler, quaest. p. 22, de Philone Siegfried p. 68).

2) var. lect. p. 75[2].

3) cf. Rieder, über die mit mehr als einer praeposition zusammengesetzten verba im griechischen texte des neuen Testamentes. progr. Gumbinnen 1876 p. 2. 3. vid. etiam Ernesti, opusc. p. 403. 405.

Apud Iosephum quoque multa vocabula nova habes, quorum alia omnino non ante eum, alia apud unum Iosephum leguntur.[1]) possunt quaedam ipsius esse, alia scriptoribus, alia vitae debentur.

Ut ab illis vocibus exordiamur, quae Iosephi aetate superiores non sunt[2]), appono has:

ἀνελπιστία A. II 336, δεκαμοιρία A. III 182 (ex Bernardi coniectura), κατοπτία (-εία AE) XVIII 370, πλαστογραφία Vit. 50, ἐπιτροφὴ XVIII 316 (ἐπὶ τροφῇ cum Ernestio et Dindorfio Naberus. fortasse recte. sed cf. εἰς τροφὴν Vit. 200), λαοπλάνος A. VIII 232, διαχωρισμός A. VI 241. B. V 2, 2 (8, 13), πυρριχισμός XIX 104, συμπορισμός B. II 20, 8 (215, 10), στασιοποιός Vit. 134, ἐξαγώγιον A. XIV 206, κρατηρίδιον A. III 145, κωδώνιον 'tintinnabulum' A. III 160 (apud LXX interpretes Ex. 28, 30, al. κώδων ut apud Iosephum in eadem paragrapho), porro adiectiva, quae plurima sunt, verbalia haec: ἀκαταιτίατος B. I 24, 8 (95, 5). II 14, 8 (174, 24). IV 3, 10 (304, 8). 4, 3 (315, 18). 4 (317, 4), ἀμετάγνωστος A. XVI 308, ἀναντίλεκτος XIX 203 (Lucian. Schmid I 353), ἀνεκδίκητος XVII 61. XX 57. 165, ἀνέκπυστος XVII 309, ἀνεπαίσχυντος XVIII 243 (ἀνεπηρέαστος? XIII 53. XV 383. XVI 60), ἀνυπόστολος XVI 69, ἀπαραμίλλητος VIII 184, ἀφώτιστος XIII 307. 309, δυσεκπόρευτος XIII 60 (etiam apud Philonem), δυσήνυτος B. V 12, 1 (60, 22), θεαίτητος A. V 346, κατάφορτος Vit. 127, κυριοκτόνος A. VII 51, ψωρὸς Ap. I 305.

διακόρησις A. VII 170 v. l. (cf. Muhl, blätter f. d. bayer. gymnasialwesen 23 (1887) p. 255), δόμησις B. II 17, 1 (189, 20). III 5, 1 (237, 17). 10, 1 (276, 19). V 2, 3 (9, 3). 5, 8 (28, 29). A. XV 332. 386, ἐπιφοίτησις A. XVII 43. XIX 223, ὑπαγόρευσις A. III 213. XVII 80. 159. XIX 12, ἀντικατάλλαγμα XV 315, δυσώπημα B. I 25, 5 (98, 10), ψῦγμα B. I 24, 2 (91, 8) (cf. ψυγμός Ezech. 26, 5. 14. 47, 11), ψευδιερεύς A. VIII 232. IX 133. accedunt duo adverbia: ἀκμητί B. I 16, 2 (59, 20), τριχόθεν B. III 7, 20 (250, 26).

Venio ad verba, quorum pauca simpliciter composita sunt, multo vero plura decomposita. in illo numero sunt ὁμωνυμῶ Ap. II 39 (etiam apud Philonem de conf. ling. 15. I 414 Maug.), γαλουχῶ A. II

---

1) in hac quaestione comparavi Stephani thesaurum, Papii, Schleusneri, Schweighaeuseri, Wyttenbachii, Iacobitzii, Bretschneideri, Grimmii, Bonitzii lexica vel indices verborum. accedunt ei libri, qui infra sub 2 et p. 523, 1 afferentur, et indices inscriptionum.

2) vocabula, quae apud Polybium primum leguntur, primus attulit Kaelkerus p. 300 sq., aliquot tetigit Mollenhauerus, de verbis cum praepositionibus compositis Polybianis p. 10. 12. 16. 17. 19. 20. 24. 25. 28. 29. 33—36. 40. 41, postremo examinavit et auxit Goetzelerus, de Polybii elocutione p. 2. 3. 12—14 et idem, quaestion. in Appiani et Polybii dicendi genus p. 103—130. 136. idem egit de vocabulis ante Appiani tempora non usitatis p. 50—57. de Polybio cf. etiam Mollenhauer, de eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt. progr. dom-gymnasium. Merseburg 1888.

227, προςενῶ A. III 135, ἐκγοητεύω B. I 11, 3 (44, 1), ἐκχαλκεύω A. III 178, καταςωτεύομαι 'dissolute vivens rem familiarem profundo' B. IV 4, 3 (312, 19), ἐπιβαπτίζω B. I 27, 1 (102, 32). III 7, 15 (247, 26), προςτερνίζομαι A. II 233, ἐγκάμνω A. II 329, προαςφαλίζομαι XVII 115. B. VI 1, 4 (72, 20), κενοδοξῶ XVI 359 (si Niesium sequeris), μεγαλοδωροῦμαι XII 217, ὑποκοιλαίνω A. III 175, in decompositis numerantur ἀντιμεταχωρῶ XV 16, προδυςωπῶ B. II 14, 7 (173, 26), προκατανοῶ A. XVII 8. Vit. 420, ςυμπαρανομῶ B. IV 5, 5 (324, 15), προεκκενῶ A. III 8, προκαθοςιῶ XVI 397, ςυγκαθοςιῶ ib. 42, ἐπικαταςείω B. I 1, 5 (11, 15). 17, 6 (65, 26), ὑποκαταςκευάζω A. XV 97. XVI 10, ἀντενοικίζομαι B. III 8, 5 (266, 29), διακροβολίζομαι B. IV 7, 1 (329, 31), προςεξερεθίζω Vit. 298, προαποςημαίνω A. XVIII 80, ςυνεκθηλύνω B. VII 8, 7 (158, 20), προεκκαθαίρω A. XVIII 117, ἐναποςφάττω B. V 13, 1 (64, 6, si quis Cardwellum sequi velit, sed iure codicis L lectionem ἐπεςφάγη Bekkerus praetulit), ἐμπεριάγω A. IV 305, προκατεύχομαι B. II 8, 5 (148, 25), ςυνδιέπω A. II 168, ςυνυποςτρέφω B. VII 5, 2 (132, 17), ἐναποςκήπτω A. II 313, προδιαςτέλλομαι A. IV 197 (προδιαςτέλλω etiam apud Philon. de somn. II 20. I 677 Mang. cf. Siegfried p. 112), προςεπεγείρω A. XIII 360, ἀντιπαραδίδωμι XV 41, ἐνδιάκειμαι XII 66.

Iam videamus ea vocabula, quae nisi in Flavii Iosephi scriptis non leguntur.[1])

Multa apud eum exstant substantiva in ια alibi non obvia: ἀδροςία A. II 83, ἀλλογλωςςία A. I 120, ἀλλοφωνία A. I 118 (cf. ἀλλόφωνος Ezech. 3, 6), διαγγελία B. III 8, 5 [265, 12] (διάγγελμα LXX), δουλοκρατία A. XIX 14. 261, ἐκλειπία ib. 273, quod vocabulum in ἐλλείπειν mutari iubet Ernestius, observ. phil.-crit. p. 180. cf. etiam eiusdem opusc. p. 402, θεοκρατία Ap. II 165, [ἱςτοριογραφία Ap. I 134], κοινοφαγία A. XI 346 (χοιροφαγία Ernesti, opusc. p. 398), λωποδυςία B. IV 3, 4 (300, 21), ὁμοτροφία A. XVIII 143. 165 (apud Polybium, Diodorum, Dionysium ςυντροφία, cf. Goetzeler, p. 111), τριςτιχία A. III 172. VIII 136, porro προςειςφορά XVII 186, ἑτερογνωμοςύνη X 281, φιλοθεαμοςύνη XIX 125 (φιλοθεάμων persaepe apud Philonem, Siegfried p. 128; etiam apud Platonem et Lucianum, Schmid I 302), ὑποφυγή VIII 138.

Tum solius Iosephi sunt ἀρχιληςτής A. XIV 159. XVI 274. XVII 271. XX 5. Vit. 105. B. I 10, 5 (40, 8). II 4, 1 (138, 5). 13, 2 (167, 1). 14, 1 (170, 12). IV 3, 3 (300, 9). V 1, 5 (4, 21), ἐπιτη-

1) de vocabulis apud unum Polybium obviis egerunt Kaelker p. 296, Mollenhauerus in duabus commentationibus, Goetzelerus, de Pol. eloc. p. 39—44, idem quaest. p. 103, Stich p. 10. 11, de Philone cf. Siegfried p. 46. 47 et Cohn, praef. p. XLVI—XLVIII. quare iniuria affirmat Schmidius I 3 apud Philonem pauca verba nova inveniri. de Appiano vid. Goetzeler, quaest. p. 44—50, de Polemone, Dione Chrysostomo, Luciano, Aristide cf. Schmid I 57. 164. 165. 379—390. II 225. 234, de Aeliano ib. III 274.

δευτής Α. XIX 32, καταλλάκτης Α. III 315, [ταφνίτης Α. XVII 61, quod in lexicis deest, nunc ab editoribus Hudsoni coniectura ταφαί τε recepta sublatum est].

Huc accedunt ἄλεστος Α. III 251, ἁρματοποιός Α. VI 40; ἀρχίφιλος Α. VII 216, quamquam in lexicis deest, cum Niesio genuinum esse existimem, praesertim cum eis, quae sequuntur (οὕτως γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνος ἐκάλει), haec nova vox excusetur. etiam versio Latina 'amicum antiquum' exhibens lectioni ROM favet. denique veri simile est Iosephum in nominibus cum ἀρχι- compositis imitatum esse LXX interpretes, quibus haec composita in deliciis sunt. quare lectio SP φίλον, quam Naberus recepit, mihi reicienda esse videtur, quamquam aliis locis 'amicus antiquus' a Iosepho aliter exprimitur velut Α. IX 132 φίλος αὐτῷ πάλαι γεγονώς, ib. 30 φίλος ἀπ' ἀρχῆς, XVI 242 ἄνωθεν φίλους αὐτῷ, Vit. 180 ἄνδρα φίλον αὐτῷ καὶ συνήθη πάλαι, ib. 192 φίλος τε παλαιὸς καὶ συνήθης; ἐκφαυλισμός Α. III 216, ἡμιιουδαῖος XIV 403, συνεπίβουλος XVIII 182 (in lexicis omittitur), συγχιλίαρχος XIX 31, συμπνευσμός XVII 334, ὑποτοπασμός ib. 69, ἀξινίδιον B. II 8, 9 (151, 13), προκυμάτια, quam formam Α. XV 335 codices FLAMW exhibent, iure editores codicem P secuti in προκυμία mutaverunt, quod firmat B. I 21, 6 (79, 31) προκυμία. eandem formam iam Hudsonus commendaverat (cf. Ernesti, observat. phil.-crit. p. 133); ψευδοπολίχνιον B. IV 9, 9 (347, 19).

Sequuntur adiectiva: ἀδιακόνητος Α. XIX 10, ἄκωνος (πῖλος) Α. III 157 'non fastigiatus', ἀλλοτριόχωρος Α. III 281. VIII 192, ἀμετάλλακτος 'impermutabilis' XVIII 24; ἀμηχάνητος, si quis codices MSPL cum Nabero sequitur, Α. I 305; ἀνανεωτικός XI 107, ἀνεπαιτίατος Α. IV 287, ἀνεπίκλυστος Α. II 250 (in lexicis desideratur), ἀνυποτίμητος 'impunitus' XV 265. XVI 402, ἀνυποτιμήτως XV 188. XVI 277 (cf. Ernesti, observ. phil. crit. p. 129), ἀπερίπτυκτος Α. III 162, ἀπότυπος 'expressus' XX 212, ἀσφαλτοφόρος XVII 171 (in lexicis deest), γειτνιακός Α. II 314, δακρυτός Α. IV 323, [δελεαστός 'illecebrosus' Ap. II 284 ex glossemate δελέατος ad ἐπαγωγοῦ adscripto ortum putem. Niesius δελέατος posuit, sed hoc ipsum δελέατος mallem delevisset], διακάρδιος XIX 346, διακαιρόπτιος Ap. II 127, δυσαποδίδακτος XVI 44, δυσεγχείρητος XV 388, δυσερεύνητος B. I 16, 5 (61, 23), δυσσύνακτος B. IV 4, 6 (318, 18), ἐμπερισπούδαστος Ap. II 253, ἐπίκριτος B. III 5, 5 (236, 13), ἑκατοντάμαχος Α. XIII 339, λιθοδόμητος XV 413 (λιθόδμητος apud Philodemum), [μεγαλοπόλεμος XII 433 Niesii coniectura μεγαλότολμον, quam Naberus recepit (ἄνδρα γενναῖον καὶ μεγαλότολμον), sed quam Niesius ipse ne in editione minore quidem reponere audebat, sublatum est; cf. Α. V 118 εὔψυχος καὶ μεγαλότολμος[1]), VI

1) ceterum ex his locis apparet Goetzelerum l. l. iniuria affirmare μεγαλότολμος apud Appianum primum legi.

347 εὔψυχοι καὶ μεγαλότολμοι, de Luciano Schmid I 367 et de Appiano Goetzeler, quaest. p. 53], περιθέcιμος XV 279, πυλοῦχος A. III 112, φαρμακιcτόc XVII 63 (superlat. φαρμακιcτόταται).

Tertiae declinationis substantiva habes haec: διάδραcιc A. XVII 76. XVIII 142, ἐξακρίβωcιc XVII 41 (in lexicis omittitur), ἔξοιcιc ib. 65 (λόγων ἐξοίcειc); πίcτευcιc, quod codices AMWE praebent A. XVII 58 (πιcτεύcεcιν), secundum codicem P Niesius in πίcτεcιν mutavit, sed Naberus retinuit; προκατάκλιcιc XX 61, προcκόλληcιc VIII 68, ὑπέκθεcιc B. IV 7, 2 (330, 11), [τομάc 'truncus', quod A. III 7 codices RO exhibent, cum Nabero ex ceteris libris in ἀποτομάc corrigendum puto. cf. Diod. II 13, 2. IV 78, 4], ἀντανίcωμα XVIII 367, γεφύρωμα B. III 7, 28 (256, 13), ἐνcτόμιcμα A. XVIII 330, ἐπιcτόμιcμα ibid. 371. XIX 228, νάγμα 'vellus' B. I 21, 7 (80, 4), παρόρμημα A. XVII 325, πρόεχμα ib. 279 (in lexicis deest, editione pr. suadente Naberus πρόβλημα recepit), προάγγελμα B. I 3, 5 (17, 19), βροχωτήρ A. III 156 (βρογχωτὴρ ed. Genev.), cυνακτήρ ib. 152. huc pertinent etiam adiectiva ἑκατοντάπηχυc B. II 10, 2 (157, 19, ἑκατοντάπηχυν Cardwellus, ἑκατονταπήχη cum LNPT Bekkerus), ὁμοπράγμων A. XVII 325. ex adverbiis praeter ἀνυποτιμήτωc (vid. supra p. 524) A. III 60 πανωλεθρί notavi, quam formam in lexicis non obviam Niesius ex RO recepit, sed Naberus ceterorum librorum lectionem πανωλεθρίᾳ praetulit, quae forma vulgata ab ipso Iosepho A. X 15 usurpatur sicut a Philone (Siegfried p. 105) et Aristide (Schmid II 140), quare non dubitabis Nabero assentiri.

Iam pervenimus ad verba, quorum haec sunt verba simplicia: λιφερνῶ 'miser sum' A. II 83, χθαμαλῶ 'complano' B. III 6, 2 (239, 8), ἑβραΐζω B. VI 2, 1 (80, 6), χειμαδίζω A. XVIII 55. 124, cεβαcτεύω Ap. I 249 Manethonis est.

Verba simpliciter composita observavi haec: ἀπακονῶ A. VI 108, καταμειδιῶ B. III 7, 33 (261, 3), μεταγεννῶ A. XI 40, προθυμιῶμαι, si codices ML Naberumque sequeris A. III 206, ὑπολοχῶ XIX 217. B. VI 7, 2 (111, 22), ἐξαγανακτῶ A. IV 11, ἐφυcτερῶ A. XVIII 327. XIX 28 (in lexicis desideratur, Polybii est ἀφυcτερῶ 'sero venio' I 52, 8. XXI 22, 2), καινολογῶ Ap. I 222 (in lexicis omittitur, formatum est ad exemplum verborum καινοποιῶ [Pol. Dion. Chrys. Lucian. Schmid I 151. 333, CIG. 4957, 44 anni 68 p. Chr.] et καινοτομῶ [praeter veteres Pol. Diod. Dion. Hal. Philon. Siegfried p. 89, Lucian. Schmid I 270, CIG. 2742, 7]), μαχαιροφορῶ A. XVIII 45. B. III 5, 5 (236, 10). (cf. ὁπλοφορῶ Xen. Plut. Lucian., cιδηροφορῶ Thuc. Arist. Lucian. Schmid I 289. 305), ὁμοπραγῶ XVII 111, ὁμοψηφῶ ib. 302, [περιδομῶ XV 416 damnat Naberus lectione codicum FV περιτετμημένου pro περιδεδομημένου praelata. fortasse hoc ex forma brevissimo intervallo ibi obvia ἐνδεδομημένουc natum est], προcαθυμῶ B. IV 1, 6 (290, 21), ἐπιτεκνῶ A. VI 89, ἐκδεινῶ XVII 38. 106, προcκοινοῦμαι A. III 164, cυμμονοῦμαι A. III 67. XVII 39, ἀντιβαcιλεύω B. IV 7, 1 (329, 29), ἀποπτεύω

A. XV 341, ἐκταφρεύω B. V 2, 2 (7, 24, si libros sequeris, Bekkerus ἐτετάφρευτο cum Dindorfio pro ἐκτετάφρευτο posuit), ἐξειρωνεύομαι A. XV 69. 219, ἐπαλαζονεύομαι B. II 18, 4 (199, 16). IV 3, 5 (301, 14), ἐπιχηρεύω A. XX 145, κατανομιστεύω B. I 18, 4 (69, 21), προειρηνεύω B. III 1, 2 (225, 23). IV 8, 1 (335, 5), [προσαρδεύω A. III 10 iure repudiat Naberus. legitur enim in libris RO προσαρδεῦον, in M πρὸς ἀρδεύειν, quae lectio vix differt a ceteris libris πρὸς ἄρδευσιν (χρήσιμον) exhibentibus. hanc lectionem veram esse probat B. IV 8, 3 (337, 3) πηγὴ δαψιλής τε καὶ πρὸς ἀρδείας λιπαρωτάτη]; συμπιστεύω B. I 26, 5 (102, 22)[1]; κατασκυθρωπάζω 'vultu tristi sum' A. XI 164, κατασχετλιάζω B. I 32, 4 (122, 28), προσσχεδιάζω B. III 9, 5 (272, 32), ἀντιπολίζω B. V 2, 4 (9, 18), ἐγχωρίζω Ap. I 235 (in lexicis deest, sed spurium videtur), ἐπαυρίζω B. I 21, 5 (79, 15) (vetera lexica hoc exhibent), κατευδαιμονίζω B. I 33, 8 (128, 16), προαλίζω B. III 7, 25 (254, 25), προκληδονίζομαι 'ominor' B. III 1, 3 (225, 28), προσαγλαΐζω B. V 5, 2 (23, 1), προσεμφανίζω A. VIII 182, συνθετίζω B. IV 9, 10 (348, 17), [ὑποκομίζω Vit. 112, quod in lexicis desideratur, fortasse recte in ὑπεκκομίζω Niesius in editione minore mutavit (cf. Plut. Cam. 21 [273, 15]). Naberus editionem Genevensem, quae ἐπικομίζοντες legit, sequitur], ἀνατύπτω A. XVII 187 (in lexicis deest), ἐνσφίγγω XII 70 (tantum in Etymol. magn.), περιξαίνω B. III 9, 3 (272, 8), καταμειλίσσομαι A. VI 305, ἀντιθάλπω B. IV 4, 6 (318, 7), συμποικίλλω A. III 162, ἐμμεθύσκομαι B. IV 4, 3 (312, 24), ἐπισήθω 'inspergo' A. VIII 185.

Plurima verba decomposita nonnisi apud Iosephum obvia observavi: ἀντιμετασπῶ A. XIII 143, ἐπικαταπηδῶ B. III 10, 9 (283, 9), προσκατακλῶ A. X 119, προσπαρορμῶ VII 376, συγκαταιτιῶμαι XV 266, ἀποξενολογῶ XIII 414, διευπραγῶ A. VI 196, ἐμπεριπλέω B. III 10, 9 (282, 31, ita Cardwellus, ἐκπεριπλέοντες iure cum PT Bekkerus legit. cf. etiam Polyb. I 23, 9. Plut. Aem. Paul. 15 [53, 25]. Arrian. Anab. VI 28, 6), ἐνθηλυπαθῶ B. IV 9, 10 (348, 16), ἐξυπονοῶ A. XV 243 (in lexicis deest), ἐναδημονῶ ibid. 244, ἐπισυγκροτῶ B. I 1, 6 (12, 2), ἐπισυναινῶ A. V 55, παραπεριπατῶ XVIII 185, προανασκοπῶ XVII 124. 156, προδιακονῶ XV 126. XVIII 70, προσαντιβολῶ B. VI 2, 1 (80, 7), προσεκλοιδορῶ A. XIII 372, προσεπιβοηθῶ VII 137, προσεπιταλαιπωρῶ A. IV 91, προσευσχολῶ A. II 231. B. IV 10, 2 (351, 17), Bekkero loco posteriore προσασχολεῖν scribenti non assentior; προσκαινουργῶ A. XVII 304,

1) hoc loco adnotare liceat Schmidium I 380 ἀποκυλίω in eis verbis numerare, quae apud unum Lucianum occurrant, sed exstat iam apud LXX viros (Gen. 29, 3) et in euang. Petri v. 53 ed. Harnack et Ios. A. IV 284. idem iniuria ibid. I 385 dicit κρεουργεῖν solius Luciani esse, nam legitur iam apud Iosephum A. XIII 345. nec ἐμφιλοχωρέω Luciani proprium est, ut ait idem I 382, sed occurrit iam apud Iosephum A. II 170. nec minus idem vir doctus errat, cum putat συμφάσκω solius Aristidis esse (l. l. II 233); hoc quoque Iosephus A. XX 40 habet. ceterum hoc in lexicis omittitur.

προςλογοποιῶ B. I 19, 3 (72, 1), προχειρουργῶ B. IV 8, 3 (337, 25), διευλυτῶ A. XVI 291, προεξαναλῶ A. II 258. B. IV 3, 3 (300, 15), ἀντεκκαίω A. XV 214 (in lexicis deest), ἐπιδιακινδυνεύω XIV 380, προεξοδεύω B. VII 5, 4 (134, 24), προςπαρακελεύομαι A. VII 222. 341, συνεκστρατεύω VII 234, προςανασκευάζω B. I 13, 9 (52, 24). 15, 6 (58, 10), προκατονομάζω Ap. I 84, προςαποσκευάζομαι B. IV 5, 4 (323, 7), προςεπισκευάζω A. VIII 150, συνεπαλαλάζω B. IV 5, 1 (320, 11), ἐπαναρριπίζω A. XIX 184 (hoc verbum temptat Ernesti, observ. phil.-crit. p. 177 ἐπανέρριψαν coniciens); huc παραλοχίζω pertineret A. XIV 472, si recte traderetur. Niesius hoc loco codicem P sequi non debebat, sed ut Naberus ceteros libros προελόχιζεν exhibentes. cf. Dion. Hal. A. I 79, 13 et Ios. A. XIV 441 προλοχίζουσιν; προαναψηφίζομαι XVIII 265, προεξομαλίζω 'ante complano' B. III 7, 3 (241, 41), προςανακουφίζω Vit. 96, συγκαταλογίζομαι A. XV 219. XVI 96, προςυναθροίζω XVIII 87. Vit. 133, προαποφθέγγομαι XVII 170, προκατεπείγω B. I 19, 6 (74, 21), σύνεξανοίγω B. V 2, 2 (8, 16), ἐπισυλλέγω A. XIII 162, ἐπιδιαλλάττω XVI 175, ἐπισυντάσσω B. I 28, 1 (105, 32), προςυντάσσομαι B. V 1, 1 (1, 3), προαποκόπτω B. IV 4, 4 (317, 6), προςαποθλίβω A. IX 69, [ὑπεκπίπτω A. XVI 385 nescio an mutandum sit et cum codicibus AME ὑπερεξέπιπτε scribendum. cf. Lucian. Hermot. 67 (I 808), Sext. Empir. 749, 12 Bekk.], προςαποστρέφω B. II 12, 1 (162, 30), προςκατασκάπτω Vit. 44, προςεξάπτω A. II 343. XIV 168, συνεπιτρέπω XVI 173, συγκαταπέμπομαι XVIII 2, ἐπικατασπένδω B. I 3, 6 (18, 12), sed magis placet lectio codicis L ἐπισπείσαντος a Bekkero recepta. cum idem codex κατα suprascriptum habeat, facile cognoscas, unde verbum decompositum ortum sit:
κατα
ἐπισπείσαντος; ἐνεπικραίνω A. XVII 168, ἐναποκάμνω B. III 6, 1 (238, 9), προςεξαγριαίνω A. II 302, παρακαθιστάνειν XIV 438 (-στάναι Nab.) (hoc verbum in lexicis desideratur), ἀνθυπερβάλλομαι XVI 189, προςανέρομαι XIX 240; [συμπαρεισφθείρομαι, quod in editionibus veteribus legitur B. IV 3, 3 (300, 10), nunc correctum est], συναποδύρομαι Ap. II 205, ἀντεφευρίσκω A. X 133, ἀντιμετατίθημι XVI 228 (in lexicis desideratur), ὑπερανατίθεμαι A. III 187, συνεπαφίημι B. III 7, 28 (256, 4). spurium videtur A. XIX 16[1]) ἐπιμεταφέρειν, quod tradunt codices AME, ἐπιφέρειν habet W, Niesius ἐπὶ μέγα φέρειν κακῶν (pro κακῶς) et coniecit et in editionem minorem recepit. haec coniectura quamquam quodammodo defendi potest verbis, quae A. XX 205 leguntur: ἐπὶ μέγα προύκοπτε δόξης (sim. A. XVII 209 ἐπὶ μέγα τοῦ ὑβρίζειν προΐοιεν), tamen mihi non probatur. hoc enim loco locutio ἐπὶ μέγα apte cum verbo προκόπτω coniungitur

1) ἐπειδὴ καὶ πολλὴν ἔχει (sc. ὁ περὶ τοῦ θανάτου Γαΐου λόγος) πίστιν τοῦ θεοῦ τῆς δυνάμεως καὶ παραμυθίαν τοῖς ἐν τύχαις κειμένοις καὶ σωφρονισμὸν τοῖς οἰομένοις ἀΐδιον τὴν εὐτυχίαν ἀλλὰ μὴ ἐπιμεταφέρειν κακῶς ἀρετῆς αὐτῇ μὴ παραγενομένης.

'ad multum progrediebatur gloriae', sed per se patet ad verbum φέρειν eandem structuram minus apte se applicare nec in hanc rem aliud exemplum Iosephi afferri potest, quamquam ἐπὶ μέγα satis saepe usurpatur velut A. XVII 271. 273. 279. 281. 283. XVIII 6. 66. 181. XIX 186. 223 (omnibus locis simpliciter adverbii loco). sin autem re vera id dicere voluisset Iosephus, quod Niesius sumit, eum suspicor dicturum fuisse ἐπιφέρειν κακόν vel κακά velut A. XX 39 scripsit ἐπιφέρειν κίνδυνον (cf. etiam A. II 294. 296. IV 108. 109). quare iam editio princeps ἐπὶ μήκιστον φέρειν κακὸν proposuerat, quod nunc Nabero probatur. sed velim locum paulo accuratius inspicias, ut intellegas, quae notiones inter se opponantur: hic 'fortunae aeternitas', 'vicissitudo fortunae' ibi (cf. XIX 15 μεγάλην εὐδαιμονίας ῥοπήν). hanc igitur vicissitudinis notionem cum premendam esse censeam, Iosephum coniciam scripsisse: ἐπὶ ⟨τὸ χεῖρον⟩ μεταφέρειν. praeterea κακῶς delendum est ut glossema, quod additum est, postquam τὸ χεῖρον omissa sunt. locutionem autem ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταφέρειν sim. Iosephi esse docet A. I 74 ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταφέρειν. at hic verbum μεταφέρειν transitive usurpatur. concedo. sed quid nos impedit hoc, quem tractamus, loco ἑαυτὴν supplere, utpote quod saepius suppleatur ad verbum μεταβάλλειν velut A. II 103 ἐπὶ τὸ χεῖρον μετέβαλεν, III 8 μεταβάλοι ἐπὶ τὸ κρεῖττον? cf. I 203. praeterea vid., quae de verbi περιφέρειν notione intransitiva in paragrapho proxima disputabimus. hoc igitur scriptor dicit: totam de Gai interitu narrationem proferam, quia idonea est, quae et Dei potentiam comprobet et miseros consoletur et eos coerceat, qui existiment fortunam perpetuo secundam sibi fore, sed non meminerint eam adversam fieri, si virtus ab ea absit.

§ 46. **Quarum vocum formae vel notiones mutatae sint.**

Nonnullae voces, quae iam apud veteres in usu erant, aliam induerunt formam, quae interdum variandi causa cum forma vetere alternat.

Veteres dicebant οἰκοδόμημα (Ios. A. VIII 99. 168) vel οἰκοδόμησις vel οἰκοδομία[1]), recentiores demum οἰκοδομή, quam formam Iosephi fuisse negat Dindorfius l. l. p. 841. 842, contra affirmat Wendlandius.[2]) Niesius codicum auctoritatem sequitur, Naberus cum Dindorfio facit. libris in hac re parum fidei est, quoniam sibi minime constant. forma οἰκοδομή numquam librorum consensu traditur, quantum video, οἰκοδομία saepe velut A. VII 336. 341. 364. 375. 376. 377. VIII 61. 62. 69. 139. 141. 306. IX 93. XI 7. 11. 61. 96. 118. 167. 170. 171. 172. 175. 180. XIV 261. XX 195. Vit. 142. 156. non minus saepe varia lectio vocis οἰκοδομή exstat velut A.

1) cf. Lob. Phryn. p. 421.
2) deutsche litteraturzeitung 1888 p. 558.

VIII 130 in RO, ib. 205. XI 78. 84. 86. 93 in sola epitome, XI 19 οἰκοδομήν PFE, -ίαν LAVW; ib. 59 οἰκοδομήν PFLAVE, -ίαν W; ib. 95 -ήν AE, -ίαν PFLVW; ib. 103 -ήν A, -ίαν PFLVW; ib. 174 -ήν PFLAV, -ίαν WE; XII 151 -άς FLV, -ίας PAW; XIII 212 -ῆς M, -ίας PFLAVW; XIX 257 -άς MWE, -ίας A. formam οἰκοδομή a sermone populari petitam esse docent apud LXX interpretes: Ezech. 17, 17. 40, 2. Macc. I 16, 23, praeterea in N. T. Matth. 24, 1. libris sacris forma οἰκοδομία prorsus ignota fuisse videtur. accedunt tituli Palaestinenses: CIG. 4578^{b}. 4595 οἰκοδομήν, quibus adde ib. 4449 οἰκοδομάς epochae Syro-Macedonicae (a. u. c. 788) et 4948 οἰκοδομήν (anni 116 post Chr.). quare nihil impedit, quominus Iosepho formam οἰκοδομή vindicemus.

Idem Dindorfius l. l. p. 842 συμβουλίαν Iosepho adimere non debebat. nam ut mittam Polyb. V 12, 6. Plut. Ages. 7 (149, 13), Psalm. 118, 24, minime raro haec forma apud Iosephum occurrit velut A. III 73. V 336. VI 10. 208. VII 204. 214. 219. 235. VIII 216. 218. 277. IX 169. X 51. 179. XI 197. XIV 436. XVI 242. B. II 11, 2 (160, 2). V 9, 4 (45, 18). συμβουλή nonnisi varia lectio est A. I 49. II 89. VII 221. XI 146, sed XIX 192 in omnibus libris legitur.

Ap. I 198 λυχνίον L, λυχνία Eusebii codex Mediceus. vocabulum λυχνία 'candelabrum' pro λυχνίον[1]) proprium fuisse Alexandrinorum[2]) opinantur Bleekius et Mangoldus[3]), sed errant viri docti, quoniam etiam ut a Iosepho, ita a Ps. Luciano Asin. 40 (II 608) et in titulis Asiaticis usurpatur velut CIG. 2825, 14. 61 (anni 243 a. Chr., qui titulus Didymis inter supellectilem sacram templi Apollinis repertus est), 3071, 8 (Lyd.), adde 5805, 20 (Ital. post annum 94). Iosephi exempla haec afferantur: A. III 144. 182. 193. 199. VIII 90 (bis). 104. X 145. XII 250. 318. 319. XIV 72. Vit. 68. B. I 7, 6 (30, 20). V 5, 5 (26, 1. 3). VI 8, 3 (113, 26). VII 5, 5 (137, 16). 10, 3 (168, 31), sed λυχνίον Ap. I 198 ex Hecataeo, λύχνος A. III 146. 182. 199. Ap. I 308. II 118. B. VII 5, 5 (137, 20), τὰ λύχνα A. XVIII 74. forma λυχνία potissimum templi candelabrum sacrum significat praeter Vit. 68 et B. VI 8, 3 (113, 26).

Huc porro pertinent κουφισμός A. IV 254 (Plut. Them. 22 [241, 22], al., κούφισις Thuc.), ὀνειδισμός XIX 319 (Plut. Artox. 22 [127, 12]), sed ὄνειδος Ap. I 285.

Τριγχός pro θριγκός 'pinna moenium' damnatur omnibus locis a Nabero, sed retinetur (excepto XIII 373) a Niesio velut A. IV 108 (bis). VIII 95. XIII 373. Vit. 92. codices RO et PA semper formam τριγχός exhibent, nisi quod οριγχοῦ (sic) A. XIII 373 in P exstat. formam τριγχός re vera posteriorum fuisse elucet ex CIG. 3777, 6 τρινχόν, qui titulus prope Nicomediam repertus est, quare

1) cf. Lob. Phryn. p. 313.
2) Exod. 25, 31. Matth. 5, 15. Hebr. 9, 2. addi possunt Heron. Alexand. Pneum. (vett. math. ed. Thevenot) p. 222, 1. 5. 8.
3) einleitung in das Neue Testament p. 83^{4}.

haec pronuntiatio Iosepho adimenda non est. alteram formam θριγκόc habes B. I 21, 10 (81, 21).

Διπλαcίων pro διπλάcιοc, quod iam apud Aristotelem occurrit, est apud Iosephum: A. I 72. II 118. 123. 289 (διπλαcίονοc ὄντοc). III 269. 276. IV 98 (διπλαcίονοc ἑνὶ). VIII 91 (bis). 275. IX 135. XII 176. XIII 409 (διπλαcίονα, ὡc). B. I 5, 2 (23, 20), al. (cf. δ⟨ι⟩πλαcίονι τῆc CIG. 103 § 3 ante imperatorum aetatem et de Dione Chrysostom. Schmid I 157, de Arriano Boehner p. 14), sed B. I 21, 1 (77, 29) διπλαcίαν (ἀμέτροιc).

A. III 238 ἐνιαυcιαίουc RO, -αίοιc editores, ἐνιαυcίοιc MSPL, B. II 16, 4 (187, 2) ἐνιαυcίου plurimi codd., ἐνιαυcιαίου L, ἐνιαυ-
αι
cιου N. formam ἐνιαύcιοc praeferam propter A. IV 298. IX 142.[1])

A. IX 26 ποδαπὸν 'quale' cum libris plenis Niesius, ποταπὸν secundum epitomen Naberus. ποδαπόc Atticis excepto Dem. 25, 40 est 'cuias'[2]), Iosepho vero, si fides esset libris, 'qualis' A. VI 345. VII 72. VIII 215. 240 (cf. Plut. mor. p. 218b. 220f). quoniam aliis locis ut A. VI 39. XVII 239. Ap. I 255. B. II 2, 5 (134, 23) 'qualis' est ποταπόc ut semper in N. T. (Luc. 1, 29, passim, etiam Apoc. Petri v. 5 Harn.), Nabero ποταπόc cum Coccejio pro ποδαπόc reponenti assentiri non dubitabimus.

Ἐπίθεμα (= ἐπίθημα) legimus A. III 135. 137. 140. 176. 177. cf. Lob. Phryn. p. 249, saepius apud LXX interpretes (Reg. III 7, 18, al.) et in titulis ἐπιθέματα CIA. III 2, 1418b, 1. 1419, 16. adde Heron. Alexandr. Pneum. (vett. math. ed. Thevenot) p. 204, 4. 13. 21. 23. 28. 205, 10. quare Dindorfius[3]) Diodor. III 14, 3 ἐπίθεμα temptare non debebat.

B. VI 1, 7 (77, 8) διώρυγοc L, διώρυχοc cum ceteris libris editores. illi formae Vit. 153 διώρυγα favere videtur, sed A. II 203 διώρυχαc habemus. quare cum editoribus faciam. Diodori exempla, quae huc pertinent, correxit Dindorfius.[4])

A. V 250 οὐθείc ROSP Niesius, οὐδείc ML Naberus, similiter ib. 339, X 217 οὐθεὶc ROSPV Niesius, οὐδεὶc L Naberus; XII 213 μηθὲν PAW Niesius, μηδὲν FLMVE Suid. Naberus; XIV 135 extr. οὐδενὶ cum A editores, οὐθενὶ MW. Naberus etiam ceteris locis ut A. VI 47. VII 44. XIV 316. [XIX 135 init.]. Ap. II 12 (οὐθείc) et A. XVIII 297. Ap. I 69. II 174 (μηθείc) formam optimam iniuria damnat, utpote quae praevaleat in titulis inde ab anno 330.[5])

Denique commemorare liceat πανοικί (= πανοικίᾳ. cf. Lob. Phryn. p. 514) A. IV 70. V 12. VI 344. IX 168. X 117. 126. XV

---

1) ceterum cf. Lob. Phryn. p. 362 et Schubart, Philol. 2 p. 273.
2) cf. Lob. Phryn. p. 56.
3) vid. praef. p. XXII = Vogel, praef. p. LI.
4) praef. p. XXI = Vogel p. XLIX. cf. Hultsch, quaest. Polyb. p. 15.
5) Meisterhans p. 216^2, Kuehner-Blass I § 187, 1 p. 634^3, Kaelker p. 299, Buettner-Wobst, praef. I p. LXXIX.

290. XIX 190 (in gemma signatoria CIG. 7343 et in epigrammate ib. 9288, 8 saec. III/IV p. Chr.), sed πανοικεςίᾳ A. XIX 176, B. VII 8,7 (161, 18); [ἐπιχαλκῶ A. III 112 correxit Coccejius in ἐπιχαλκεύω, quod exstat A. III 117, editoribus assentientibus (Niesio in editione minore). cf. etiam ἐπιχαλκεύειν Arist. rhet. γ 19 p. 1419 b 15]; πορπόω (= πορπάω, cf. Lob. Phryn. p. 203) A. III 165; ἐμπορπόω ib. 185 (= ἐμπορπάω cf. Schmid I 263), sed πορπάω ib. 215 (πεπορπημένον); παραλιμπάνω (= παραλείπω) Vit. 376; κρύβω (= κρύπτω Lob. Phryn. p. 317) A. VIII 410. Ap. I 292.

Transeamus nunc ad eas voces, quae alia notione instructae sunt atque apud priorum temporum scriptores[1]):

ἀποςκευή apud ceteros ut Plut. mor. p. 174 a. Dion. Hal. A. R. IX 57, 3 'impedimenta' significat, apud Iosephum A. XVIII 41 'insidiae', sed apud eundem 'impedimenta' A. V 48. XII 334. 345. XIII 10. 356. B. III 6, 2 (239, 28); διωρία B. I 32, 3 (121, 27). V 9, 1 (42, 4) est 'temporis spatium' in universum, apud alios 'duarum horarum spatium'; καταβολή apud veteres 'depositio', apud posteriores 'creatio' A. XII 64 τὴν ὅλην τοῦ ἔργου καταβολὴν ποιούμενοι (Pol. Diod., καταβολὴ κόςμου Matth. 25, 34, sed cf. A. I 21 τὴν τοῦ κόςμου καταςκευὴν, ib. 26); λεία A. I 318. II 307. 308 'facultates, res familiaris', sed 'praeda' A. I 181. 182 (bis). III 57. IV 93. 99. 162. 163. 164. 170. XII 287. 353. XIII 101. 179. 337. XX 80. B. IV 7, 1 (329, 32), passim; βδέλλα apud alios 'hirudo, blutegel', A. III 28 ut apud Arrianum ea planta, quae plerumque βδέλλιον nominatur; ὠφέλεια 'praeda' A. VI 365. 366. VIII 295. IX 40. X 222. XI 45. XII 29. B. II 15, 4 (177, 12). Ap. I 137, al. ut apud Polyb. II 3, 8[2]) et Dionys. Hal. A. R. VI 74, 2 et Plut. Tim. 29 (30, 9), alibi, sed 'utilitas, commodum' A. IV 274. 299. XII 115 τὰς ἀπὸ τῶν δώρων ὠφελείας, XIII 142 τὰς ἐκ τῶν ςκύλων ὠφελείας, item IV 274. 299. ὀψώνιον 'stipendium' A. XII 28 ut apud Polybium[3]), Dittenb. syll. 159, 19 circiter anni 278 a. Chr., ib. 171, 106 anni 244 a. Chr., 247, 25 anni 118 a. Chr., in N. T. Luc. 3, 14; ἀςτρατήγητος 'ab imperatore non ductus' B. II 12, 4 (164, 14). III 10, 2 (277, 24). IV 3, 3 (300, 11), apud veteres eum significat 'qui dux non fuit'; ἄτοπος 'nefarius' A. IV 32. VI 234. 355. VII 34. VIII 387. IX 205. XVI 103. 326. 331. 403, A. XI 134 μηδὲν ἄτοπον 'nihil adversi', apud veteres 'mirus, insolitus, iniquus', δραματουργός notione translata 'auctor' B. I 26, 4 (102, 5), δυς-

---

1) de vocabulis, quae apud Polybium aliam notionem habent atque apud veteres, disputaverunt Kaelkerus p. 292—296, Lindauerus p. 49—51. cf. de Philone Cohn, de opificio mundi praef. XLV. XLVI, de Appiano Goetzeler, quaest. p. 58—70. in universum conferenda sunt, quae disseruit Krebs, zur rection der casus I 16 sq. II cum alia tum § 2 p. 20—30.

2) cf. Kaelker p. 295 et Lindauer, de Polybii vocabulis militaribus p. 50.

3) Kaelker p. 294, Lindauer p. 21, Lob. Phryn. p. 418.

αντίλεκτος 'cui resisti non potest' A. XVIII 342, ἐπιδικάσιμος apud Atticos et Lucianum (Schmid I 393) 'qui alicuius causam dicere potest', apud Iosephum 'ab aliquo petitus' A. IV 29 κατατίθησιν αὐτὴν (sc. τὴν ἱερωσύνην) εἰς μέσον ἐπιδικάσιμον τοῖς βουλομένοις 'ponit in medio, ut petat, qui velit'; μετέωρος 'serus' A. XVIII 213 Τιβέριος οὐ παρῆν μετεώρου τῆς τροφῆς αὐτῷ γενομένης 'cibo sero parato', ὀλιγοστός ut apud Polybium, Plut. Mar. 25 (355, 29) Iosepho est 'unus ex paucis' Ap. I 137. A. X 222, apud alios vero minimam partem significat; ἄνθραξ 'gemma quaedam rubra' A. XII 71. 74 (Arist. Theophr.); βαθμίς A. IV 201 'gradus scalarum', apud alios 'limen'; ἑβδομάς 'sabbatum' B. II 8, 9 (151, 7). IV 2, 3 (296, 5), apud priores 'septem dierum spatium'; ἐφημερίς A. VII 367. XII 265. Vit. 2 'classis', quam nos dicimus 'klasse', apud veteres et Philonem legat. ad Cai. 25. II 570 (Siegfried p. 83) ἐφημερίδες 'commentarii' dicuntur; μετάστασις 'mors' A. XVII 61. 172. XVIII 209. XIX 62. Vit. 423 ut apud Polybium XXX 2, 5, al.[1]) et Lucian. (Schmid I 368). cf. μεθίσταμαι 'morior' A. III 277. X 242. XVII 76. 95. 350. XVIII 31. 89. 173. 187, ἐκ τοῦ ζῆν αὐτοὺς μεταστήσας A. IV 48, μεταστήσασθαι A. VIII 16. XV 212 'interficere'; κατακλείς 'scapula' A. III 156 (ὁ χιτὼν ἀναδεῖται ὑπὲρ ἑκατέραν κατακλεῖδα). XII 70 (περόναις καὶ κατακλεῖσιν αὐτοὺς [πόδας]* ἐνέσφιγγον τῇ τραπέζῃ); ἐπίκλημα Atticis est 'crimen', Iosepho A. II 264 'cognomen'. hoc apud illos significabat ἐπίκλησις, quod ne Iosepho quidem incognitum est A. II 1. 288. XII 3. 22. XIX 297. XX 18; πτῶμα 'cadaver' ut apud Diodorum, Dionysium Hal., Polybium B. III 7, 23 (253, 9). V 1, 3 (3, 10). 5 (5, 5). 12, 3 (62, 17). 13, 3 (65, 13). 7 (68, 31). VI 1, 1 (69, 14). 8, 5 (115, 31). A. VII 16, sed propriam significationem habes B. VI 1, 4 (72, 20).[2]) τὸ τελευταῖον A. IV 219 non 'tandem', sed 'minimum, wenigstens' denotat, quare Niesius non sine causa τοὐλάχιστον nobis commendat. ceteris locis apud Iosephum 'tandem, denique, postremo' significat velut A. I 279. V 312. VI 3. 222. VIII 303. IX 117. 212. 265. XII 409. XIII 61. 343. 382. XV 108. XVI 344. 365. 403. B. I 26, 2 (100, 6). 28, 6 (108, 24). II 9, 5 (156, 5). quare miror, quod Naberus illo loco τὸ τελευταῖον retinuit.

Cum Atticis Iosephus congruit in eo, quod verbum εὐδοκιμεῖν A. I 275. VI 205. VII 221. 301. IX 250. X 251. XI 197. XIII 287. 361. XV 193. XVI 248 notione 'bene audiendi, florendi, excellendi aliqua re' instruit ut Plut. Marc. 21 (144, 20), sed ab his differt A. XVI 66, ubi hoc verbum 'bene cedere' significat.

A. V 221 μεγαλοφρονοῦν ROMLE Niesius, μέγα φρονοῦν SP Naberus, VI 298 μεγαλοφρονοῦσιν ROMExc., μέγα φρονοῦσιν SP editores, item Vit. 17. 43. locutionem μέγα φρονεῖν omnibus locis

1) cf. Ierusalem, inscript. Sest. Wiener stud. I 54.
2) cf. Lob. Phryn. p. 375 et Winer § 2, 1 p. 23[7].

praeferendam censeo. vid. infra adnot. 2. A. XIX 328 μεγαλοφρονῶ transitivam significationem habere videtur: μεγαλοφρονῆσαι ἔθνη φιλότιμος 'de populis liberalitate bene mereri cupiens'. Niesio totus locus spurius est, quare in editione minore lacunam ante ἔθνη statuit. apud Xenoph. Hell. VI 2, 39 et Polyb. XXXV 3, 4 hoc verbum mutatum est sicut Plat. de rep. p. 528ª.[1]) Aelian. var. hist. 12, 22 μεγαλοφρονοῦντα intransitive usurpatur. dubium igitur mihi videtur, num verbo μεγαλοφρονεῖν notio transitiva tribuenda sit. forma enim media, quam A. XIX 219 scriptam videmus: μεγαλοφρονεῖσθαι περὶ τῆς ἡγεμονίας, nihil probat.[2])

Ἐξαγριῶ intransitive usurpatur A. XVII 148. 164. 216. XVIII 226. XIX 27. 126. 142. 160. 175, sed transitive ut semper apud Philonem (Siegfr.) A. XV 44. XVII 282. B. I 21, 5 (79, 17). 24, 2 (90, 31). 26, 3 (101, 16) (cf. Ernesti, observat. phil. crit. p. 156). ἐμπολιτεύω A. XVII 277 latius patet: ἀφροσύνη ἐνεπολίτευσε τῷ ἔθνει, proprie est 'civem esse in aliqua urbe' ut XVIII 378 ὁπόσον ἦν Σύρων ἐμπολιτεῦον τοῖς τόποις. formam mediam habes ib. 372 Σύρων οὐκ ὀλίγον τὸ ἐμπολιτευόμενον. similiter χορηγεῖν latius patet, ut sit in universum 'praebere, largiri': invenitur ut apud posteriores omnino cum dativo personae et accusativo rei: A. I 181. II 88. IV 71. 76. 116. 237. VI 350. VII 231. 279. VIII 41. 113. 323. 330. 396. 410. IX 19. X 156. 187. 193. XI 118. 119. 312. XII 58. 105. 417. XIII 129. 130. XIV 131. B. I 24, 1 (90, 29). 29, 2 (109, 28). (cf. Krebs, rect. d. casus II 28 de Polybio et Diodoro, Cohn, praef. p. XLVI de Philone, Schmid I 164 de Dione Chrysost. adde ἐχορήγησεν 'largitus est' CIG. 2693 tit. Mylas., ib. 3066, 11 prope Teon in Lydia repert., ib. 3069, 14. 3908c, ib. 4697, 25 inscript. Rosett.). accusativum personae observavi A. XIII 224 τὸν Ἀντίοχον ἐχορήγησεν 'adiuvit', quae constructio saepius apud Poly-

1) cf. Cobet, var. lect. p. 232² et nov. lect. p. 268. 643, praeterea Krebs, zur rection d. cas. I 17.

2) hoc loco refutare liceat, quae Krebsius l. l. in adnotatione de Iosepho dicit: 'Der Begriff von μέγα φρονεῖν wird bei Polybius und Diodor durch stärkere Ausdrücke ersetzt wie ἐπαίρεσθαι, σεμνύνεσθαι, φρονηματίζεσθαι etc. — Bei Dionys kehrt die altattische Redensart μέγα φρονεῖν zurück, doch Iosephus schiebt sie wieder zur Seite. Er sieht die Phrase für abgenutzt und abgeschliffen an und deckt seinen Bedarf aus dem Wortschatze des Polybius, ja er geht noch einen Schritt weiter, indem er zum Zwecke der Verstärkung und Gewinnung einer Art von Relief die Praeposition ἐπὶ vor μέγα setzt, vornehmlich bei Ausdrücken der Superiorität.' Iosephus etsi multis locis ut Polybius usurpat ἐπαίρεσθαι velut A. VIII 209. IX 193. XI 311. XIII 64. 186. 329. XV 27. XVI 291. XVII 41. 96. 183. XVIII 12. XIX 284 vel σεμνύνεσθαι A. VI 298. IX 94 vel φρονηματίζεσθαι A. V 222. IX 196, tamen minime deest μέγα φρονεῖν ut A. III 83. IV 100. VII 301. XV 10. XX 176. Vit. 52. Ap. II 286, alibi. huc accedit μεῖζον φρονεῖν A. I 155. V 301. XV 123. 143. 372, πλεῖστον φρονεῖν XV 160, ἔλαττον φρονεῖν XV 140. etiam ἐπὶ μέγα αἰρόμενον A. XIV 74 nihil habet inusitati, cum ἐπὶ μέγα nihil sit nisi adverbium (cf. supra p. 528) neque ullo modo ἐπὶ μέγα cum locutione μέγα φρονεῖν cohaereat.

bium occurrit (cf. Krebs l. l. sub a). pariter χορηγία est 'largitio' A. IV 237. VII 335. X 157. 193. XI 16. 166. 167. XII 15. 84. 138. XV 200. XVI 179; καθαρεύω apud posteriores transitivam notionem accipit ut apud Plut. Phoc. 37 (34, 32), ita apud Iosephum A. VIII 290. XIV 160. Ap. I 260, sed ab eodem intransitive usurpatur A. I 102. VI 235. Vit. 79. B. V 5, 6 (27, 11) ut euang. Petri v. 46 Harn. pari modo nunc πραγματεύομαι verbum transitivum est ut apud Polybium et Dionysium Hal.[1]), ita apud Iosephum A. II 161. IV 20. (60.) 149. 178. VIII 369. XI 27. 88. 170. 285. XIV 128. 366 (accus. c. infin.). 476. XV 21. 27 (cum infinitivo). 33. 60. 194. 196. 241. 420. XVI (180. 287. 301: his locis infinitivus sequitur) 338. XVIII 54. B. I 28, 1 (106, 11). etiam πολυπραγμονεῖν A. I 203. II 267. IV 102. V 6. XV 76. XVI 285 transitive usurpatur ut apud Polybium (Krebs l. l. p. 25), sed intransitive A. I 56. XII 21. XV 165. 285. XVI 96. XVIII 95; φιλανθρωπεύομαι A. XIII 47 notionem transitivam habet, XV 19 intransitivam; ἐνεργεῖν est 'aliquid perficere' A. III 155. XV 145. 283. Vit. 156 ut apud Polybium et Diodorum (Krebs l. l. p. 21), intransitive ponitur XV 290; ἀγωνοθετεῖν (στάσιν) 'motum excitare' A. XVII 47. cf. Plut. Cat. 45 (80, 9) στάσεις ἀγωνοθετῶν. cf. de Polyb. Krebs l. l. p. 21; παρασπονδεῖν τινα 'foedere violato se perfide gerere contra aliquem' A. XIV 28. Vit. 305. B. I 19, 4 (73, 21) passive. saepissime apud Polybium[2]); πλεονεκτεῖν cum accusativo rei ut apud Diodorum (Krebs p. 24) B. VI 1, 7 (78, 2) πλεονεκτούντων τῶν Ἰουδαίων τοῖς θυμοῖς τὴν Ῥωμαίων ἐμπειρίαν, sed ib. p. 77, 27 et B. II 19, 2 (205, 28). [VI 1, 2 (70, 24)] intransitive; ἐπιδιαβαίνω ταῖς ἐλπίσι A. XV 257 sensu translato; χρηματίζω 'mihi nomen indo', A. VIII 157. XIII 318 χρηματίσας Φιλέλλην. Polyb. V 57, 2 βασιλέα χρηματίζειν (sc. αὐτόν). XXX 2, 4 τῷ — μηδὲ χρηματίζειν βασιλεύς.[3]) ἀποτάσσομαί τινι 'renuntio' (Luc. 14, 33. cf. Lob. Phryn. p. 23) A. XI 345 τοῖς Σικιμίταις ἀπετάξατο 'Sicimitas a se dimisit', XI 232 τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξαμένη, VIII 354 ἀποταξάμενος αὐτοῖς (sc. τοῖς γονεῦσι); ξενίζω 'stupefacio' A. I 45, ξενίζομαι 'miror, stupeo' A. I 35 ut apud Polybium[4]); συγκρίνω 'confero' A. V 77. VIII 99. XIII 89, alibi.[5]) haec notio verbo subest iam inde ab Aristotele; περιφέρω ad exemplum verbi ἀναφέρω, quod legitur A. XIV 292. 312. XVII 183[6]), apud Iosephum bis A. XVII 148. 172 'se reficere' significat. nescio an hic verbi περιφέρω

1) Krebs, rect. d. cas. II 26. 27.
2) Krebs l. l. p. 24. apud Ios. A. VII 121 intransitive.
3) vid. Pape-Sengebusch, griech.-deutsch. handwört. s. v. χρηματίζω et Krebs l. l. p. 29 adnot. 2.
4) Luettge p. 12, Krebs, rect. d. cas. I 16 sq., Kaelker p. 295.
5) cf. Lucian. soloec. 5 (III 566), Schmid I 396, Lob. Phryn. p. 278.
6) hoc iam apud Herodotum, de Dione Chrys. Luciano Aristide cf. Schmid I 144. 309. II 182.

usus Iosephi proprius sit; περιίσταμαι 'timeo' A. I 45. IV 151. X 210. B. II 8, 6 (149, 19), 'detracto' A. V 108; περιγράφομαι (παραγρ. codd.) τὸν βίον (sc. αὐτοχειρίᾳ) 'manus mihi infero' A. XV 59 ut apud Polemonem.

Restat, ut paucis disseramus de verbis, quae leguntur A. XVIII 223. ibi enim in codicibus habes: τὸν Τιβέριον μαντείαις αἱρεῖται ταῖς ἐκείνου, epitome αἴρεται exhibet, Rufinus 'extinxit'. Holwerda[1]) locum temptavit ἀναιρεῖ coniciens. quam coniecturam Niesius iteravit et Naberus probavit. concedo, si sumas hoc Iosephum scripsisse, ἀναιρεῖ propter vocem subsequentem ταῖς facile in ἀναιρεῖται (ταῖς) abire potuisse. nec nego αἱρεῖται lectionem codicum ferri non posse, quod 'interficiendi' notio hoc loco sine dubio requiritur. hanc autem signifiationem nobis in verbo αἴρεται epitome suppeditat. saepius enim in his libris postremis (vid. supra p. 366) apud Iosephum αἴρομαι 'interficio' significat velut A. XVII 1 ἀραμένῳ τοὺς ἀδελφούς, XIX 17 ἄρασθαι Γάιον, ib. 22 ἀραμένοις τὸν Γάιον, ib. 177 αἴρεσθαι — αὐτοὺς ex Naberi coniectura praeeunte Niesio, ib. 182 τοῖς ἀραμένοις τὸν τύραννον.[2]) ne Dionysio Hal. quidem haec dicendi ratio incognita est velut A. R. IV 4, 3 μὴ — ἄρωνται τὰ παιδία. satis usitata erat haec verbi notio in sermone vulgari, id quod demonstrant Ies. 57, 1. Matth. 24, 39. Act. 21, 36 (nihil refert, quod in libris sacris forma activa usurpatur). librarios autem saepissime αἱρεῖσθαι et αἴρεσθαι confudisse inter omnes constat (cf. Cobet, var. lect. p. 212[2]). quare facile et Niesii et aliorum coniecturis supersedemus.

---

1) observationes criticae, Mnemos. II (1853) p. 129.
2) supplendum est ἀπὸ τῆς γῆς vel simile quid. cf. Ies. 53, 8 αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

I. Index capitum.

II. Index verborum.

III. Index rerum.

IV. Index locorum memorabilium.

Holzweißig, Dr. **Friedrich**, Direktor des Königlichen Victoria-Gymnasiums zu Burg, griechische Schulgrammatik in kurzer, übersichtlicher Fassung auf Grund der Ergebnisse der vergleichenden Sprachforschung z. Gebrauch f. Schulen. [XVI u. 240 S.] gr. 8. In Lnw. geb. n. M 2.80.

Jahrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von Dr. Alfred Fleckeisen, Professor in Dresden. XX. Supplementband. 1. Heft. [340 S.] gr. 8. geh. n. M 8.—

Inhalt: Philotas, Kleitos, Kallisthenes. Beiträge zur Geschichte Alexanders des Grofsen. Von *Friedrich Cauer*. — Das römische Strafsennetz in Norddeutschland. Mit 3 Karten. Von Dr. *F. Dünzelmann*. — Eustathios als kritische Quelle für den Iliastext. Mit einem Verzeichnis der Lesarten des Eustathios. Von *Max Neumann*.

Jeep, Ludwig, zur Geschichte der Lehre von den Redetheilen bei den lateinischen Grammatikern. [XVII u. 316 S.] gr. 8. geh. n. M 8.—

Keller, Otto, lateinische Etymologien. A. u. d. T.: Zur latein. Sprachgeschichte. I. Teil. [IX u. 196 S.] gr. 8. geh. n. M 5.60.

Koch, Dr. **Ernst**, K. S. Professor, K. R. Staatsrat, Inspektor am Petri-Pauli-Gymnasium zu Moskau, griechische Schulgrammatik. 15. Doppel-Auflage (zugleich 5. Auflage der kurzgefaßten zweiteiligen Schulgrammatik). [XVIII u. 341 S.] gr. 8. In Leinw. geb. n. M 3.—

La Roche, Jacob, Homerische Untersuchungen. II. Theil. [IV u. 220 S.] gr. 8. geh. n. M 5.—

—— Beiträge zur griechischen Grammatik. I. Heft. [XVIII u. 236 S.] gr. 8. geh. n. M 6.—

Lexikon, ausführliches, der griechischen und römischen Mythologie. Im Verein mit vielen Gelehrten herausgegeben von W. H. Roscher. Mit zahlreichen Abbildungen. 27. Lieferung. Kureten—Kyrios. [Sp. 1601—1760.] Lex.-8. geh. n. M 2.—

Opitz, Theodor, und **Alfred Weinhold**, Chrestomathie aus Schriftstellern der sogenannten silbernen Latinität für den Schulgebrauch zusammengestellt. [XV u. 477 S.] gr. 8. geh. n. M 2.80.

Auch in 5 Heften, I. Heft n. M —.80, II—V. Heft je n. M —.60.

Ostermanns, Christian, lateinisches Übungsbuch. Neue Ausgabe (nach den Bestimmungen der Neuen Preußischen Lehrpläne) besorgt von Professor Dr. H. J. Müller, Direktor des Luisenstädt. Gymn. zu Berlin. III. Teil: Quarta. [VIII u. 268 S.] gr. 8. In Lnw. geb. n. M 2.—

Plauti, T. Macci, comoediae. Recensuit instrumento critico et prolegomenis auxit Fridericus Ritschelius, sociis operae adsumptis Gustavo Loewe, Georgio Goetz, Friderico Schoell. Tomi IV fasciculus IV. Et s. t.: T. Macci Plauti Mostellaria rec. Fr. Schoell. [XLVI u. 223 S.] gr. 8. geh. n. M 6.—

Sallusti Crispi, C., historiarum reliquiae ed. Bertoldus Maurenbrecher. Fasc. II. Fragmenta argumentis commentariis apparatu critico instructa. Accedunt indices. [XXII u. 312 S.] gr. 8. geh. n. M 8.—

Schäfer, Ernst, Nepos-Vokabular. Erster Teil. Praefatio. Miltiades. Themistocles. Aristides. Pausanias. Cimon. Lysander. Alcibiades. Thrasybulus. Conon. Dion. 4. Auflage von Professor Dr. Ortmann, Gymnasial-Konrektor. [IV u. 40 S.] gr. 8. kart. n. M —.40.

Schmidt, Otto Eduard, der Briefwechsel des M. Tullius Cicero von seinem Prokonsulat in Cilicien bis zu Caesars Ermordung nebst einem Neudrucke des XII. und XIII. Buches der Briefe an Atticus. [XI u. 536 S.] gr. 8. geh. n. M 12.—

Schülerkommentare zu lateinischen und griechischen Klassikern im Anschluß an die Teubnerschen Textausgaben. Heft V, 4. A. u. d. T.: Anleitung zur Vorbereitung auf Homers Odyssee von C. Hentze. IV. Bändchen: Gesang XIX—XXIV. [116 S.] gr. 8. In Leinwand kart. n. M —.80.

Stegmann, Prof. Dr. **Carl**, Oberlehrer am Kgl. Ulrichsgymnasium zu Norden, lateinische Schulgrammatik. 6. Doppel-Auflage. [XII u. 250 S.] gr. 8. In Leinwand geb. n. M 2.40.

Thiemann, K., Professor am Leibniz-Gymnasium zu Berlin, Wörterbuch zu Xenophons Hellenika mit besonderer Rücksicht auf Sprachgebrauch und Phraseologie. Für den Schulgebrauch bearbeitet. 3. Aufl. [VI u. 122 S.] gr. 8. geh. M 1.50.

Uhle, Prof. Dr. **Heinrich,** Oberlehrer am Gymnasium zum heiligen Kreuz in Dresden, griechische Schulgrammatik. In Verbindung mit Prof. Dr. Aug. Brockisch, Gymn.-Dir. in Altenburg, und Dr. Th. Büttner-Wobst, Gymn.-Oberl. in Dresden. 4. verkürzte Auflage. gr. 8. [VIII u. 210 S.] In Leinwand geb. n. ℳ 2.60.

Wesener, Dr. **P.,** griechisches Elementarbuch zunächst nach den Grammatiken von Curtius-Hartel, Koch und Franke-Bamberg bearbeitet. Neue Ausgabe nach den Bestimmungen der preußischen Lehrpläne vom Jahre 1891. 2 Teile. gr. 8. In Leinwand geb. n. ℳ 3.—

I. Teil. Das Nomen und das regelmäßige Verbum auf ω. Zweite Doppel-Auflage. [VIII u. 134 S.] geb. n. ℳ 1.40.

II. — Verba auf μι und unregelmäßige Verba. [IV u. 157 S.] geb. n. ℳ 1.60.

Wide, Sam, lakonische Kulte. [X u. 417 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 10.—

Xenophons Anabasis und Hellenika in Auswahl. Text und Kommentar. Für den Schulgebrauch herausgegeben von Dr. Friedrich Gustav Sorof, Direktor des Königl. Gymnasiums zu Coeslin i/Pomm. Erstes Bändchen: Anabasis, Buch I—IV. Text, nebst einer Einleitung und einem Anhang über das griechische Kriegswesen. Mit einer Karte, mehreren Plänen und erläuternden Abbildungen. [VIII u. 199 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.20; geb. n. ℳ 1.50.

——— Kommentar, nebst einem syntaktischen Anhang. Mit erläuternden Abbildungen. [182 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.20; geb. n. ℳ 1.50.

Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

Caesaris, C. Iulii, commentarii cum A. Hirtii aliorumque supplementis ex recensione Bernardi Kübleri. Vol. I. Commentarii de bello gallico. 8. geh. Editio minor. ℳ —.75. Editio maior. ℳ 1.20.

Cebetis tabula. Recensuit Carolus Praechter. 8. geh. n. ℳ —.60.

Claudiani, Claudii, carmina recognovit Julius Koch. 8. geh. n. ℳ 3.60.

Chronica minora collegit et emendavit Carolus Frick. Vol. I. Accedunt Hippolyti Romani praeter Canonem Paschalem fragmenta chronologica. [CCXXVI u. 673 S.] 8. geh. n. ℳ 6.80.

Diophanti Alexandrini opera omnia cum graecis commentariis. Edidit et latine interpretatus est Paulus Tannery. (2 voll.) Vol. I. Diophanti quae exstant omnia cont. [IX u. 481 S.] 8. geh. n. ℳ 5.—

Hieroclis Synecdemus. Accedunt fragmenta apud Constantinum Porphyrogennetum servata et nomina urbium mutata. Recensuit Augustus Burckhardt. [XLIX u. 88 S.] 8. geh. n. ℳ 1.20.

Plauti, T. Macci, comoediae. Ex recensione Georgii Goetz et Friderici Schoell. Fasciculus I Amphitruonem Asinariam Aululariam complectens. Praecedunt de Plauti vita ac poesi testimonia veterum. [XXXIII u. 158 S.] 8. geh. ℳ 1.50.

Die Stücke sind auch einzeln käuflich zum Preise von je 45 Pf.

Philostrati maioris imagines Ottonis Benndorfii et Caroli Schenkelii consilio et opera adiuti recensuerunt seminariorum Vindobonensium sodales. [XXXI u. 267 S.] 8. geh. n. ℳ 2.80.

Scholia Terentiana. Collegit et disposuit Fridericus Schlee. [VII u. 184 S.] 8. geh. n. ℳ 2.—

Scriptores physiognomonici graeci et latini rec. R. Foerster. 2 voll. 8. geh. Vol. I. n. ℳ 8.—. Vol. II. n. ℳ 6.—

B. G. Teubners Schülerausgaben griechischer und lateinischer Schriftsteller.

Nepos, des Cornelius, Lebensbeschreibungen in Auswahl bearbeitet und vermehrt durch eine Vita Alexandri Magni von Dr. Franz Fügner. Text. [104 S. mit 3 Karten] gr. 8. geh. n. ℳ 1.—; geb. n. ℳ 1.20.

——— dasselbe. Erklärungen. [184 S. mit 1 Tafel und Abbildungen im Text.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.20; geb. n. ℳ 1.40.